D.1.252

Digitized by Google

JOH. CASPARI SUICERI,

CANONICI ET PROFESSORIS TIGURINI,

SYMBOLUM

NICENO-CONSTANTINOPOLITANUM

EXPOSITUM,

ET

EX ANTIQUITATE ECCLESIASTICA

ILLUSTRATUM.

TRAJECTI AD RHENUM,

Veneunt apud GUILIELMUM BROEDELET.

CIↃ IↃ CC XVIII.

ex lib. B. Mathei.

Digitized by Google

CLARO ET ERUDITO

VIRO,

HADRIANO RELANDO,

ANTIQUITATUM SACRARUM

ET

LINGUARUM ORIENTALIUM

PROFESSORI,

DE RE LITERARIA OPTIME

MERITO

INDIESQUE MERENTI,

INSIGNI ACADEMIÆ

NOSTRÆ ORNAMENTO,

HANC

HANC

JOHANNIS CASPARI SUICERI

EXPOSITIONEM

SYMBOLI

NICENO-CONSTANTINOPOLITANI

L. M.

D. D. D.

CELEBERRIMO NOMINI EJUS

DEVOTISSIMUS

GUILIELMUS BROEDELET.

Digitized by Google

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

CAPITE PRIMO

Agitur

I. *De Autore hujus Symboli*; Concilio ſcil. Niceno, edicto Imperatoris Conſtantini coacto.

II. *De conſilio, & fine hujus Concilii*; nimirum, ut venenum Arianæ hæreſeως tolleretur, & orthodoxa de Filio Dei doctrina ſtabiliretur.

III. *De duobus Decretorum in hoc Concilio conditorum generibus*; quæ ſunt ὅροι, καὶ διατυπώσεις.

IV. *Autoritas Symboli firmatur*, conſenſu antiquorum Patrum, & τῇ συμφωνίᾳ, quam habet cum Scriptura Sacra. Docet tamen, non tantæ auctoritatis hoc eſſe Symbolum, ut principium Theologiæ dici poſſet; manifeſte enim ſolas ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραφὰς Theologiæ γνήσια continere, demonſtratque, *Aſſertiones Doctorum Eccleſiæ, ſive ſingulorum extra Concilium, ſive in Concilio congregatorum, Theologiæ principia non eſſe.*

V. *Tandem fuſe agitur de differentia Niceni & Conſtantinopolitani Symboli.*

SECUNDO, & TERTIO, CAPITIBUS,

Hæc verba πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν *explicat Autor, docetque cap.* 2. πιστεύειν *ſignificare*

I. *Noſſe, & perſuaſum habere.*

II. *Committere rem quampiam fidei alicujus.*

III. *Fidem habere alicui.*

IV. *In aliquem credere.*

Hujus fidei objectum eſt,

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

1. *Solus Deus.*
2. *Causa efficiens* est, vel
   a. *Principalis*; scil. *Deus*; vel
   b. *Instrumentalis*, nempe *verbi Divini prædicatio.*
3. *Partes Fidei* sunt,
   α. *Cognitio.*
   β. *Assensus.*
   γ. *Fiducia.*
4. *Præcipuæ* ejus *proprietates sunt*,
   a. Quod sit *necessaria.*
   b. Quod *Unicuique Fidelium Deum, & beneficia Christi sigillatim applicet.*
   c. Quod sit *firma & solida.*
   d. *Quod etiam invisibilia, humanoque judicio impossibilia, apprehendat.*
5. Proponit *Effecta Fidei*, nempe
   a. *Illa, & quidem sola, justificat.*
   b. *Illa non mortua, sed bonis operibus efficax est.* Refutat obiter Gretserum, & Bailium Jesuitas, atrocissima calumnia Reformatos prementes.

CAPITE TERTIO,

Verba ἕνα Θεὸν explicans,

I. *Unitatem divinæ essentiæ* probat, hæreticorumque varias oppugnat sententias, ut
   a. Eorum, *qui duos, natura officioque dispares, esse Deos dicunt.*
   b. *Multiplices Valentinianorum fœtus.*
   c. *Pluralitatem Numinum apud Ethnicos.*

II. Agitur de *Trinitate Personarum.* Et
   1. Vox Τριὰς explicatur; atque quæritur,

a. *An*

Digitized by Google

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

a. *An voce* Τριὰς, *in S. Scriptura nullibi expressa, uti liceat.*

b. *Quando hoc vocabulum usurpari cœperit.*

2. *Trinitatem demonstrat*

1. *Ex veteri Testamento.*

2. *Ex novo Testamento.*

3. *Ex antiquitate Ecclesiastica*, & id

a. *In genere.*

b. *In specie.*

α. *Ex una indivisa adoratione, invocatione, & collaudatione Sanctissimæ Trinitatis.*

β. *Ex* δοξολογία, *seu hymno glorificationis.*

4. *Ex variis similitudinibus.*

3. *Necessitas credendi S. S. Trinitatem.*

4. *Generaliora* hæreticorum argumenta, S. S. Trinitati *opposita*, producit, refutatque

α. Eorum sententias, *qui personas Divinas confundunt, neque Trinitatem agnoscunt.*

β. Alios hæreticos, *Tritheïtas* dictos, *in sanctissima Trinitate tres substantias, & naturas per omnia similes, dicentes.*

CAPITE QUARTO,

Primam ex septem, quas sibi proposuit partes (scil. 1. de *Deo Patre*, 2. *de Filio*, 3. *de Spiritu Sancto*, 4. *de Ecclesia*, 5. *de Baptismo*, 6. *de Resurrectione*, 7. *de Anathemate*, quo Ariani percutiebantur) aggreditur; ubi tum de *Deo Patre*, tum de *omnipotentia ejus.*

I. Vox Πατὴρ, de Deo usurpata duplici sumitur modo,

1. Οὐσιωδῶς pro tribus Deitatis personis. Itaque Deus vocatur πατὴρ

a. *Re-*

Digitized by Google

a. *Respectu omnium creaturarum.*
b. *Respectu Fidelium.*
2. Ὑποστατικῶς, pro Deo Patre.

II. *Divinam omnipotentiam* nunc considerat Autor.

CAPITE QUINTO,

Tria examinat, nempe

I. *Creationem cæli.* Ubi circa vocem Οὐρανὸς considerandа
1. *Etymon.*
2. *Vocis explicatio.*
3. *Causa efficiens*, scil. Pater Omnipotens: porro destruit hoc loco argumenta eorum, qui
a. *Cælum æternum dixerunt.*
b. *Ex cælo Deum facientes, illud adorarunt.*
c. *Cælum ab Angelis creatum asserunt.*
4. *Finis* creationis cœli; *eumque ipsius Dei gloriam esse*, evidentissime probat.
5. *Divisio*, quæ est triplex. S. enim Scriptura numerat
α. *Cælum aëreum, supernum*
β. —— *Æthereum, seu superius*
γ. —— *Supremum, seu beatorum.*

II. Quidnam Patres Niceni intellexerint per *creationem invisibilium*; nempe *Angelos*, quorum profert
1. *Explicationem nominis.*
2. *Definitionem.*
3. *Causam efficientem*, scil. *Deum.* Dein rationes reddit, *cur Moses in historia creationis Angelorum mentionem expressam non fecerit*, nempe
α. Quia *duntaxat visibilium creationem sibi commemorandam proposuit.*

β. *Ut*

Digitized by Google

β. *Ut omnem Idololatriæ occaſionem præcideret.* Poſtea varias de tempore Angelorum creationis refert ſententias. Sunt enim qui

a. *Eos ante mundum creatos ſtatuunt.*

b. *Alii docent, ſimul cum adſpectabili hoc mundo eſſe creatos:* Inter hos ſunt, qui volunt

α. *Angelos primo die creatos*; in quam ſententiam Autor noſter concedit.

β. Alii de *die Angelorum creationis partim* ἐπέκεινα, *partim dubitanter loquuntur.*

4. *Proprietates*; ſunt enim

א. Ἀσώματοι *incorporei*, & docet huic incorporeæ Angelorum naturæ non repugnare,

α. Quod ipſis in S. Scriptura membra tribuantur humana.

β. Quod Angeli ſub forma corporea ſæpius apparuerint. Hac occaſione in originem erroris inquirit eorum, qui Angelis corpora tribuunt, atque oſtendit errorem hunc emanaſſe ex v. 2. cap. VI. Geneſeως male intellecto. Hanc opinionem refutarunt Patres partim κατ' ἄρσιν, partim κατὰ θέσιν

a. Κατ' ἄρσιν docuerunt per *Filios Dei* non poſſe intelligi Angelos,

// Quia *Angeli in S. Scriptura nunquam vocantur* Υἱοὶ Θεοῦ.

/// *Quia ſunt incorporei.*

//// Quia hac ratione *Angeli, non homines, fuiſſent puniendi.*

b. Κατὰ θέσιν docuerunt per *Filios Dei intelligendos Sethi Poſteros.*

ב. *Sunt* Ἀόρατοι, *inviſibiles.*

* *

ג. *Sunt*

β. *Sunt* Ἀθάνατοι, καὶ Ἄφθαρτοι, *immortales, & a corruptione immunes.*

γ. *Sunt* περίγραπτοι, id eſt, *non ſunt in omni loco.*

5. *Angelorum diviſionem*; quorum *alii* ſunt *boni*, *alii mali.* Bonorum conſiderat

α. *Nomen*,

β. *Effecta*, eaque duplicia: *Alia reſpectu Dei*, *alia reſpectu Creaturarum.*

a. *Reſpectu Dei*, cujus nomen aſſidue laudant,

b. *Reſpectu Creaturarum*, quæ ſunt, Fideles cuſtodire, eoſque in omni bono juvare.

γ. *Oppoſita*, cujuſmodi ſunt

1. *Peccata*, quæ Angelos abigunt,

2. Ἀγγελολατρεία. Dein rationes reddit, cur Angeli non ſint invocandi,

a. *Quia cum Deo non glorificantur.*

b. *Quia nulla creatura eſt adoranda.*

c. *Quia Angeli non ſunt omniſcii.*

III. *Creationem Terræ cum rebus viſibilibus*; deque hac re diſtinctius acturus, probat Autor

1. *Cauſam efficientem creationis* Terræ, &c. *ſolum eſſe Deum*, refellitque eos

a. *Qui mundum genitum eſſe ſomniarunt.*

b. *Qui mundum ab Angelis creatum dixerunt.*

c. *Qui plures mundos eſſe voluerunt.*

2. *Materiam*, ex qua omnia producta, *nullam fuiſſe*, quum Deus vocarit ea, quæ non exſtiterunt, ac ſi exſtitiſſent.

3. *Finem* creationis *mundi*, *gloriam & cognitionem Dei eſſe.*

4. *Mundum interiturum* docet.

CA-

Digitized by Google

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

CAPITE SEXTO,

Ad hæc Symboli verba, καὶ εἰς ἕνα Κύριον, Ἰησοῦν Χριστόν, tria Filii Dei nomina examinat, & ostendit

I. *Nomen* Κύριος *tribui,*
   1. *Deo.*
   2. *Filio Dei.*
   3. *Spiritui Sancto.*
   4. *Patri & Filio simul.*
   5. *Messiæ:* ubi etiam hæreticorum, asserentium Christum non verum esse Deum, quia 1 Corinth. VIII: 6. dicitur, Ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστός, argumenta funditus evertit.

II. Salvatoris nostri nomina, Ἰησοῦς & Σωτὴρ explicat, atque luce meridiana clarius docet, τὸν σωτῆρα de Christo minus accurate, imo vero male *Servatorem*, optime autem *Salvatorem*, reddi.

III. Nomen Χριστὸς examinat, atque
   1. Vocem explicaturus, dicit Χριστὸς vocari
      a. *In genere*
         α. *Oleo unctos.*
         β. *Qui ad usum quempiam a Deo destinantur.*
         γ. *Pios, & Fideles.*
      b. *In specie Messiam vocari* Χριστὸν, ubi duo observat,
         α. *Quo sensu* Χριστὸς *vocetur*, cum naturali oleo non sit unctus.
         β. *Quid nomen* Χριστὸς *denotet.*
   2. *Accidentia propria* Christi refert, ut
      a. *Quod Christus fuerit sine peccato.*
      b. *Quod etiam sub V. Testamento notus fuerit.*
   3. Inter *pugnantia*, seu *oppositæ* numerat
      a. *Eos*,

Digitized by Google

a. *Eos, qui docuerunt, Chriſtum alium eſſe quam Jeſum.*

b. *Eos, qui affirmare non erubuerunt ſibi veri Chriſti nomen competere.*

CAPUT SEPTIMUM

Hæc verba τὸν Υἱὸν τῦ Θεῦ τὸν μονογενῆ evolvit, &

I. *Nomen* Υἱὸς *explicatur.* Diciturque illud proprium ſecundæ S.S. Trinitatis perſonæ eſſe, ejuſque *ἰδίωμα ἀφοριστικὸν* ſignificare, &

a. *Docet, quomodo Fideles ex Deo geniti dicantur, &*

b. *Quo ſenſu Divinæ naturæ participes.*

II. *Explicatur* Μονογενὴς, atque demonſtratur unigenito Dei Filio non repugnare, quod Angeli Job. 1: 6. & Principes Pſalm. LXXXII: 6. & omnes Fideles Joh. 1: 12. Dei Filii dicantur.

OCTAVO CAPITE

Pertractantur duo nempe

I. Agitur *de æternæ generationis myſterio.* Sed cum illud immane adeo humanum captum ſuperet, proinde curioſe minime inveſtigandum monet Autor.

II. Docetur, *Chriſtum genitum, non factum eſſe*, illumque igitur non eſſe creaturam, ut Arius docebat, cujus hæreſis hoc loco jugulatur.

C A-

Digitized by Google

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

CAPITE NONO,

Contra omnes hæreticos, qui *Filium nudum hominem* dicebant,

I. Filium esse Θεὸν ἀληθινὸν, hisce probatur argumentis.
1. Iis Scripturæ locis, in quibus Christus διαρρήδην vocatur Deus.
2. Iis Scripturæ locis, quæ in V. T. de vero Deo enunciantur, in N. autem Christo applicantur, ut patet ex
   α. Num. XXI: 5, 6. & 1 Corinth. X: 9.
   β. Malach. III: 1. & Matth. XI: 10. Marc. I: 2. Luc. VII: 27.
   γ. Jesaiæ VIII: 14, 15. & Luc. II: 34. Rom. IX: 33. 1 Pet. II: 6.
   δ. Psalm. XCVII: 7. CIV: 26. & Hebr. I: 6, 10.
3. Attributis, cujusmodi tria proponit Autor.
   a. Æternitatem.
   b. Immensitatem.
   c. Omniscientiam; qua occasione ad varias objectiones respondet, ut
      α. Ad Matth. XXIV: 36. & Marc. XIII: 32.
      β. Ad Joh. XI: 34.
      γ. Ad Luc. II: 52.
4. Iis Scripturæ locis, in quibus *Filius Dei vocatur* ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, & εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. Loca sunt
   a. Hebr. I: 3.
   b. 2 Corinth. IV: 4. Coloss. I: 15.
5. Enumeratione operum, quæ soli Deo convenientia, Christo tamen tribuuntur, qualia sunt
   α. *Creatio.*
   β. *Conservatio omnium rerum.*

Digitized by Google

γ. *Patratio miraculorum.*

δ. *Salvatio*, cujus *tres* numerat *actus.*

a. *Nos intus docere, mentique noſtræ novam infundere lucem.*

b. *Salutem*, oblato ſacrificio infinitæ virtutis, *impetrare.*

c. *Salutem nobis communicare.*

6. *Cultu, honore, & adoratione divina & religioſa, quæ Chriſto cum Patre & Spiritu Sancto communis eſt.*

II. Articulatim hæc verba Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς examinat, & clare oſtendit

1. Filium eſſe Θεὸν ἐκ Θεοῦ, & proinde variis argumentis probat, eum eſſe ἀυτόθεον, cujus vocis ſignificationes exhibet ſub lit.

a. &

b.

2. Ad verba φῶς ἐκ φωτὸς docet,

a. *In genere* ſic vocari *omnes S. S. Trinitatis perſonas.*

b. *In ſpecie Filium Dei*, idque triplici modo,

α. Οὐσιωδῶς, *eſſentialiter.*

β. Ὑποστατικῶς, *perſonaliter.*

γ. Ἐνεργητικῶς, *ratione operum.*

CAPITE DECIMO,

Eo ordine *de conſubſtantialitate Patris, & Filii* agitur, ut

I. *Explicetur vox* Ὁμοούσιος.

II. Notetur, *quo tempore hæc vox ab Orthodoxis uſurpari cœperit.*

III. Quinam, & cur hanc vocem rejecerint.

IV. Accuratius *veterum hæreticorum*, Filium Patri ὁμοούσιον dicere recuſantium, *ſententias* expendit.

1. Sunt

Digitized by Google

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

1. Sunt *qui Filium* ἑτερούσιον vel ὑπερούσιον dicebant,
2. *Alii* τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ ἀνόμοιον *putabant*,
3. *Semi-Ariani differentiam introducebant* inter
   a. Ὁμοούσιον, *Conſubſtantiale*, &
   b. Κατ' οὐσίαν ὅμοιον, *ſimile ſecundum eſſentiam*, quod vocant, ὁμοιουσίαν
4. *Alii Filium* ὅμοιον *dicebant*, hujuſque vocis tres ſub litt.
   α.
   β.
   γ. Ex Gregorio Nyſſeno profert ſignificationes Orthodoxorum; dein docet, quo ſenſu heterodoxi hac voce uſi ſint.

CAPITE UNDECIMO,

Agitur *de incarnatione Filii*, &

I. *De duobus incarnationis nominibus*, nempe
   1. Σάρκωσις, a quo hæc ſequentia
      a. Ἔνσαρκος γένεσις
      b. Ἔνσαρκος ἐνανθρώπησις
      c. Ἔνσαρκος ἐνδημία
      d. Ἔνσαρκος ἐπιδημία
      e. Ἔνσαρκος οἰκονομία
      f. Ἔνσαρκος παρουσία
      g. Ἔνσαρκος ἐπιφάνεια
   2. Ἐνανθρώπησις.

II. De λόγῳ *humanam naturam adſumente*; rationes cur Filius carnem adſumſerit, ſunt
   1. Quia *decet*, *nos reſtitui* in gradum Filiorum Dei, & Dei imaginem in nobis reſtaurari *per eum*, *qui natura & Filius & imago Dei eſt*.
   2. Quia

2. *Quia decet nos per eum reformari, per quem antea formati fueramus.*

III. *De natura, quam adſumſit* Λόγος.

1. *Quæ eſt vera, non imaginaria*, quod ſub lit.
   a. Probatur, ut & ſub lit.
   b. *Eandem carnem humanis quidem infirmitatibus obnoxiam, peccati vero expertem fuiſſe.*
2. Λόγος *adſumpſit etiam animam rationalem.*
3. Λόγος *carnem nec e cœlo attulit, neque de quavis ſubſtantia, ſed per veram nativitatem, & ex B. Virginis ſubſtantia efformatam, adſumſit.* Hac veritate duo hæreticorum genera jugulantur
   α. *Valentini*, & *Valentinianorum*; qui hæc S. Scripturæ loca torquebant,
      a. Joh. III: 13.
      b. 1 Corinth. XV: 47, 48.
   β. *Apellis*, Marcionis Diſcipuli.
4. Aſſeritur Λόγον *adſumpſiſſe carnem ex Virgine Maria ſine ſemine viri.*

IV. Agitur *de unionis hypoſtaticæ modo*, unioniſque duas conſiderat ſpecies, ſcil.
1. Ἕνωσιν κατὰ σχέσιν, vel σχετικὴν, &
2. Ἕνωσιν φυσικὴν, quæ a veteribus etiam vocabatur
   a. Ἕνωσις φυσική.
   b. Ἕνωσις κατ' οὐσίαν.
   c. Ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν.
   d. Ἕνωσις οἰκονομική.
   e. Ἕνωσις κατὰ σύνθεσιν. Dein duas in Chriſto naturas ſic diſtinguit noſter.
      α. *Duas naturas unum facere Chriſtum,*
      β. *Unionem duarum naturarum in Chriſto factam eſſe* ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀχωρίστως, cui

Digitized by Google

cui orthodoxæ doctrinæ varii hæretici contradixerunt, ut,

א. *Neſtorius*,

ב. *Eutyches*, aliique.

V. Tandem *de incarnationis neceſſitate* diſſeritur.

CAPUT DUODECIMUM

Paſſionem, ſepulturam, & reſurrectionem Chriſti continet.

I. In paſſione conſideranda,

1. Σταυρωθέντα. Chriſtum *crucifixum* eſſe. Quod vocabulum ſumitur
   a. *Proprie.*
   b. *Improprie.*
2. Ὑπὲρ ἡμῶν, *pro nobis.* Hic varias reperias ſententias, nempe,
   α. Alii *Chriſtum pro omnibus, ſine diſcrimine, mortem ſubiiſſe* aſſerunt.
   β. Alii *pro ſolis Electis, Fidelibuſque.*
3. Ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, quæ verba poſſunt reddi,
   a. *Coram Pontio Pilato.*
   b. *Sub Pontio Pilato.*
4. Veritatis hujus *oppoſita* refert.

II. Circa *ſepulturam* duo conſideranda videntur Autori,

1. *Curatio corporis Chriſti.*
2. *Illatio in tumulum*; quæ neceſſaria fuit,
   a. Ut *conſtaret Chriſtum, non* κατὰ δόκησιν, ſed ὄντως *mortuum eſſe.*

b. *Ut*

b. *Ut ſepulcra noſtra ſanctificarentur,*
c. *Ut veteris hominis ſepultura a Chriſti proficiſcatur.*

III. *De Reſurrectione* ſequentia notantur,
1. *Subjectum*, id eſt, verum Chriſti corpus.
2. *Cauſa efficiens*, id eſt, propria Chriſti virtus.
3. *Finis*, nempe,
a. *Juſtificatio noſtra.*
b. *Reſurrectio noſtra ſpiritualis.*
c. *Pignus noſtræ reſurrectionis.*
4. *Circumſtantia temporis.*
5. *Oppoſita*, ibique referuntur,
α. Manichæi.
β. Eutychiani.
γ. Origenes.

CAPITE DECIMO TERTIO,

Tractantur *Chriſti adſcenſio in Cœlum, Seſſio ad dextram Dei Patris, Reditus ejus ad Judicium, & Regnum.*

I. *Adſcenſionis* expenduntur
1. *Nomina*, quæ ſunt
a. Ἀνάληψις,
b. Ἀνάλυσις,
c. Ἄνοδος,
d. Ἀνάβασις,
e. Ἡ εἰς τὰς οὐρανὰς ἔνθεος ἀποκατάστασις,
f. Ἡ εἰς οὐρανὰς πορεία.

2. *Lo-*

Digitized by Google

2. *Locus*, id est, Cœlum.
3. Ostenditur, *Christum vere, & reali motu adscendisse in Cœlum*, verbumque Ἀναβαίνειν sumi
   a. Metaphorice, de Deo.
   b. *Proprie & Κυρίως*, de Christo.
4. *Rationes* præcipuæ, cur in Cœlum adscenderit Christus, indicantur, nempe,
   a. *Conditio nostra id exigebat.*
   b. *Debuit adscendere ut Rex, morte penitus debellatâ.*

II. Fuse agitur *de Sessione ad dextram Dei Patris.*

III. *De reditu ad Judicium*, de quo nobis occurrunt
   1. *Explicatio nominis.*
   2. *Causa efficiens*, seu *Judex*, scil. *Deus.*
   3. *Objectum*, nempe *Vivi & mortui*, per quos alii intelligunt
      α. *Animas & corpora.*
      β. *Alii pios & impios.*
      γ. *Alii*, & quidem optime, *eos, qui ultimum diem vivendo attingent; & eos, qui ab Adamo ad ultimum usque illum diem mortui sunt.*
   4. *Tempus* istius Judicii.
   5. *Finis*, scil.
      a. *Ut justitia Dei pateſiat.*
      b. *Ut ad pietatem accendamur.*

IV. Tandem *de Regno Christi* agitur, Regnumque tribui dicitur
   1. *In Genere, Deo*, cujus triplex est Regnum,
      α. *Potentiæ.*
      β. *Gratiæ.*
      γ. *Gloriæ.*

Digitized by Google

2. *Chriſto*, cujus Regnum duplex,
   a. *Naturale*,
   b. *Perſonale*, ſeu *Mediatorium.*

CAPITE DECIMO QUARTO,

De Spiritu Sancto diſſerens Autor, Patrum Conſtantinopolitanorum veſtigia ſequitur, qui dicunt

I. *Se credere in Spiritum Sanctum*, ac proinde *illum verum eſſe Deum.*
II. Vox Πνεῦμα explicatur; quæ de Deo duplici ſumitur modo,
   1. *Eſſentialiter*, & ſic convenit Deo Triuni.
   2. *Perſonaliter*, & ſic Tertiæ Sanctiſſimæ Trinitatis perſonæ, quæ adeo vocatur
      a. *Abſolute.*
      b. *Cum variis Epithetis.* Patres Niceni vocant Πνεῦμα
         α. Ἅγιον
         β. Κύριον
         γ. Ζωοποιὸν
         δ. Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, & hoc loco conſiderat,
            א. *Quibus verbis Veteres ad exprimendam Spiritus Sancti proceſſionem uſi ſint.*
            ב. Ipſam proceſſionis Hiſtoriam, ubi notat,
               1. Quoſdam voluiſſe proceſſionem Spiritus Sancti non tantum ex Patre, ſed etiam

Digitized by Google

etiam ex Filio a Patribus Conſtantinopolitanis huic Symbolo fuiſſe inſertam. Id vero

a. Negat

b. Docetque, a quo.

2. Olim ne inter ipſos quidem Græcos de hac Quæſtione conveniſſe, quorum varias refert ſententias, ſub litt.

α.

β.

ε. Τὸ σὺν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον.

3. Τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν Προφητῶν. Ubi docet, Prophetæ unde dicti fuerint, variaque eorum recenſet Epitheta; dein Catalogum eorum, qui Spiritus Sancti Deitatem impie oppugnabant, ſubjicit. Hi fuerunt

1. *Simon Magus.*
2. *Macedonius.*
3. *Arius*, aliique, quorum hæreſin variis argumentis refutat ſub litt.

a. *Quia Deo non ſervit Spiritus Sanctus.*
b. — *determinatam naturam non habet.*
c. — *ad nullum creationum genus referri poteſt.*
d. — *Templa Spiritus Sancti ſumus.*
e. — *in ipſum baptizamur.*
f. — *ſi Spiritus Sanctus ſit creatura, Pater etiam eſſet creatura.*

CAPITE DECIMO QUINTO,

Agitur de *Eccleſia*. Antequam rem ipſam aggreditur Autor, quæritur, *an recte dicamur* In Eccleſiam credere. Quod negatur.

I. Explicat nomen Ἐκκλησία, quod notat,
  1. *Generaliter quemvis conventum, ſive Eccleſiaſticum, ſive Politicum.*
  2. *Specialiter*; tumque
    A. *Proprie, cœtum Electorum.*
    B. *Improprie*, idque
      a. *Latiſſime, eorum qui Euangelicæ prædicationi quocunque modo credunt.*
      b. *Late, eorum, qui eandem orthodoxam doctrinam profitentur*; & ita appellatur Eccleſia,
        α. *Minimus cœtus*,
        β. *Familia cujuſque.*
      c. *Synecdochice*, & tum ſumitur,
        α. *Pro ſolis Paſtoribus, & Presbyteris.*
        β. Pro *Ovibus*, ſeu *Plebe.*
      d. *Metonymicè* notat *locum, in quo ſacer habetur cœtus.*

II. Materiale Eccleſiæ eſt,
  1. *Supremum*, nempe *Caput*, quod *ſolus Chriſtus eſt.*
  2. *Inferius*, ſcil. *Fideles & electi*, tamquam *Chriſti membra.*

III. Pro-

Digitized by Google

III. Proprietates Eccleſiæ ſunt variæ,
1. Eſt, *quod ſit Una.*
2. *Sancta.*
3. *Catholica*, quæ duplicem habet ſignificationem,
1. *Generalem*, atque ita eſt univerſalis,
2. *Specialem*, quæ etiam duplex eſt,
α. *Politica*,
β. *Eccleſiaſtica*; cujus multiplex eſt uſus.
a. *Catholici vocantur Chriſtiani orthodoxi*: itaque ab hæreticis diſtinguuntur.
b. *Eccleſia* triplici ſenſu *vocatur Catholica*,
* *Illa eſt Catholica, quæ, per totam terram diſperſa, orthodoxam fidem profitetur.*
** *Quævis* etiam *Eccleſia, ſi quidem orthodoxa*, hoc nomine vocatur, ad differentiam Eccleſiarum hæreticarum.
*** *Eccleſiæ matrices* ſic appellantur.
c. *Fides* appellatur *Catholica, quod ſit ubique diffuſa.*
d. *Epiſtolæ* dicuntur *Catholicæ*, quæ non certo alicui homini, Civitati, vel Regioni ſcriptæ ſunt, ut *Jacobi*, *utraque Petri*, *prima Johannis*, & *Judæ.*
e. *Epiſcopus* vocatur *Catholicus*, qui τὴν καθόλου Ἐπισκοπὴν *ſibi creditam habet.*
4. *Quod ſit Apoſtolica.*

CA-

Digitized by Google

CAPITE DECIMO SEXTO,

Ubi de Baptiſmo agitur, obſervat Autor,

I. *Baptiſmi cauſam efficientem*; eamque duplicem,
1. *Principalem*, id eſt, *Jeſum Chriſtum ſingulariter: communiter totam S. S. Trinitatem*
2. *Inſtrumentalem*; ſcil. *Eccleſiæ Miniſtros.* Baptizabant enim in Eccleſia tam orthodoxa, quam hæretica,
   α. *Epiſcopi, & Presbyteri.*
   β. *Diaconi.*
   γ. *Laïci.*
   δ. *Mulieres.*
   ε. *Omnes, quibus jus eſt prædicandi verbum.*

II. *Materiam Baptiſmi*, & eam quoque duplicem,
1. *Externam*, ſeu ſignum, quod duplex,
   α. *Elementare*,
   β. *Ceremoniale.*
2. *Internam*, quæ eſt ablutio a peccatis.

III. *Formulam Baptiſmi*, quam aliam habent
א. *Orthodoxi.* Inter quos variant
   a. *Occidentales*,
   b. *Orientales*,
   c. *Et alii.*
ב. *Alias* habent *Formulas heterodoxi, & hæretici*, ſcil.
   α. *Eunomiani.*
   β. *Marcitæ.*

γ. *El-*

Digitized by Google

γ. *Elceſæi.*
δ. *Alii.*
ε. *Deuterius*, Epiſcopus Arianus.

IV. *Finem Baptiſmi:* qui duplex,
1. *Finis οὗ, cujus*; nempe ut nobis ſit σύμβολον
a. *Remiſſionis peccatorum.*
b. *Sanctificationis.*
c. *Beatæ reſurrectionis.*
d. *Arctiſſimæ noſtræ cum Chriſto unionis.*
2. *Finis ᾧ, cui.* Atque ut *objectum Baptiſmi* eo melius intelligatur, illud
A. Κατ' ἄρσιν proponit; & docet, objectum Baptiſmi non eſſe
α. *Mortuos.*
β. *Vivos pro mortuis.*
γ. *Adultos, in Religione Chriſtiana prius non inſtitutos.*
δ. *Furioſos, & a Dæmone correptos.* Dein
B. Κατὰ θέσιν oſtendit, *objectum Baptiſmi eſſe*
α. *Adultos, ſed prius in Fide Chriſtiana inſtitutos.*
β. *Infantes, de quorum baptiſmo dubitatur.*
γ. *Hæreticos ad Eccleſiam Catholicam accedentes.*
δ. *Omnes in Eccleſia natos infantes.* Quod ſentiunt apud veteres
a. *Doctores ſingulares.*
b. *Integra Concilia.*
c. *Illi, qui volunt etiam illos Infantes eſſe baptizandos, quorum Parentes tum demum a Gentiliſmo ad Criſtianiſmum accedunt, poſtquam illi fuiſſent nati.*

****

V. *Ef-*

V. *Effecta Baptiſmi.* De quibus ſupra II: 2. & IV: 1.
VI. *Proprietates Baptiſmi:* hæ ſunt,
1. *Unus eſt.*
2. *Efficax eſt per totum vitæ curriculum.*
3. *Rite ſemel adminiſtratus, non eſt iterandus.*
VII. *Ad Baptiſmi adjuncta* refert *Circumſtantias*
1. *Loci,* &
2. *Temporis.* Hic conſiderat,
a. *Quo ætatis tempore Baptiſmus ſuſcipiendus,* qua de re variæ ſententiæ, ſcil.
α. *Quidam negant Baptiſmum,* in circumciſionis locum ſucceſſum, *ante octavum diem conferendum.*
β. *Greg. Nazianzenus baptizandum* infantem *putat circa tertium Annum.*
γ. *Alii,* ſcil, Clinici, *Baptiſmum in extremam uſque ſenectutem differebant.*
b. *Quo Anni tempore Baptiſmus ſit conferendus;* putant nempe
α. *Alii in Paſchatis Feſto.*
β. *Alii in Paſchate, & Pentecoſte.*
γ. *Alii in Epiphaniorum die.*
VIII. *Oppoſita Baptiſmi.*

CAPITE DECIMO SEPTIMO,

Reſurrectio mortuorum, & ſeculum futurum pertractantur, ubi

I. *Reſurrectionis* conſiderantur
1. *Nomina,*

2. *Sub-*

Digitized by Google

2. *Subjectum*; quod duplex. ſcil.
   a. *Abſolutum*, &
   b. *Limitatum.*
3. *Cauſſa efficiens.*
4. *Finis.* Qui duplex, nempe,
   a. *Alius* ille eſt *reſpectu Electorum*, &
   b. *Alius reſpectu Reproborum.*
5. *Certitudo reſurrectionis*; quæ probatur
   α. *Exemplis*
   β. *Juſtitia*, &
   γ. *Veritate Dei*, reſurrectionem denunciantis.
   δ. *Poſſibilitate reſurrectionis*, quam Veteres hiſce probarunt argumentis,
      a. *A ſemine in terram projecto*, &
      b. *Ab hominis in utero formatione.*
      c. *Exemplo Phœnicis*; quod tamen Autor rejicit.
      d. *Viciſſitudine dierum, noctiumque, & ſomni & vigiliarum.*
6. *Oppoſita* ſunt
   a. *Qui nullam agnoſcunt reſurrectionem*, niſi ſpiritualem.
   b. *Qui aliud corpus reſuſcitatum iri delirant.*
   c. *Qui omnem reſurrectionem negant.*

II. Oſtenditur, quænam ſit *Vita futuri ſeculi*, & refert
   α. *Varia æternitatis Epitheta.*
   β. *Summum ejus gaudium.*
   γ. *Gratiam, qua æterna vita datur.*
   δ. *Gradus æternæ vitæ gloriæ*, ut & *æterni ſupplicii.*

CA-

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

CAPITE ULTIMO

Fuse agit,

I. *De Anathemate*, quo Ariani percutiebantur; & docet Ἀνάθεμα sumi
   1. *Usitatissime in malam partem*, & denotare
      α. *Exsecrationem*
      β. *Æternum exitium.*
   2. *In bonam partem.*
II. De iis, qui Anathemate percussi, nempe Ariani, eorumque assertionibus.

Digitized by Google

FIDES
NICÆNO-CONSTANTINOPOLITANA:
ID EST,
EXPOSITIO SYMBOLI
In Concilio Nicæno editi, & in Constantinopolitano repetiti atque aucti.

CAPUT I.

Prolegomena de Fide Nicæno-Constantinopolitana.

ANtequam ad ipsam Symboli hujus expositionem, quam ex Antiquitate maximè, σὺν θεῷ καὶ πόνῳ, Lectorum oculis subjicere placet, accedamus: primo hoc Capite pauca quædam *de Autore* hujus Symboli; *de Consilio & fine* Autoris; *de ejus decretis*, & quam in Ecclesia obtinet *auctoritate*; tandem *de differentia Nicæni & Constantinopolitani Symboli* præfabimur.

I. *Autor* hujus Symboli est Synodus Nicæna, edicto Imperatoris Constantini coacta anno Christi 325, cui 218. Patres interfuerunt, quæ dicitur œcumenica 1. Photius Patriarcha Constantinop. in epist. ad Michaelem Bulgariæ Principem, pag. 3. Ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος, ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, τριακοσίων θείων ἀρχιερέων ὁμήγυρις, τὴν τῆς ἀληθείας κρίσιν ἐνεχειρίζοντο. *Primum & œcumenicum sanctum Concilium in Nicæa Bithyniæ celebratum est: in quo trecentorum decem & octo divinorum Episcoporum congregationi veritatis judicium commissum fuit.* Nilus de Synodis: Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῶν πατέρων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ ἰσαποστόλου Κωνσταντίνου. *Sancta & œcumenica prima Synodus Nicæa congregata fuit à trecentis octodecim Patribus, imperante magno Imperatore & Apostolis æquali Constantino.* Autor incertus de Synodis: Ἡ πρώτη ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. *Prima*

ma ſancta & œcumenica Synodus habita eſt Nicææ ſub glorioſæ memoriæ Imperatore noſtro Conſtantino magno. Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. pag. 540. Ὀκτωκαίδεκα καὶ τριακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς. *Trecenti decem & octo convenerunt Epiſcopi*, ſcil. Nicææ. Ita alii Autores paſſim magno conſenſu. Ab hujus igitur Concilii Patribus edita fuit hæc fidei formula: quod tamen non ita intelligi debet, quaſi antè prorſus fuerit ignota. Conſtat enim, illius partem maximam coram Synodi Nicænæ Patribus ab Euſebio Cæſarienſi fuiſſe recitatam, hoc priùs commendatam elogio (quemadmodum Euſebius in epiſtola ad Cæſarienſes ſuos ex Concilio ſcripta, ipſe confirmat, ut refert Socrates, lib. 1. cap. 5. juxta alios, cap. 8. pag. 175. Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. pag. 553. Gelaſius Cyzicenus, in Actis Concilii Nicæni parte 3. cap. 35.) Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν· καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν αὐτῷ τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιςεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτω καὶ νῦν πιςεύοντες τὴν ἡμετέραν πίςιν ὑμῖν προσαναφέρομεν. *Sicut ab Epiſcopis, qui ante nos fuerunt, accepimus, & in prima Catecheſi, & cum Baptiſmi lavacrum ſuſcepimus; & ſicut ex divinis ſcripturis didicimus, & ſicut in Presbyterio, & in ipſo Epiſcopatu credidimus, & docuimus: ſic etiam & nunc credentes, noſtram fidem vobis proponimus.* Fidei autem confeſſio illa hæc erat, quemadmodum Autores nominati eam proponunt: Πιςεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς Κύριον Ἰησοῦν Χριςὸν, τὸν τοῦ θεοῦ Λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον, δ' οὗ καὶ ἐγένετο πάντα· τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναςάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιςεύομεν καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſecula ex Patre genitum, per quem etiam omnia facta ſunt. Qui propter noſtram ſalutem incarnatus & inter homines converſatus, & paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, & aſcendit ad Patrem, & iterum venturus eſt in gloria ad judicandum vivos & mortuos. Credimus & in unum ſpiritum ſanctum.* Atque hanc Confeſſionem & Conſtantinus Imperator, & univerſi Patres Nicæni ſine ulla contradictione admiſerunt, ut teſtantur Socrates & Theo-

Theodoretus ubi suprà: sed ad Arianæ hæreseως, de qua tum quæstio erat, clariorem refutationem, ita eam à se interpolatam Ecclesiis proponendam censuerunt, ut sub finem hujus Capitis videbimus. Nec verò tantùm imperante Constantino hæc Synodus, sed ab ipso Imperatore fuit coacta. Hîc operæ precium fuerit, occasione sese offerente, in causam Synodos convocantem paucis inquirere. Ut in electis Episcopis confirmandis, summam olim habuere Imperatores autoritatem: ita etiam in Synodis generalibus convocandis ac dimittendis. Et hâc notâ quidem dignoscebatur, an Concilium fuisset generale, si à Principe convocatum esset. Cedrenus, ubi de Topicis agit Synodis, quas sex fuisse ait, Antiochenam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicenam, Sardicensem & Carthaginensem, pag. 361. sic scribit: Αἱ μὲν γὰρ τοπικῶν ζητήσεων ἕνεκα συνέζηταν, μήτε βασιλέων συνεδρευσάντων αὐταῖς, μήτε προσαξάντων. Τινῶν δὲ αὐτῶν καὶ πρὸ τῆς καταζάσεως τῶν χριστιανῶν βασιλέων γεγενημένων. Αἱ δὲ οἰκουμενικαὶ γεγόνασιν. Ἐκλήθησαν δὲ οἰκουμενικαὶ, διότι ἐκ κελεύσεων βασιλικῶν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀρχιερεῖς μετεκλήθησαν, καὶ ὅτα ἐν ἑνάσῃ, καὶ μάλιστα τῶν ἐξ τούτων συνόδων, περὶ πίστεως ἡ ζήτησις γέγονε, καὶ ψῆφος, ἤτοι ὅρος δογματικὸς ἐξενήνεκτο. *Hæ Synodi localium ac particularium quæstionum caussâ habitæ sunt, cùm neque Imperatores iis interessent, neque eorum mandato convocatæ essent. Nonnullæ etiam earum habitæ sunt, priusquam Christiani Principes imperium obtinerent. Oecumenica verò Concilia habita sunt. Oecumenica autem ac generalia dicta sunt, quòd jussu Imperatorum omnes qui sub imperio Romano erant Sacerdotes ad ea convocarentur: & quia in quovis eorum, præsertim verò sexistis, de fide fuit quæsitum, suffragiisque actum, & definitio dogmatica edita.* Si Cedreni autoritas parùm idonea videtur, ecce tibi S. Hieronymum, qui non legitimè convocatam Synodum ut ostenderet, *Monstra mihi*, inquit, *quisnam Imperatorum celebrari id Concilium jusserit.* Sed ut rem distinctiùs proponamus, demonstrabimus.

1. *Synodos generales Imperatorum autoritate ac jussione fuisse convocatas.* Socrates in procœmio lib. 5. hist. Eccles. 243. a. Ἀφ' οὗ χριστιανίζειν ἤρξαντο, τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἐξ αὐτῶν (βασιλέων) ἤρτητο, καὶ αἱ μέγισται σύνοδοι τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγόνασί τε καὶ γίνονται. *Ex quoque Christianam religionem amplecti cœperunt, res Ecclesiasticæ ab illis* (Imperatoribus) *pendebant, & maximæ Synodi ex eorum sententia celebratæ sunt, & adhuc celebrantur.* Macarii Ancyrani cap. 103. totum in eo est, ὅτι σύνοδον οἰκουμενικὴν, ἡ τοπικὴν, οὐδεὶς ἐπ' ἀδείας ἔχει προσάξαι συναθροισθῆναι εἰ μὴ ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων.

Synodum œcumenicam, aut nationalem, in nullius poteſtate eſſe congregare, niſi Imperatoris Romani. Vide etiam hiſtoriam Concilii Florentini, ſect. 2. cap. 8. pag. 6. & ſect. 10. cap. 2. pag. 280. ſed propiùs ad rem. Concilium Nicænum, primum œcumenicum, de quo nobis hîc præcipuè ſermo, à Conſtantino M. fuit convocatum. Id teſtantur Concilii illius Acta, ſtatim ab initio, his verbis: Συναθροισθεῖσα σύνοδος ἔκ τε τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος καὶ θεσπίσματος τοῦ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βατιλέως Κωνσαντίνου. *Congregata fuit Synodus tum ex gratia Dei, tum ex decreto Dei amantis & pii Imperatoris Conſtantini.* Et max. pag. 7. Οὗ χάριν καὶ τὴν πολυάνθρωτον ἐκείνην ἐπὶ τὴν τῶν Νικαίων πόλιν ὁ τιςώτατος βασιλεὺς Κωνσαντῖνος συνήγαγε σύνοδον. *Cujus rei gratiâ etiam frequentem illam Nicææ congregavit Synodum fideliſſimus Imperator Conſtantinus.* Idem teſtatur Euſebius, in vita Conſtantini, lib. 3. cap. 6. pag. 137. b. Σύνοδον οἰκουμενικὴν συνεκρότει. *Synodum œcumenicam congregabat.* Vide etiam Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. pag. 540: ipſam Synodi Nicænæ epiſtolam ad Eccleſiam Alexandrinam, apud eundem, lib. 1. cap. 8. pag. 546. Epiphanium, hæreſi 69. pag. 314. Photium, epiſt. 1. pag. 4. *Aſſirmat ille*, pag. 3. *Concilium Nicænum ſub Silveſtro & Julio fuiſſe celebratum:* quod falſiſſimum eſt. Julius enim ſucceſſit Silveſtro, at Silveſter Concilio ſupervixit plures annos. Verùm non Photius ſolus hunc errorem erravit, ſed & Autor Libelli Synodici, in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1175. ubi Julius expreſsè nominatur διάδοχος, *ſucceſſor* Silveſtri. Ita Concilium œcumenicum ſecundum, Conſtantinopol. 1. convocatum fuit à Theodoſio. Vide Sozomenum, lib. 7. cap. 7. pag. 94. a. Socratem, lib. 5. cap. 8. pag. 244. b. Theodoretum, lib. 5. cap. 6. pag. 711. & cap. 7. pag. 712. Concilium œcumenicum tertium, quod Epheſinum appellatur, convocatum à Theodoſio juniore, ut teſtatur Evagrius, lib. 1. cap. 3. pag. 124. a. & Concilii illius Acta ſatis frequenter. Quintum Concilium œcumenicum, ſeu Conſtantinopol. 2. convocatum eſt à Juſtiniano. Evagrius lib. 4. cap. 38. pag. 167. b. τὴν πέμπτην μετατέμπεται σύνοδον Ἰουςινιανός. *Quintam Synodum convocari jubet Juſtinianus.* Idem patet ex Libello Synodico, pag. 1203.

2. *Synodos topicas Imperatorum autoritate & mandato fuiſſe convocatas.* Tales multas congregari juſſit Conſtantinus. Id de eo teſtatur Euſebius, in vita ipſius lib. 1. pag. 124. a. b. Οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ἐκ θεοῦ καθεςαμένος, συνόδους τῶν τοῦ θεοῦ λειτουργῶν συνεκρότει. *Velut communis quidam Epiſcopus à Deo conſtitutus, Synodos ſervorum Dei congregabat.* Ita congregari juſſit Arelatenſem, ad cauſſam Cæciliani Carthaginenſis judi-

candam

candam. Quos vellet ibi Episcopos adesse, & quot; epistolis suis mandavit, tempore etiam & loco indictis; ut apparet ex ejus epistola ad Chrestum, Syracusanum Episcopum: Ἐπειδὴ πλείους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν ἔσω καλανδῶν Αὐγούστου συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν. *Quoniam plures ex variis & innumerabilibus locis Episcopos in urbem Arelatensem intra Calendas Augusti convenire jussimus.* Ad Miltiadem similiter scripsit, ut Synodus in Romanam urbem convocaretur, ad eandem Cæciliani causam cognoscendam & decidendam, non solùm præsente ipso Militiade; sed etiam Reticio, Materno, Marino, κολλητῶν, inquit, ὑμῶν, *collegis vestris*, quos etiam ad Concilium Romam festinare jussi. Nam epistola illa scripta est à Constantino ad Miltiadem & Marcum: Ἵνα ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετεκίου, καὶ Ματέρνου, καὶ Μαρίνου, τῶν κολλητῶν ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκα εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι. *Ut ibi vobis præsentibus, nec non Reticio, & Materno, & Marino, collegis vestris, quos hujus rei gratiâ Romam festinare mandavi, audiri possit.* Hæ epistolæ Constantini ad Chrestum & Miltiadem habentur apud Eusebium, hist. Eccles. lib. 10. cap. 5. pag. 114. a. b. Utramque hanc Synodum Constantini jussu convenisse, testatur etiam Libellus Synodicus, sub Synodo Romana, anno Ch. 313. congregata, his verbis: ταύτην τοίνυν, καὶ τὴν ἐν Ἀρελάτῳ, προσάξας συγκροτηθῆναι ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, &c. *Hanc igitur*, nempe Romanam Synodum, *& Arelatensem, Constantinus M. Imperator colligi præcepit.* Idem etiam Synodum, ad causam Athanasii tractandam, Tyrum, civitatem Syriæ, convenire jussit. Patet ex illius epistola, quam ad Concilium scripsit, apud Theodoretum, hist. Eccles. lib. 1. cap. 27. pag. 578. Vide quoque Eusebium in vita Constantini, lib. 4. pag. 152. b. 153. a. Nec aliter sequentes Augusti se gesserunt in Ecclesia gubernanda. Constantius anno 359. Concilium Seleucience convocat. Theodoretus, hist. Eccles. lib. 2. cap. 22. pag. 624. χρόνου διελθόντος, ὑπὸ τῶν Εὐδοξίου κατηγόρων ὑπομνησθεὶς ὁ Κωνστάντιος, εἰς Σελεύκειαν τὴν σύνοδον γενέσθαι προσέταξε. *Post aliquod tempus, Constantius, suggerentibus Eudoxii accusatoribus, Synodum Seleuciæ haberi præcepit.* Idem testatur Libellus Synodicus, pag. 1184. Biblioth. Juris Canonici. Idem Constantius, anno Ch. 3511. Concilium Syrmiense convocari jussit. Patet ex eodem Libello Synodico, pag. 1182. Valentinianus, cùm Sixtus, Episcopus urbis Romæ, variis calumniis exagitatus fuisset à Basso, Concilium jussit congregari; ut est apud Damasum in vita Sixti. Idem anno Ch. 368. in Illyrico Synodum

nodum fieri jubet: in Libello Synodico, pag. 1188. Leo Imperator Theſſalonicenſem congregari jubet Synodum adverſus Eutychem, Dioſcorum & Timotheum, anno Ch. 453. ibidem, pag. 1195. Zenon Imp. anno Ch. 483. ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον ἁγίαν συναθροισθῆναι προσέταξεν, *Antiochiæ ſanctam Synodum congregari juſſit:* in eodem Synodico, pag. 1197. Sexcenta alia exempla proferri poſſent, niſi hæc, nunc quidem, ſufficerent.

3. *Synodos non tantùm ab Imperatoribus Chriſtianis fuiſſe convocatas, ſed etiam confirmatas.* Epiſcopi congregati in Concilio Conſtantinopol. 1. in epiſtola ad Theodoſium M. cujus juſſu convocati fuerant, petunt ab eo confirmari Canones illius Concilii. Πρὸς δὲ τούτοις, inquiunt in Canonibus Tiguri editis, pag. 36. καὶ ὑπὲρ τῆς ἐυταξίας τῶν ἐκκλησιῶν ῥητοὺς κανόνας ὡρίσαμεν· ἅπερ ἅπαντα τῷδε ἡμῶν τῷ γράμματι ὑτετάξαμεν. Δεόμεθα τοίνυν τῆς σῆς ἡμερότητος, γράμματι τῆς σῆς ἐυσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τὴν ψῆφον, ἵν' ὥσπερ ταῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. *Ad hæc componendis & ordinandis Eccleſiis certas conſtituimus regulas, quas & huic epiſtolæ ſubjecimus. Proinde rogamus tuam clementiam, ut Synodi decretum pietatis tuæ literis confirmetur, ut, quemadmodum Eccleſiam honoráſti literis vocationis, ita nunc in ea decretorum confirmationi manum ultimam imponere velis.* Narrat etiam Evagrius, lib. 3. cap. 18. pag. 150. b. à Felice, Romano Epiſcopo, miſſos ad Zenonem Imperat. Vitalium & Miſinum, Epiſcopos, *ut ejus autoritate Concilium Chalcedonenſe confirmaretur*, ἐφ' ᾧ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον κρατεῖν. Theodoſius in Conſtantinopolitana Synodo, quæ ibi acta ſunt, ἐπεψηφίσατο, *ſuo ſuffragio comprobavit*, rogatus ab Epiſcopis, ut placita Synodi ſua ſubſcriptione muniret. In hac, de qua agimus. Synodo Nicæna Conſtantinus τὰ τῆς συνόδου δόγματα κυρῶν ἐπεσφραγίζετο, *Synodi placitis ſuo ſuffragio autoritatem addebat.* Idem factum à Theodoſio & Valentiniano de Synodo Epheſina, à Juſtiniano de Synodo Trullana: de quibus alibi pluribus agemus.

II. *Conſilium & finis hujus Concilii* in edenda hac fidei formula fuit, ut Venenum Arrianæ hæreſeως tolleretur, & orthodoxa de Filio Dei doctrina ſtabiliretur. Sed de hujus hæreſeως ortu & progreſſu, atque reliquis eodem ſpectantibus, agetur infrà, Cap. VIII. Cùm Conſtantinus videret, impium Arrii dogma in dies latiùs ſerpere, & Eccleſiæ corpus inficere, de tanto malo ſupprimendo & pace atque concordia Eccleſiaſtica revocanda & reſtauranda ſolicitus, ex omnibus orbis Romani par-

partibus Episcopos Nicæam convocat. Hi ergo Imperatorio moti edicto congregantur, & primum consessum celebrant anno Ch. 325. die 19. Junii, feriâ sextâ, secundum Scaligeri rationes. Ibi Arrii hæresis in judicium vocata & anathemate percussa, atque Fidei formula, quam examinandam suscepimus, edita fuit: additis Canonibus; ut jam monebimus.

III. In hoc Concilio *duo Decretorum genera* condita sunt, Ὅροι & διατυπώσεις. Ὅρος est *canon, regula, statutum.* Hesychius: Ὅρος, νόμος, θεσμός. *Lex, sanctio.* Ita sumitur Can. 19. Concilii hujus: *De Paulianistis, si ad Ecclesiam Catholicam confugerint,* ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος, *definitum est, eos omnino rebaptizari.* Ad quæ Zonaras, pag. 65. Ὅρος, ὁ τύπος, καὶ ὁ κανὼν λέγεται. Forma & regula vocatur ὅρος. Eodem modo Balsamon, pag. 299. Optimè τύπος, nam Canone eodem, quod ab initio ὅρου nomine venit, id circa finem τύπος appellatur: *Similiter autem & de Diaconissis, & omnino de his, qui sub Canone versantur,* ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται, *eadem forma servabitur.* Canon 19. Concilii Ancyrani: *Quicunque virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem,* τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληροῦτωσαν, *ii digamorum definitionem impleant.* Dionysius Exiguus interpretatur: *Inter bigamos censeantur.* Alexius Aristinus & Symeon Logotheta pro eo ponunt, τριετίαν ἀφοριζέσθω, *triennio excommunicetur.* Ita ut ὅρος nihil aliud sit, quàm *statutum & decretum de pœna Canonica* irroganda. Id manifestum ex Balsamone ad hunc Canonem, pag. 782. Τοὺς ἀθετήσαντας τὴν πρὸς θεὸν γενομένην παρ' αὐτῶν ἐπαγγελίαν χάριν τοῦ παρθενεύειν, οἱ πατέρες καθυποβάλλουσιν ὅρῳ διγάμων, τουτέστιν, ἐπιτιμίῳ. *Eos qui suum votum, Deo factum de virginitate servanda, irritum reddiderunt, Patres digamorum definitioni, id est, pœnæ subjiciunt.* Et Zonaras ad eundem Canonem, pag. 298. Ὅρον, τὸν τύπον καὶ τὸν κανόνα λέγει, ἤγουν ὅσα περὶ τῶν διγάμων κεκανόνισται καὶ διατετύπωται, ταῦτα πρακτήσει καὶ ἐπ' αὐτῶν. Ὅρον *vocat formam & Canonem, sive quæcunque de digamis Canonicè constituta & decreta sunt ea etiam circa istos valebunt.* Sed propiùs ad rem. Ad ὅρους hujus Concilii pertinent viginti Canones in eo edicti: διατυπώσεις ad doctrinam de fide stabiliendam prioè spectabant. Gelasius Cyzicenus in Actis hujus Concilii parte 2. pag. 199. hoc discrimen constituit inter ὅρους & διατυπώσεις, quòd ὅροι sint περὶ τῆς εὐταξίας, διατυπώσεις verò περὶ τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Inter διατυπώσεις numerandum est Symbolum Nicænum. Ad ὅρους verò, ut dictum, pertinent hujus Concilii Canones, quos Theodoretus, hist. Eccles.

Eccleſ. lib. 1. in fine cap. 7. pag. 545. νόμους appellat: *Epiſcopi*, inquit, αὖθις συνελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔγραψαν εἴκοσι, *iterum in Concilium venientes, adminiſtrationis Eccleſiaſticæ leges viginti conſcripſerunt.* Et Gelaſius Cyzicenus, parte 2. pag. 169. poſt enumeratos Canones, hæc addit: Τούτους τὰς εἴκοσι νόμους τὸ αὐτὸ ἅγιον αὐτῶν συνέδριον ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ πανευφήμου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας ἐγράψαντο. *Hos viginti Canones idem ſanctum illorum Concilium, præſente religioſiſſimo & laudatiſſimo Imperatore Conſtantino, de adminiſtratione Eccleſiaſtica ſcripſit.* Ὅρον tamen interdum quoque διατύπωσιν notare, id eſt, *doctrinam de fide*, colligo ex Libello anonymi de Synodis, ubi Patres in Concilio Chalcedonenſi dicuntur ὅρον promulgâſſe contra Eutychem & Dioſcorum. Verba ejus ſunt: θεῖον δὲ ὅρον ἐξεφάνισαν, τέλειον θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν καὶ θεὸν κηρύξαντες. *Divinam autem definitionem promulgárunt, prædicantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe perfectum Deum & perfectum hominem in duobus naturis inconfuſè & indiviſibiliter.* In Libello Synodico, de Concilio Syrmienſi Arianorum: Αὕτη ἡ σύνοδος ὅρον πίστεως ἐξέθετο ἄθεον, φύσιν ἢ οὐσίαν ἐπὶ θεοῦ λέγειν ἀπαγορεύουσα. *Hæc Synodus definitionem fidei expoſuit impiam, quæ vetabat, naturam aut ſubſtantiam de Deo prædicari.* In epiſt. Juſtiniani ad Epiphanium, in Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. 1. Cod. ut citatur in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1240. Ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι, τὸ ἅγιον μάθημα, ἤτοι σύμβολον κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ἐκτεθέν. *Fidei definitionem, hoc eſt, ſanctum ſymbolum, retinemus ac cuſtodimus, à ſanctis Patribus* 318. *expoſitum.*

IV. *Autoritas hujus Symboli.* Hanc fidei formulam magnam vim & pondus eximium in Eccleſia Dei ſemper obtinuiſſe, tum ob antiquitatem, tum ob conſenſum & συμφωνίαν, quam habet cum ſcriptura ſacra, non imus inficias. Hinc in Eccleſiis Græcis confiteri hoc Symbolum neceſſe habent Patriarchæ & Archiepiſcopi, quando eam conſequuntur dignitatem, uti liquet ex Jure Græco-Romano, edito à Marquardo Frehero, pag. 440. Solennis ejus fuit recitatio ſacræ Synaxeως tempore, inſtituta à Timotheo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano. Ita enim in lib. 2. hiſtoriæ Theodori Lectoris Eclogis legimus: Αἰτηθεὶς ἐκ τῶν σπουδαζῶν αὐτοῦ Τιμόθεος, τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων τῆς πίστεως Σύμβολον καθ' ἑκάστην Σύναξιν λέγεσθαι παρεσκεύασεν, ἐπὶ διαβολῇ δῆθεν Μακεδονίου, ὡς αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ Σύμβολον, ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ἐν τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ

τοῦ

τοῦ θείου πάθους, τῷ καιρῷ τῶν γινομένων ὑπὸ τῆς ἐπισκόπου κατηχήσεων. *Ab amicis rogatus* Timotheus, *Symbolum fidei* 318. *Patrum per singulas Synaxes recitari curavit* : *ad reprehensionem videlicet Macedonii, ut qui hoc Symbolum non recepit : cùm antea semel tantùm in anno, in sancta scilicet Parasceve Dominicæ passionis, tempore, quo Episcopus catechizabat, recitatum esset.* Methodius verò in Chronico suo, pag. 80. hoc institutum tribuit Martyrio, sub Leone parvo, de eo sic scribens: Πρῶτον ἐπενόησεν, ἐν πάσῃ συνάξει, τὸ ἅγιον σύμβολον τῆς πίστεως λέγεσθαι, πρότερον μὴ λεγόμενον, εἰ μὴ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ. *Primùm statuit, in qualibet Synaxi sanctum Fidei Symbolum esse recitandum, quod antea non recitabatur, nisi semel in anno, in magna Parasceve.* Alia hujus Symboli elogia, unde ejusdem colligitur autoritas, occurrunt frequenter. Libellus Synodicus, Synodo 34. pag. 1175. Biblioth. Juris Canonici, de Symbolo Nicæno: Ἥτις ἁγία σύνοδος ἐξέθετο κατὰ πάσης αἱρέσεως τὸ θεουργὸν τῆς πίστεως μάθημα. *Quæ sancta Synodus exposuit contra omnem hæresim divinum fidei Symbolum.* Justinianus Imperator Novell. 131. statim post initium, pag. 343. quatuor Conciliorum œcumenicorum definitiones & conclusiones pari passu cum ipsa Scriptura ambulare vult. Verba decreti ejus sunt: θεσπίζομεν τοίνυν, τάξιν νόμων ἐπέχειν τὰς ἁγίας ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας, τοῦτ' ἔστι τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιή. καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρν'. πατέρων, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι, καθ' ἣν Εὐτύχης μετὰ Νεστορίου ἀνεθεματίσθη. τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. *Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctos Ecclesiasticos Canones, qui à sanctis quatuor Conciliis constituti sunt, aut confirmati. Hoc est Nicæno* 318. *& Constantinopolitano sanctorum* 150. *Patrum, & Ephesino primo, in quo Nestorius est damnatus, & Chalcedonensi, in quo Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictorum enim Conciliorum dogmata, sicut divinas scripturas, accipimus ; & Canones, sicut leges, observamus.* Collectio Constitut. Eccles. lib. III. ex Novellis, Justiniani allegatum decretum ita proponit: *A quatuor Conciliis, Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino & Chalcedonensi* τεθέντες ὅροι, νόμων τάξιν ἐχέτωσαν, καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν, ὡς αἱ θεόπνευστοι τιμάσθωσαν γραφαὶ, *constitutæ definitiones, legum vicem obtinento : eorumque dogmata, tanquam inspiratæ divinitus scripturæ, coluntor.* Vide etiam Photii Nomocan. tit. I. de Fide, cap. 2. & Balsamonem ad eundem titulum, pag. 4. Ita etiam alibi alii passim. Interim tamen meritò quæritur, *An tantæ sit autoritatis,*

tis, ut principium Theologiæ dici possit? Ut ad hanc quæstionem paucis respondeamus, sciendum est, principiorum ἐπιστημονικῶν tres esse conditiones.

1. *Debent esse vera*, imò firmæ & inconcussiæ veritatis, id est, ἀμετάπτωτα.

2. *Debent esse prima.* Id est, per alia probari & demonstrari non possunt: sunt enim ἀναπόδεικτα. Philosophus utramque potuit conditionem lib. 1. Topic. cap. 1. dicit enim, *principia esse* ἀληθῆ καὶ πρῶτα, καὶ μὴ δι' ἑτέρων ἔχοντα τὴν πίστιν, *vera & prima, neque per alia fidem habere.* Et Basilius M. in Psal. 115. pag. 313. Ἀνάγκη ἑκάστης μαθήσεως ἀνεξετάστους εἶναι τὰς ἀρχὰς τοῖς μανθάνουσιν· ἐπεὶ ἀμήχανον τοὺς περὶ τὰ πρῶτα ζυγομαχοῦντας, δυνηθῆναι ὁδῷ καὶ τάξει προελθεῖν εἰς τὸ τέλος. *Necesse est cujusque disciplinæ principia nulla prorsus prævia demonstratione aut disquisitione tradi discentibus. Fieri enim neutiquam potest, ut qui circa principia disciplinarum velitantur contentiosiùs, ad finem aliquando via & ordine provehantur aut pertingant.* Inde oritur conditio tertia:

3. Quòd sint αὐτόπιστα, id est, *fidem ex se faciant.* Si enim non essent ex se fide digna, vim & autoritatem suam aliunde acciperent, atque ita nec essent prima nec principia. Clemens Alex. lib. VII. stromat. pag. 757. τὴν ἀρχὴν εἴ τις ἑτέρου δεῖσθαι ὑπολάβοι, οὐκέτ' ἂν ὄντως ἀρχὴ Φυλαχθείη. *Principium si quis alio indigere existimaverit, non utique verè poterit manere principium.* Iterum Philosophus lib. 1. Topic. cap. 1. statim post initium: Οὐ δεῖ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διατί, ἀλλ' ἑκάστην τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πιστήν. *Non oportet in aptis scientiæ efficiendæ principiis quæri cur, sed unumquodque principium ipsum per se ipsum esse credibile.*

His ita præmissis, dicimus scripturarum effata esse principia Theologiæ: sunt enim vera, imò infallibilis & inconcussæ veritatis, quia inspirata à Deo, qui est αὐτοαλήθεια, *ipsa veritas.* Sunt ἀξιόπιστα, cum sint a Deo, qui solus est ἀξιόπιστος. Idcò vocantur πιστὰ καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξια, *fidelia & omni acceptione digna*, 1. Timoth. 1:15. Adde, quòd scriptura dicitur *lucerna.* Igitur nativa & ingenita luce, & per impressas ipsi veritati cœlesti notas sibi conciliat autoritatem, sicut lux per se ipsam videtur & innata vi sua. Atque hoc magno consensu agnoscunt veteres. Basilius Cæs. Homil. de Fide, pag. 394. Εἰ πιστὸς ὁ Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, Φανερὰ ἔκπτωσις τῆς πίστεως, καὶ ὑπερηφανίας κατηγορία, ἢ ἀθετεῖν τι τῶν γεγραμμένων, ἢ ἐπεισάγειν τῶν μὴ γεγραμμένων. *Si fidelis est Dominus in omnibus sermonibus suis, utique*

que

que manifesta à fide defectio est, & superbiæ indicium, aut aliquid rejicere eorum, quæ scripta sunt, aut superinducere, quæ non scripta sunt. Gregorius Nyssenus Orat. de Anima, t. 2. pag. 108. Ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀθανασίας αὐτῆς (ψυχῆς) ἡ τῶν θείων λογίων διδασκαλία, τὸ πιστὸν ἀφ' ἑαυτῆς ἔχουσα, διὰ τὸ θεόπνευστος εἶναι. *Ad demonstrandum ejus* (animæ) *immortalitatem, divinorum eloquiorum doctrina nobis sufficit, utpote quæ, quòd ei creditur, à se ipsa habet, quia divinitus inspirata est.* Idem, lib. 1. contra Eunomium, t. 2. pag. 346. Κριτήριον ἀσφαλὲς τῆς ἀληθείας, ἐπὶ παντὸς δόγματος, ἡ θεόπνευστος ἐξ μαρτυρία. *In omni dogmate, optima judicandi ratio divinitus inspiratum testimonium est.* Clemens Alexandr. stromat. lib. 4. pag. 475. τὰς γραφὰς, αἷς πεπιστεύκαμεν, κυρίας ὔσας ἐξ αὐθεντείας παντοκρατορικῆς ἐπιδεικνύομεν. *Scripturas, quibus credidimus, validas ac ratas esse, omnipotenti autoritate ostendimus.* Idem, lib. 5. pag. 547. Προτείνομεν αὐτοῖς τὸ ἀναντίῤῥητον ἐκεῖνο, ὁ θεός ἐξιν ὁ λέγων, καὶ περὶ ἑνὸς ἑκάστου ὧν ἐπιζητῶ παρισὰς ἐγγράφως τίς οὖν ἔτι ἄθεος ἀπιστεῖν θεῷ; *Illis objicimus illud, cui nemo contradicere possit,* Deus hoc dicit, *& de unoquoque, quod quæro, testimonium scriptum profert. Quis igitur adhuc adeò impius, ut Deo credere nolit?* Et lib. 7. stromat. pag. 757. ἔχομεν γὰρ τὴν ἀρχὴν τῆς διδασκαλίας τὸν Κύριον, διά τε τῶν προφητῶν, διά τε τῦ Εὐαγγελίυ, καὶ διὰ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων, πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος ἡγούμενον τῆς γνώσεως. Principium *enim* doctrinæ *habemus Dominum, qui & per Prophetas, & per Evangelium, & per beatos Apostolos, multifariam multisque modis à principio ad finem dux est cognitionis.* Dignissima etiam sunt sequentia, quæ hîc legantur, quia rem, de qua nobis sermo est, solidè confirmant. Ὁ μὲν οὖν ἐξ ἑαυτοῦ πιστὸς, τῇ κυριακῇ γραφῇ τε καὶ φωνῇ ἀξιόπιστος εἰκότως ἂν διὰ τοῦ Κυρίυ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐυεργεσίαν ἐνεργουμένη. Ἀμέλει πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἔυρεσιν, αὐτῇ χρώμεθα κριτηρίῳ· τὸ κρινόμενον δὲ πᾶν, ἔτι ἄπιστον πρὶν κριθῆναι· ὡς' οὐδ' ἀρχὴ τὸ κρίσεως δεόμενον. εἰκότως τοίνυν πίστει περιλαβόντες ἀναπόδεικτον τὴν ἀρχὴν ἐκ περιουσίας, καὶ τὰς ἀποδείξεις παρ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς περὶ τῆς ἀρχῆς λαβόντες, φωνῇ Κυρίυ παιδευόμεθα πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀποφαινομένοις ἀνθρώποις προσέχομεν, οἷς καὶ ἀνταποφαίνεσθαι ἐπ' ἴσης ἔξεσιν. εἰδ' οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ δόξαν, ἀλλὰ πιστῶσασθαι δεῖ τὸ λεχθὲν, οὐ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀναμένομεν μαρτυρίαν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Κυρίυ φωνῇ πιστούμεθα τὸ ζητούμενον· ἡ πασῶν ἀποδείξεων ἐχεγγυωτέρα· μᾶλλον δὲ, ἡ μόνη ἀπόδειξις οὖσα τυγχάνει. *Qui ergo ex se ipso fidelis est, Dominicâ Scripturâ & voce est fide dignus, quæ per Dominum ritè operatur ad hominum beneficium. Rectè autem ea, tanquam judice utimur ad res inveniendas. Quicquid au-*

tem

tem judicatur, non creditur priusquàm fuerit judicatum : quare nec principium id est, quod judicio indiget. *Meritò ergo, cùm fide comprehenderimus* principium indemonstrabile *ex abundanti*, & ab ipso principio de principio demonstrationes sumserimus, *voce Domini erudimur ad agnitionem veritatis. Non enim absolutè enunciantibus hominibus fidem habemus, quibus licet etiam enunciare contrarium. Si autem non satis est solùm absolutè dicere quod videtur, sed oportet etiam probare quod dictum est, non exspectamus testimonium ab hominibus*, sed voce Domini probamus quod quæritur: quæ est magis fide digna, quàm omnes demonstrationes: vel, quæ potiùs sola demonstratio est. Justinus Martyr in Paræneſi ad Græcos, pag. 31. Πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι ουδαμῶς ἑτέρως περὶ θεοῦ, ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἷόν τε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον, τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων ὑμᾶς. *Undequaque, & omnibus modis scire convenit, nullo planè pacto aliter de Deo, vel de recta religione quicquam discì posse, quàm à Prophetis solùm, qui divina inspiratione afflati vos docent & instituunt.* Aliorum Patrum testimonia, quæ pene infinita in eandem afferri possent sententiam; ne in ipso statim vestibulo Lectori tædium pariamus; consultò omittimus. Annon verò ex allatis vel cæcus videat, solius Scripturæ autoritate esse nitendum? quia non oportet ἐπεισάγειν τι τῶν μὴ γεγραμμένων? Quia τὸ πιστὸν ἀΦ' ἑαυτῆς ἔχει, & quia sufficit πρὸς ἀπόδειξιν capitum fidei? Quia in ea habetur κριτήριον ἀσΦαλὲς τῆς ἀληθείας? Quia ἀναντιῤῥήτως credendum Deo loquenti in Scriptura? Quia ἀρχὴ τῆς διδασκαλίας Sacrâ continetur Scripturâ? Quia in ea ἀναπόδεικτος ἀρχὴ? Quia ex ea, tanquam ex principio, ἀποδείξεις petendæ? Quia solius Domini voce πιστεύομεθα τὸ ζητούμενον. Quia illa sola ἀπόδειξις οὖσα τυγχάνει? Annon inde manifestissimè sequitur, γνήσια Theologiæ principia solas ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραΦὰς continere? Nec aliter Thomas part. 1. quæst. art. 8. *Auctoritatibus Philosophorum sacra doctrina utitur, quasi extraneis argumentis & probabilibus. Auctoritatibus autem Canonicæ Scripturæ utitur propriè ex necessitate argumentando : Auctoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiæ, quasi arguendo ex propriis, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra revelationi Apostolis & Prophetis factæ, qui Canonicos libros scripserunt : Non autem revelationi, si qua fuit aliis Doctoribus facta.* Hanc sententiam suam confirmat dicto Augustini, quod paulò pòst producimus.

Assertiones autem Doctorum Ecclesiæ; θεοπνεύστους semper excipimus & ἀμέσως inspiratos à Deo, donóque ἀναμαρτησίας in docendo præditos; sive singulorum extra Concilium, sive in Concilio congregatorum, non

sunt

sunt Theologiæ principia. Rationes præcipuæ sunt. I. Quia eorum dicta non sunt prima, sunt enim per scripturam S. demonstranda, quod ipsum Patres vel maximè fecerunt. Deinde non sunt ἀξιόπιστα, illis enim non assentimur propter se, sed propter συμφωνίαν & amicam conspirationem, quam habent cum Verbo Dei, ad cujus amussim sunt exigenda, & recipienda, si cum eo consentiant, abjicienda verò, si vel tantillum ab eo deflectant, quod colligitur ex Jes. 8:20. & ad Galat. 1:8. II. Doctorum omnium dicta non ideo vera sunt habenda, quia ipsi sic dixerunt, sed quia vel per scripturam, vel rationem ex scriptura deductam, dicta sua confirmant. Id ipsi nobis ultrò largiuntur sancti Ecclesiæ Doctores. Photius in Biblioth. Cod. 177. pag. 397. hæc ἀξιομνημόνευτα affert ex Theodoro Antiocheno: Εἴ τι σύμφωνον ὀρθῷ λογισμῷ, καὶ γνώριμον ταῖς θείαις γραφαῖς, τοῦτο ἀποδεκτον. *Si quid rectæ rationi consentaneum, & divinis scripturis notum est, id demum recipiendum.* Chrysostomus Homil. 4. de Divite & Lazaro, quæ est 38. tomi 5. pag. 256. Κἂν νεκρὸς ἀναςῇ, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ καταβῇ, πάντων ἕςωσαν αἱ γραφαὶ ἀξιοπιςότεραι· ὁ γὰρ τῶν ἀγγέλων δεσπότης καὶ τῶν ζώντων Κύριος, αὐτὸς ἐκείνας ἐνομοθέτησεν. *Etsi mortuus resurgeret, etsi Angelus è cœlo descenderet, omnibus fide digniores sint scripturæ: Angelorum enim & viventium Dominus ipse illas ordinavit & præscripsit:* Vide ibidem plura. Athanasius de Synodis, Ariminensi & Seleuciensi, t. 1. pag. 873. Μάτην περιτρέχοντες προφασίζονται διὰ πίςιν ἠξιωκέναι γενέσθαι τὰς συνόδους· ἔςι μὲν γὰρ ἱκανωτέρα πάντων ἡ θεία γραφή. *Frustra huc illuc cursitantes prætexunt, ob fidem convocatas esse Synodos: scriptura enim divina omnium sufficientissima est.* Basilius Cæsar. epist. 80. quæ est ad Eustathium, pag. 334. eos, qui tres deos à Christianis coli dicebant, iisque consuetudinem objiciebant, ita alloquitur: Οὐκοῦν ἡ θεόπνευςος ἡμῶν διαιτησάτω γραφή, καὶ παρ' οἷς ἂν ἐυρεθῇ τὰ δόγματα συνῳδὰ τοῖς θείοις λόγοις, ἐπὶ τούτοις ἥξει πάντως τῆς ἀληθείας ἡ ψῆφος. *Scriptura itaque divinitus inspirata de tota lite pronunciet, & apud quos dogmata fuerint inventa divinis sermonibus consona, iisdem omnino veritatis accedet suffragium.* Augustinus epist. 19. *Iis scripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hunc honorem timoremque deferre, ut nullum earum autorem scribendo aliquid errâsse firmissimè credam: alios autem ita lego, ut quantacunque sanctitate vel doctrina polleant, non ideo verum putem, quod ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per libros illos Canonicos, vel probabili ratione persuadere potuerunt, quòd à vero non abhorreat.* Cyrillus Jerosol. Catech. illuminat. 4. pag. 30. Δεῖ περὶ τῶν ἁγίων καὶ θείων τῆς πίςεως μυςηρίων μηδὲ τὸ τυχὸν ἄνευ τῶν θείων παραδί-

δοσθαι

δοσθαι γραφῶν, μηδ' ἁπλῶς πιθανότητι καὶ λόγων κατασκευαῖς παραφέρεσθαι. Μηδὲ τῷ ταῦτά σοι λέγοντι πιστεύσῃς, ἐὰν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καταγγελλομένων ἀπὸ τῶν θείων μὴ λάβῃς γραφῶν· ἡ σωτηρία γὰρ αὐτη τῆς πίστεως ἡμῶν οὐκ ἐξ εὐρεσιλογίας, ἀλλ' ἐξ ἀποδείξεως τῶν θείων ἐστὶ γραφῶν. *Oportet de ſanctis & divinis fidei myſteriis ne quidem vile quid tradere abſque divinis ſcripturis: neque oportet ſimpliciter circumferri perſuaſionibus, aut verborum apparatibus. Neque etiam mihi hæc tibi dicenti ſimpliciter credideris, niſi demonſtrationem acceperis eorum, quæ annunciantur, ex divinis petitam ſcripturis. Hæc enim ſalus fidei noſtræ non eſt ex verborum affluentia, ſed ex demonſtratione divinarum Scripturarum.* Διατυπώσεις verò, quæ etiam δόγματα vocari poſſunt, Nicænorum Patrum non eſſe Theologiæ principia, vel inde probatu proclive eſt, quia fuerunt ex ſacris Scripturis, tanquam Concluſiones, deductæ. Conſtantinus enim, qui Synodo præfuit, ut teſtatur Euſebius in vita ejus, lib. 3. cap. 10. hoc celeuſmate Patres adhortabatur, ut ex divinis oraculis fidei controverſias dirimerent: Εὐαγγελικαὶ βίβλοι, καὶ ἀποστολικαὶ, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα, σαφῶς ἡμᾶς ἃ χρὴ περὶ τοῦ θείου φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι· τὴν πολεμοποιὸν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν. *Libri Evangelici & Apoſtolici, veterumque Prophetarum oracula, de divino Numine quid ſentiendum ſit, apertè docent. Proinde hoſtili contentione depulſa, eorum quæ in quæſtionem veniunt explicationem, ex divinitus inſpiratis ſermonibus depromamus:* ut eſt apud Gel. Cyzicenum, Act. Conc. Nicæni, lib. 2. cap. 7. pag. 84. & apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. pag. 542. Hujus ergo Concilii decreta Concluſiones fuerunt ex ſcripturarum effatis, tanquam ex principiis deductæ. Hinc olim in Conciliis, in medio conſeſſu thronus erigebatur, inque eo ſacra collocabatur ſcriptura, ut omnes ſcirent, ex ſcripturarum principiis eruendas eſſe Concluſiones. In Actis Concilii Epheſini, pag. 175. legitur epiſtola ad Theodoſium & Valentinianum, de καθαιρέσει Neſtorii, in qua inter alia: τῇ ἐπαύριον συναχθέντες ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, προκειμένου τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἐν τῷ μεσαιτάτῳ θρόνῳ, καὶ αὐτὸν ἡμῖν παρόντα χριστὸν δεικνύοντος. *Poſtero die congregati in ſancta & magna Eccleſia, Maria dicta, propoſito ſancto Evangelio in medio throno, & ipſum nobis præſentem Chriſtum oſtendente.* Et in alia ad eoſdem Impp. Epiſtola, ibid. pag. 179. τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἐν μέσῳ κειμένου, καὶ δεικνῦντος ἡμῖν παρόντα τὸν τῶν ὅλων δεσπότην χριστόν. *Sancto Evangelio in medio poſito, & oſtendente nobis præſentem univerſorum Dominum Chriſtum.* Cyrillus Alexandr. in epiſt. apologetica ad Theodoſium, in

in ejusdem Synodi Actis, pag. 230. Ἡ ἁγία σύνοδος σύνοδον ὥσπερ καὶ κεφαλὴν ἐποιεῖτο χριστόν· ἔκειτο γὰρ ἐν ἁγίῳ θρόνῳ τὸ σεπτὸν Εὐαγγέλιον. *Sancta Synodus Synodum quasi, ut & caput faciebat Christum: positum enim erat in sancto throno venerabile Evangelium.* In hist. Concilii Florentini, Sect. 6. cap. 16. pag. 165. Ἐπάνω δὲ τῦ ἀλταρίῳ ἔκειτο ἅγιον Εὐαγγέλιον ἠνεῳγμένον. *Super ipsum autem altare positum erat Sanctum Evangelium apertum.* Ad eandem consuetudinem respexit Meletius in contentione sua cum Paulino, apud Theodoretum, hist. Eccles. lib. 5. cap. 3. pag. 708. Paulinum his allocutus verbis: Συνάψωμεν, ὦ Φιλότης, τὰ ποίμνια, καὶ τὴν περὶ τῆς ἡγεμονίας καταλύσωμεν διαμάχην· κοινῇ δὲ τὰ πρόβατα νέμοντες, κοινὴν αὐτοῖς προσενέγκωμεν θεραπείαν. Εἰ δὲ ὁ μέσος θῶκος τὴν ἔριν γεννᾷ, ἐγὼ καὶ ταύτην ἐξελάσαι πειράσομαι· ἐν γὰρ τούτῳ τὸ θεῖον προτεθεικὼς Εὐαγγέλιον, ἑκατέρωθεν ἡμᾶς καθῆσθαι παρεγγυῶ. *Greges, ô amice, conjungamus, & contentionem de pristinâ dirimamus. Et cùm oves communiter pascamus, communem illis curam impendamus. Quòdsi media sedes contentionem gignit, ego etiam illam expellere conabor. Ponatur enim in ea quæso, divinum Evangelium, & ex utraque parte nos sedeamus.* Ex his jam perspicuè colligitur, omnes Conciliorum definitiones, ex scripturis, tanquam ex principiis, deductas esse conclusiones.

V. *De differentia Nicæni & Constantinopolitani Symboli.* Antequam differentiam ostendamus, tenendum est, Symbolum *Constantinopolitanum*, etiam vocari *Nicænum.* Ita Magister Sententiarum lib. 1. Distinct. 11. *Illud*, inquit, *est Symbolum, quod in Missa cantatur, editum in Concilio Nicæno.* Eumque secutus Alexander Alesius, parte 3. quæst. 69. memb. 5. *Tria sunt Symbola: primum, Apostolorum; secundum, Patrum Nicænorum, quod canitur in Missa; tertium Athanasii.* At nihil certius, quàm illud in Missa cani solitum, verè esse *Constantinopolitanum.* Clarissima sunt verba Durandi, Ration. Off. Div. lib. 4. cap. 25. cùm de Apostolico, & Athanasiano Symbolo egisset, subjungit: *Tertium est Nicænum, quod Damasus Papa, ex constitutione universalis Synodi, apud Constantinopolin celebratæ, instituit.* *Imò sic accepit* ipsa Synodus Ephesina: quando prohibet, quicquam adjicere Symbolo Nicæno. Nec enim interdicit usu Symboli Constantinopolitani, in quo quædam sunt addita Nicæno à Patribus Constantinopolitanis: sed Nicæni Symboli nomine Constantinopolitanum comprehendit. Judicium hoc Synodi Ephesinæ legitur apud Evagrium, hist. Eccles. lib. 2. cap. 4. Vide Cl. Vossium, Dissertat. 3. de tribus Symbolis, thesi 4. & 5. sic verò locuti Veteres, quia utrumque Symbolum pro uno habuerunt. Cujus rei causas idem

idem Voſſius duas affert. Prior, quia quicquid eſt in Nicæno, id etiam iiſdem verbis continetur in Conſtantinopolitano : Et quidquid appoſuit Conſtantinopolitanum, id δυνάμει, hoc eſt, potentia, ſive virtute, ineſt Nicæno. Id clarè teſtatur Marcus Epheſius in Synodo Ferrarienſi, Seſſ. 5. ubi, cùm de Neſtorianis egiſſet, transformantibus Concilium Nicænum, ſubjicit : *Quo quidem multos poſt annos in tertio Concilio recitato, decretum fuit, ut in futurum mutandi Concilii Nicæni facultatem haberet nemo, utpote quod à Conſtantinopolitano Symbolo nequaquam in aliquo diſcreparet ; quandoquidem hoc in illo potentiâ videbatur incluſum, ita ut ambo* pro uno *haberentur.* Altera ratio eſt, quia major fuit Synodi Nicænæ auctoritas : utpote quæ omnium univerſalium fuit antiquiſſima, & cæterarum fundamentum. Hanc rationem idem Voſſius affert ex Marco Epheſio, Seſſ. 5. in Synodo Ferrarienſi : *Multis profectò fortiſſimis conſtat argumentis, duo illa priora Symbola ab omnibus Conciliis generalibus* pro uno *ſuſcepta fuiſſe, præſertim à tertio : utpote quod priùs cæteris Conciliis utrumque vidit, atque probavit. Et quamvis toto orbe terrarum ſimul ambo celebrarentur ; de primo tamen Symbolo tertium, cæteraque Concilia, mentionem fecere : cum pro ipſius primi Concilii auctoritate, & exiſtimatione, quod majore Patrum numero celebratum fuerat, quòdque veluti cæterorum Conciliorum fundamentum haberetur : tum etiam, quòd ipſo Nicæno Symbolo Chriſtianorum plures, quique denuo baptizabantur, frequentiùs uterentur.* Nunc ergo utriuſque Symboli videamus differentiam. Symbolum Nicænum apud Athanaſium, epiſt. ad Jovianum; in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ, pag. 334. in Biblioth. Juris Canonici, edita Pariſiis, anno 1661. & in eodem Codice, Can. 137. pag. 406. apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. pag. 554. apud Socratem, lib. 1. cap. 8. pag. 176. a. apud Baſilium Cæſar. epiſt. 60. pag. 836. tale eſt: „Πιςεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀο-„ ράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν χριςὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννη-„ θέντα ἐκ πατρὸς μονογενῆ, τουτέςιν, ἐκ τῆς ουσίας τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, „ Φῶς ἐκ Φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. Γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοού-„ σιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τάτε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. „ Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ „ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ ἀναςάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελ-„ θόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον „ πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ „ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποςάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρε-„ πτόν,

" τὸν, ἡ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ
" ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem,*
" *omnium visibilium & invisibilium creatorem. Et in unum Dominum Je-*
" *sum Christum, Filium Dei unigenitum, natum ex Patre, hoc est, ex*
" *substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, verum Deum ex*
" *vero Deo, genitum non factum, ejusdem substantiæ cum Patre: per quem*
" *omnia facta sunt, sive quæ in cœlo, sive quæ in terra. Qui propter nos*
" *homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo*
" *factus est. Qui passus est, & resurrexit tertiâ die: ascendit in*
" *cœlos, venturus est ad judicandum vivos & mortuos. Et in Spiritum*
" *Sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus, quando non erat; &,*
" *priusquam nasceretur, non erat: & quod ex non exstantibus factus est; vel*
" *ex alia hypostasi sive essentia dicentes esse, vel mutabilem aut convertibi-*
" *lem Filium Dei, anathematizat sancta Catholica & Apostolica Ecclesia.*
" Subjicimus etiam Symbolum Constantinopolitanum, quod ita sonat:
" Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν
" τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ θεοῦ
" τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ
" φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, ὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πα-
" τρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέ-
" ραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου,
" καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ
" Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ
" κατὰ τὰς γραφάς. Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς ὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν
" τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς
" βασιλείας ὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν,
" τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ
" συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀπο-
" στολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶμεν
" ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. *Credimus in unum*
" *Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli ac terræ, visibiliumque o-*
" *mnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium*
" *Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia secula: lumen ex lumine,*
" *Deum verum ex Deo vero; genitum, non factum, ejusdem substantiæ cum*
" *Patre: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter*
" *nostram salutem descendit è cœlis, & incarnatus est ex Spiritu Sancto,*
" *& Maria Virgine, & homo factus est. Qui pro nobis crucifixus est sub*

" *Pon-*

„ *Pontio Pilato, & paſſus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecun-*
„ *dum Scripturas: & aſcendit in cœlos, & ſedet à dextris Patris, & rur-*
„ *ſum venturus eſt cum gloria ad judicandum vivos & mortuos: cujus regni*
„ *non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, vivificatorem, ex*
„ *Patre procedentem, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & ſimul glori-*
„ *ficatur, qui locutus eſt per Prophetas. In unam ſanctam Catholicam &*
„ *Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum Baptiſma, in remiſſionem pec-*
„ *catorum. Exſpectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſe-*
„ *culi. Amen.*

Quodſi jam duo hæc inter ſe conferantur Symbola, patebit à Patribus Conſtantinopolitanis quædam eſſe omiſſa, quæ apparent in Symbolo Nicæno: longè plura autem Symbolo Nicæno fuiſſe addita. *Omiſſa* ſunt ſequentia à Patribus Conſtantinopolitanis, id ſine incommodo fieri poſſe exiſtimantibus, quòd δυνάμει & virtute in reliquis continerentur. 1. Illa, θεὸν ἐκ θεοῦ, quia mox ſequuntur iſta, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. 2. Illa de creatione, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, quia ſtatim præcedit, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. 3. Illa generationis Filii explicatio: Τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, quia in ὁμοουσίῳ vocabulo illud ſufficienter comprehendi crediderunt. 4. Rejectio errorum, & anathema, quo percutitur Arius: Τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν, &c. uſque ad finem. *Addita* ſunt: 1. de Creatione: ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. 2. de æterna Filii generatione: πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. 3. de incarnatione. Symbolum Nicænum ſimpliciter ponit, κατελθόντα· Conſtantinopolitanum addit, ἐκ τῶν οὐρανῶν. Item 4. poſt σαρκωθέντα, additur, ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. 5. de Paſſione Chriſti: Σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. 6. De ſepultura ejuſdem: Καὶ ταφέντα. 7. Illa de Seſſione Chriſti ad dextram Patris: Καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός. 8. De reditu ad judicium, poſt ἐρχόμενον, additur, μετὰ δόξης. 9. de Chriſti regno: οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. 10. de Spiritu ſancto adduntur ſequentia: Τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν 11. de Eccleſia: Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν 12 de Baptiſmo: Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. 13. de Reſurrectione mortuorum & futuro ſeculo: προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Hîc tamen illud quoque obſervandum, additiones iſtas ad Symbolum Nicænum, jam ante Concilium Conſtantinopolitanum fuiſſe notas. Patet hoc ex Epiphanii Ancorato, ubi ſub finem, pag. 518. omnia

Digitized by Google

omnia ſuperiora apparent additamenta. Ancoratum verò à ſe ſcriptum expreſsè notat Epiphanius, anno Diocletiani 90. Valentiniani & Valentis 10. Gratiani 6. Gratiano Auguſto tertio, & Equitio Coſſ. Indictione 2: hoc eſt, Chriſtianæ epochæ anno 374. At Concilium Conſtantinopolitanum, œcumenicum ſecundum, incidit in annum Chriſti 381. ac proinde ſeptem poſt ſcriptum Ancoratum annis fuit celebratum. De his verò omnibus conſuli debet doctiſſimus Uſſerius de Symbolis. Atque hæc de Symbolo Nicæno-Conſtantinopolitano præfari libuit. Ad illius deinceps progreſſuri expoſitionem, cum Marco Eremita oramus; Καταρχέτω πάσης ἡμῶν προθέσεως ὁ κατάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, ὅπως κατὰ Θεὸν γένοιτο τὸ προκείμενον. *Incipiat ille omne animi noſtri propoſitum, qui omnis boni principium eſt, ut ſecundum Deum fiat, quicquid nobis propoſuimus.* FIAT! FIAT!

CAPUT II.

De Fide, quâ credimus in Deum.

Πιςεύομεν εἰς Θεόν.

Πιςεύομεν, inquiunt Patres in hoc Symbolo. Verbum πιςεύειν præcipuè quatuor ſignificationes habet.

I. Πιςεύειν ſignificat *nôſſe & perſuaſum habere: conſentire, rem aliquam veram eſſe.* Clemens Alexandr. ſtrom. lib. 2. pag. 383. Πιςεύομεν τὰ παρωχηκότα γεγονέναι καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. *Credimus fuiſſe præterita, & fore, quæ futura ſunt.* Ita Cyrillus Alexandr. lib. 11. in Joh. ad cap. 16. ℣ſ. 30. pag. 942. verba, Ἐν τούτῳ πιςεύομεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθες, *per hoc credimus, te à Deo exiviſſe*, dicit ſe illud, πιςεύομεν, accipere ἐκ εἰς τὴν τοῦ πιςεύειν ἀρχὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τῷ βεβαιοῦσθαι παγίως εἰς τὴν ἤδη τετιμημένην τῇ συναινέσει διάληψιν, *non de principio fidei, ſed de ſtabili in fide, & ſententia jam ſuſcepta perſeverantia.* Eodem ſenſu πίςις etiam ſumitur pro *notitia & aſſenſu*, quo ei, qui loquitur, vel iis, quæ aliquis dicit, aſſentimur. Theodoretus θεραπευτ. Serm. 1. pag. 479. πίςιν dicit eſſe ἑκούσιον τῆς ψυχῆς συγκατάθεσιν, *voluntariam animi aſſenſionem.* Damaſce-

nus Orthod. fidei lib. 4. cap. 11. pag. 303. Ἔςι πίςις ἐξ ἀκοῆς, ἀκούοντες γὰρ τῶν θείων γραφῶν, πιςεύομεν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Est fides ex auditu, audientes enim divinas scripturas, credimus doctrinæ Spiritus sancti.* In his intelligitur illa fides, quæ Dei nititur verbo, de qua etiam Chrysostomus Homil. 36. in Genesin: Ἐκεῖνό ἐςι πίςις, ὅταν ἐκείνοις πιςεύωμεν, τοῖς μὴ βλεπομένοις, πρὸς τὴν ἀξιοπιςίαν τοῦ ἐπαγγειλαμένου τὴν διάνοιαν τείνοντες. *Illud fides est, quando iis credimus, quæ non videntur, ad autoritatem ejus, qui promisit, animum intendentes.* Et Homil. 63. in Genesin: Τοῦτο πίςις, ὅταν μὴ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ἀρκώμεθα μόνον, ἀλλὰ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι φανταζώμεθα τὰ μὴ ὁρώμενα. *Illud fides est, si non tantùm corporeis oculis contenti simus, sed oculis mentis ea, quæ non videntur, nobis repræsentamus.* Hæc fides à veteribus vocatur πίςις τῶν δογμάτων, *fides dogmatum*, id est, ea fides, quâ credimus, doctrinam verbo Dei patefactam esse veram: vel, quâ ea credimus, quæ nobis, tanquam dogmata creditu necessaria proponuntur in sacris literis. Chrysostomus, Homil. 29. in 1. ad Corinth. pag. 433. ad cap. 12. ỳs. 9 dicit per πίςιν intelligi, οὐχὶ τὴν τῶν δογμάτων, ἀλλὰ τὴν τῶν σημείων, *non fidem dogmatum, sed miraculorum.* Eadem, pro more, ad hunc locum habet Theophylactus. Hanc fidem Cyrillus Alexandr. ad Joh. 11:40 pag. 687. vocat δογματικὸν εἶδος τῆς πίςεως, quod dicit habere συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἔχον περὶ τοῦ δέ τινος, *assensum animi de re aliqua.* Sed de *cognitione & assensu*, tanquam fidei partibus, paulò distinctiùs infrà.

II. Πιςεύειν significat *committere*, seu *commendare rem quampiam fidei alicujus.* Sic Rom. 3:2. de Judæis: Ἐπιςεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. *Illis credita sunt eloquia Dei.* Id est, interprete Theodoreto, ἔλαβον τοῦ νόμου τὴν θέσιν, *legem acceperunt.* Clarius Chrysostomus, Homil. 6. in hanc Epistolam, pag. 40. τί ἐςιν, ἐπιςεύθησαν; ὅτι αὐτοὶ ἐνεχειρίσθησαν τὸν νόμον, ὅτι τοσούτου ἀξίους ἐνόμιζεν, ὡς πιςεῦσαι χρησμοὺς αὐτοῖς ἄνωθεν κατενεχθέντας. *Quid est, ἐπιςεύθησαν? Nempe quòd ipsis concredita est lex, quòd tanti eos fecerit Deus, ut illis oracula è supernis delata crediderit.* Eodem modo Theophylactus, pag. 32. Addit Chrysostomus, quosdam verbum ἐπιςεύθησαν non referre ad Judæos, sed ad τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Verba ejus sunt: Καὶ οἶδα μὲν ὅτι τινὲς τὸ ἐπιςεύθησαν, οὐκ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων λέγουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν λογίων, τουτέςιν, ὅτι ἐπιςεύθη ὁ νόμος. *Nec me præterit, quosdam esse, qui verbum ἐπιςεύθησαν non de Judæis, sed de eloquiis interpretentur, id est, Legi fides est habita.* Germanus Brixius Chrysostomi mentem nequaquam est assecutus, quando hæc ita reddidit: *Nec me certè præterit,* —

non

non de Judæis, sed de sanctis; *hoc est, quòd commissa lex est.* Nam, ἐπιστεύθη ὁ νόμος, id significat, quod diximus. De eo nemo dubitare potest: alioqui, ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια, & ἐπιστεύθη ὁ νόμος, essent prorsus ἰσοδυναμοῦντα, quod falsum. Patet hoc ex iis, quibus hanc quorundam παρερμηνείαν refutat sanctus Pater, subjiciendo: Ἀλλὰ τὸ ἑξῆς οὐκ ἀφίησι τοῦτο νομίζεσθαι. Πρῶτον μὲν γὰρ, κατηγορῶν αὐτῶν ταῦτα λέγει, καὶ δεικνὺς πολλῆς μὲν ἄνωθεν ἀπολαύσαντας εὐεργεσίας, πολλὴν δὲ ἐπιδειξαμένους ἀγνωμοσύνην. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς τοῦτο δηλοῖ. ἐπήγαγε γὰρ· τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες; εἰ δὲ ἠπίστησαν, πῶς τινές φασιν, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια; τί οὖν φησιν; ὅτι ὁ θεὸς αὐτοῖς ταῦτα ἐπίστευσεν, οὐχ ὅτι αὐτοὶ τοῖς λογίοις ἐπίστευσαν. ἐπεὶ πῶς ἔχει λόγον τὸ ἑξῆς; Καὶ γὰρ ἐπήγαγε, τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες; *Verùm quod sequitur, non patitur ut ita sent Jas. Primùm enim hæc dicit, eos accusans, ostendensque eos magna à* De *beneficia accepisse, sed magnam tamen ingratitudinem præ se tulisse: dein-* de *quæ sequuntur, hoc ipsum declarant: adjecit enim*, Quid enim, si quida*m infuerint* increduli? *si autem increduli fuerint, quo pacto nonnulli dicunt,* quòd *eloquiis sit fides habita?* (Hîc rursus malè Brixius, *quòd illis credita* sunt *oracula.*) *Quid igitur ait? Quòd Deus ipsis illa crediderit, non quòd* ipsi *eloquiis crediderint. Alioqui qua ratione sequentia adderentur? Etenim* addidit, *Quid enim si quidam fuerunt increduli?* Sed hæc hujus verbi significatio non est hujus loci, propterea eam vel indicasse sufficiet.

III. Πιστεύειν significat *credere*, seu *fidem adhibere alicui.* Ita *credimus Deo, Prophetis*, &c. Basilius M. cap. 11. de Spiritu sancto: Οὐ πιστεύει εἰς υἱὸν, ὁ μὴ πιστεύων τῷ πνεύματι· οὐ πιστεύει εἰς πατέρα, ὁ μὴ πιστεύσας τῷ υἱῷ. *Non credit in Filium, qui non credit Spiritui: non credit in Patrem, qui non crediderit Filio.* Quomodo Deo, quomodo Mosi credamus, docet idem Basilius, lib. 5. contra Eunomium, explicans locum Exodi 14:31. t. 2. pag. 125. θεὸς μὲν καὶ ὡς δεσπότης καὶ ὡς ἀποστείλας Μωσέα πιστεύεται. Μωσῆς δὲ, ὡς θεράπων ἀποσταλείς. *Deo quidem ut Domino, & ut ei qui Mosen misit, crediderunt: Mosi verò, sicut servo misso.* Aliquando, πιστεύειν θεῷ, formula est, rem certam sibi pollicentis. Secundus, Ptolemaidis Episcopus, qui Synodo Nicænæ subscribere recusavit, in exsilium missus, Eusebio dixit apud Philostorgium hist. Eccles. lib. 1. cap. 10. pag. 8. πιστεύω τῷ θεῷ δι' ἐνιαυτοῦ σε δεῖν ἀχθήσεσθαι ἀπαγόμενον. *Ego confido Deo, te intra annum in exsilium missum iri.*

IV. Πιστεύειν, πίστις & πιστὸς, *credere, fides, fidelis*, sunt conjugata se invicem explicantia. Primum ἐνέργειαν, sive πρᾶξιν, imò ἔργον, *opus*, (sic enim Christus appellat Joh. 6: 29.) Alterum τὴν ἕξιν, tertium τὸν

ἔχοντα αὐτὴν significat: πιστὸς nempe non tantùm *passivè* sumitur, pro eo, *qui fidelis est*, hoc est dignus, cui credatur, aut fides adhibeatur: sed etiam *activè*, pro eo, *qui credulus*, seu *credens est*, *qui fidem adhibet*. Quod cum doctissimo Fullero observandum est adversus Henricum Stephanum, Virum linguæ Græcæ sine controversia peritissimum, cujus verba in voce πιστὸς sunt: Ἄπιστος *inter alia significat eum*, qui fidem non adhibet, *atque adeò eum*, *quem Latini* incredulum *vocant: at* πιστὸς *non itidem de eo dicitur* (*quod sciam*,) qui fidem adhibet, *aut etiam*, *qui* credulus *est*. Hactenus Stephanus. At πιστὸν etiam eum dici, *qui credulus est*, seu *fidem adhibet*, nullo probamus negotio. Hesychio πιστὸς est εὐπειθὴς. εὐπειθὴς autem est *credulus*. Veteres Glossæ: *Credulus*, εὔπιστος, εὐπειθής. Onomasticon Latino-Græcum: *Credulus*, εὐπειθής. Chrysostomus, Homil. 21. ad populum Antiochenum: πιστὸς διὰ τοῦτο καλῇ, ὅτι πιστεύεις τῷ θεῷ. *Propterea* πιστὸς, *fidelis*, *vocaris*, *quia Deo credis*. Theodoretus in Psal. 1. pag 399. Τῶν ἀνθρώπων πιστοὶ οἱ ἀναμφιβόλως δεχόμενοι τοὺς τοῦ θεοῦ λόγους. *Inter homines vocantur fideles*, *qui sermones Dei sine ulla dubitatione recipiunt*. Athanasius Orat. 3. contra Arianos, t. 1. pag 377. Πιστὸς δ Ἀβραὰμ, ὅτι τῷ λαλοῦντι πεπίστευκε θεῷ. *Fidelis est Abraham*, *quia loquenti Deo credidit*. Et, quid clarius istis Domini ad Thomam, Joh. 20: 27. Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. *Ne sis incredulus*, *sed credens?* Quisenim hîc non videat, ex ipsa oppositione manifestò constare, sicut ἄπιστος notet eum, *qui fidem non adhibet*, ita ex adverso πιστὸν eum significare, *qui fidem adhibet?* Sed propiùs ad rem. Dicit Symbolum: Πιστεύομεν εἰς θεόν. *Credimus in Deum.* *Credere* autem *in Deum*, *in Christum*, *in Spiritum sanctum*, est certam & indubitatam fidem omnibus Dei verbis adhibere, omnem in eo fiduciam collocare. Clemens Alexandrinus, stromat. lib. 2. pag. 371. Πιστεύομεν, ᾧ ἂν πεποιθότες ὦμεν εἰς δόξαν θείαν καὶ σωτηρίαν. Πεποίθαμεν δὲ τῷ μόνῳ θεῷ, ὃν γινώσκομεν ὅτι οὐ παραβήσεται τὰ καλῶς ἡμῖν ἐπηγγελμένα, καὶ διὰ ταῦτα δεδημιουργημένα καὶ δεδωρημένα ὑπ' αὐτοῦ ἡμῖν εὐνοϊκῶς. *Ei credimus*, *in quo fiduciam habemus in gloriam divinam & salutem.* *In solo autem Deo fiduciam habemus*, *quem scimus non transgressurum ea*, *quæ sunt pulchrè nobis promissa*, *& ideò creata*, *atque ab ipso benevolè nobis data.* Et stromat. lib. 4. pag. 537. Τὸ εἰς αὐτὸν καὶ δι' αὐτοῦ πιστεῦσαι, μοναδικόν ἐστι γενέσθαι, ἀπερισπάστως ἐνούμενον ἐν αὐτῷ· τὸ δὲ ἀπιστῆσαι, διστάσαι ἐστὶ καὶ διαστῆναι, καὶ μερισθῆναι. *In ipsum* sc. Christum, *& per ipsum credere*, *est unicum fieri*, *scilicet in ipso indivulsè unitum*: *non credere autem*, *est dubitare*, *disjungi*, *& dividi.* Nempe *ipse in nobis*, *& nos in ipso* per fidem

fidem manemus, Joh. 6:56. Eodem sensu dicitur πιστεύειν ἐπὶ θεὸν, & ἐπὶ Ἰησοῦν. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, pag. 310 de verbo Christi: Καὶ ἰσχυρὸς ὁ λόγος αὐτοῦ πέπεικε πολλοὺς καταλιπεῖν δαιμόνια, οἷς ἐδούλευον· καὶ ἐπὶ τὸν παντοκράτορα θεὸν δι' αὐτοῦ πιστεύειν, ὅτι δαιμόνιά ἐστιν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν. *Et Verbum ejus validum multis persuasit, ut dæmonia, quibus inservierant, desererent, & in omnipotentem Deum per ipsum crederent: quoniam dæmonia sunt dii gentium.* Confer Actor. 9:42. & cap. 22:19.

Ut verò doctrinam *de Fide* paulò distinctiùs explicemus, considerabimus ejus,

1. *Objectum*, quod est *Deus*, in quem solum credendum. Suidas: Πίστιν μόνην ὁρίζομεν εἶναι ἀληθῆ καὶ καθαρὰν ταύτην, τὴν εἰς Πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα τὴν μίαν θεότητά τε, καὶ κυριότητα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων δημιουργόν, &c. *Fidem solam definimus esse veram & puram hanc, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unam deitatem & dominationem, omnium visibilium & invisibilium opificem*, &c. Chrysostomus, Orat. 17. t. 7. pag. 289. πίστις ἀπὸ πατρὸς μὲν ἄρχεται, ἐπὶ υἱὸν δὲ ἔρχεται, εἰς δὲ τὸ πνεῦμα πληροῦται. Πίστεως ῥίζα ζῶσα, ὁ Πατήρ· κλάδος ἀμάραντος, ὁ Υἱός· καρπὸς ἀθάνατος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Fides à Patre quidem incipit, ad Filium verò transit, & in Spiritu sancto completur. Fidei radix viva, Pater: ramus nunquam marcescens, Filius: fructus perpetuus, Spiritus sanctus.* Clemens Alex. stromat. lib. 7. pag. 731. Πίστις ἐνδιάθετόν τί ἐστιν ἀγαθὸν, καὶ ἄνευ τοῦ ζητεῖν τὸν θεὸν ὁμολογοῦσα εἶναι τοῦτον καὶ δοξάζουσα ὡς ὄντα. *Fides est bonum aliquod internum, & quæ absque eo, quòd Deum quærat, Deum esse confitetur & tanquam qui sit glorificat.* Hanc ob causam Basilius M. lib. 3. contra Eunomium, πίστιν θεότητος συγκατάθεσιν, *fidem Deitatis confessionem* esse dicit.

2. *Causam efficientem*, quæ est

a. vel *principalis*, *Deus*. Hinc Clemens Alexandr. Pædog. lib. 1. cap. 7. pag. 111. Πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰς πίστιν ἐγνωσμένοι θεῷ. *Ante mundi constitutionem Deo ad fidem cogniti.* Chrysostomus, Homil. 12. in 1. ad Corinth. ad cap. 4. vs. 7. postquam probasset, omnia gratiæ divinæ adscribenda esse, subjicit: οὐ γὰρ σὰ κατορθώματα ταῦτα, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος· κἂν τὴν πίστιν εἴπῃς, ἀπὸ τῆς κλήσεως γέγονε. *Nec enim hæc bona opera tua sunt opera, sed gratiæ divinæ: etiamsi fidem dixeris, à vocatione pendet*, &c. Idem ad vs. 8. cap. 2. ad Ephesios, pag. 782. οὐδὲ ἡ πίστις, ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ οὐκ ἦλθεν, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; *Neque fides ex nobis: si enim non venisset, si non vocasset, quomodo credere potuissemus?*

mus? Ibidem *fides* vocatur θεῦ δῶρον, *donum Dei.* Nec fidem Deus largitur ob prævisa opera, vel dignitatem nostram. Hoc iterum disertè Chrysostomus lib. de Virginitate, cap. 42. t. 6. pag. 270 ad 1. Corinth. 7. ψ. 25. οὐκ εἶπεν, ὡς γενόμενος πιστὸς, ἀλλ' ὡς ἠλεημένος εἶναι πιστός. μὴ γὰρ τὴν ἀποστολὴν, καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ τὴν διδασκαλίαν μόνον νομίσητε τῆς δωρεᾶς εἶναι τοῦ θεῦ. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πιστεῦσαι ἀπὸ τῦ ἐλέους μοι γέγονεν ἐκείνου. Οὐ γὰρ ἐπειδὴν ἄξιος ἦμην, φησὶν, κατηξιώθην τῆς πίστεως, ἀλλ' ἐπειδὴν ἠλεήθην μόνον· ὁ δὲ ἔλεος χάριτός ἐστιν, οὐ τοῦ κατ' ἀξίαν. *Non ait, ut fidelis effectus, sed, ut cui Domini clementiâ fideli esse datum sit. Ne enim Apostolatum, & præconium, & doctrinam tantùm gratiæ divinæ esse existimate: nam ipsa etiam fides ab ejus misericordia mihi obtigit. Non enim, quoniam dignus eram, inquit, fidem accepi, sed tantùm, quia misericordiam consecutus sum. Misericordia autem est ex gratia, non ex merito.* Theophylactus ad 1. Corinth. 1:2. pag. 164. Κλητοῖς ἁγίοις. Καὶ αὐτὸ τὸ πιστεῦσαι οὐχ ἡμέτερον, ἀλλ' ὑπὸ θεῦ κληθέντες, οὕτως ὑπηκούσατε καὶ ἐπιστεύσατε· ὥστε καὶ ἡ πίστις τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ θεῦ ἔχει. εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐκάλεσεν, οὐκ ἂν ὑμεῖς ἐπιστεύσατε. Vocatis sanctis. *Ipsum etiam credere non est vestrum, sed à Deo vocati obediistis & credidistis. Proinde & fides principium à Deo habet: nisi enim ille vocasset, vos certè non credidissetis.* Idem in cap. 2. ad Ephesios, pag. 514. οὐδὲ ἡ πίστις ἐξ ἡμῶν. εἰ μὴ γὰρ ἦλθεν, εἰ μὴ ἐκάλεσεν, οὐκ ἂν ὑπηκούσαμεν. πῶς γὰρ πιστεύσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν; ὥστε καὶ αὕτη δῶρον θεῦ. *Neque fides ex nobis est: nisi enim venisset, nisi vocasset, non obediissemus. Quomodo enim credent, nisi audiant? Proinde ipsa etiam fides donum Dei est.* Augustinus Confess. lib. 1. cap. 1. *Invocat te Deus fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem Filii tui, per ministerium prædicatoris tui.*

b. vel *instrumentalis*, nempe *prædicatio Verbi divini, & ejus auditus.* Joh. 20:31. expresse, *quæ scripta sunt*, dicuntur *scripta*, ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχωσιν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, *ut credentes vitam habeant in nomine Jesu.* Chrysostomus ad hunc locum in Catena in Johannem, pag. 464. dicta & facta Christi scripto tradita esse dicit πρὸς ὠφέλειαν μεγίστην, τὴν τῶν ἀκουόντων. οὔτε γὰρ πρὸς ἔκπληξιν τῶν θαυμάτων, οὔτε πρὸς τέρψιν τῆς διηγήσεως, ἀλλ' ἵνα πιστεύωμεν τῇ δυνάμει διὰ τῶν ἔργων αὐτῆς, καὶ πιστεύοντες τὴν μόνην ἀληθινὴν ὠφέλειαν, κομιζώμεθα τὴν εἰς αἰῶνα ζωὴν, *propter maximam auditorum utilitatem. Non enim propter stuporem miraculorum, vel narrationis oblectamentum, sed ut virtuti ejus fidem habeamus, & credentes, solum ac verum emolumentum referamus, vitam æternam.* Illustris imprimis locus est ad Romanos cap. 10:14, 15. ad quem Theodoretus, pag. 84. Προσήκει,

καὶ, φησὶ, πρότερον πιστεῦσαι, εἶτα ἐπικαλέσασθαι. ἀδύνατον δὲ πιστεῦσαι τὸν διδασκαλίας οὐκ ἀπολαύσαντα· ταύτης δὲ τυχεῖν οὐκ οἷόν τε τῶν κηρυττόντων οὐκ ὄντων. Oportet, inquit, prius credere, deinde invocare. Fieri autem non potest ut credat, qui doctrinam non perceperit: hæc autem haberi non potest, si desint, qui prædicent. Hæc fides à Damasceno, lib. 4. Orthod. fidei, cap. 11. pag. 303. vocatur πίστις ἐξ ἀκοῆς, *fides ex auditu*. Ratio: Ἀκούοντες γὰρ τῶν θείων γραφῶν, πιστεύομεν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Audientes enim divinas Scripturas, credimus doctrinæ Spiritus sancti.*

3. *Partes fidei*, quæ tres sunt:

a. *Cognitio.* Quòd fides sit cognitio, & ad intellectum pertineat, solus is negabit, qui solem meridie lucere inficiari audet. Probatur hoc ex iis scripturæ locis, in quibus γινώσκειν & πιστεύειν conjunguntur, ut fit Joh. 10:38. & 1. Joh. 4:16. Idem evincitur ex illis locis, in quibus *cognitio* sumitur *pro fide*, ut Jes. 53:11. Jobi 19:25. 1. Joh. 3:12. Cognitionem cum fide conjunctam esse, agnoscunt etiam Veteres. Clemens Alexandr. stromat. lib. 5. pag. 544. Οὔτε ἡ γνῶσις ἄνευ πίστεως, οὔθ' ἡ πίστις ἄνευ γνώσεως. *Neque cognitio sine fide, neque fides sine cognitione.* Et stromat. lib. 7. pag. 732. Πίστις σύντομός ἐστι τῶν κατεπειγόντων γνῶσις ἡ γνῶσις δὲ, ἀπόδειξις τῶν διὰ πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει, εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ' ἐπιστήμης καταληπτόν παραπέμπουσα. *Fides est brevis & compendiosa eorum, quæ necessaria sunt, cognitio. Cognitio autem est firma ac stabilis demonstratio eorum, quæ assumta sunt per fidem, quæ per doctrinam Domini super fidem ædificatur, quæ transmittit ad id, quod non potest excidere & mutari, & potest comprehendi scientiâ.* Chrysostomus Homil. 11. in epist. ad Philipp. pag. 65. Διὰ πίστεως ἡ γνῶσις, καὶ πίστεως ἄνευ οὐκ ἔστι γνῶναι Υἱόν. *Per fidem cognitio, & sine fide Filius cognosci nequit.* Theodoretus θεραπευτ. Serm. 1. Προσγενομένη τῇ πίστει ἡ γνῶσις, τελεσιουργεῖ τῆς ἀληθείας τὴν ἐπιστήμην. *Fidei adjuncta cognitio, perficit scientiam veritatis.* Ibidem, pag. 479. Δεῖται ἡ πίστις τῆς γνώσεως, καθάπερ αὖ ἡ γνῶσις τῆς πίστεως. οὔτε γὰρ πίστις ἄνευ γνώσεως, οὔτε γνῶσις δίχα πίστεως γένοιτ' ἄν. Ἡγεῖται μέντοι τῆς γνώσεως ἡ πίστις, ἕπεται δὲ τῇ πίστει ἡ γνῶσις. ἔχεται δὲ τῆς γνώσεως ἡ ὁρμὴ, ἀκολουθεῖ δὲ ταύτῃ ἡ πρᾶξις. δεῖται γὰρ πιστεῦσαι πρῶτον, εἶτα μαθεῖν· γνόντα δὲ, ὁρμῆσαι· ὁρμήσαντα δὲ, πρᾶξαι. *Indiget fides cognitione, sicut etiam cognitio fide. Neque enim fides sine cognitione, neque cognitio sine fide esse potest. Cognitionem quidem fides præcedit, fidem autem sequitur cognitio: cognitionem subit appetitus, hunc sequitur actio. Priùs enim credere oportet, tum addiscere: eum verò qui cognorit, appetitu aliquo com-*

commoveri, *motum denique & impulſum*, *agere*. Vide ibidem plura. Cyrillus Alexandr. in Catena in cap. 6. Joh. pag. 201. Μετὰ τὴν πίςιν ἡ γνῶσις, καὶ οὐ πρὸ τῆς πίςεως. *Poſt fidem cognitio*, *& non ante fidem*. Theophylactus ad vſ. 1. cap. 1. epiſtolæ ad Titum, pag. 190. Πρῶτον ἡ πίςις, εἶτα ἀπὸ ταύτης ἡ ἐπίγνωσις. *Primo loco eſt fides*, *deinde ex fide cognitio*. Imò verò, vera fides ſine prævia cognitione eſſe nequit, quia rei ignotæ nulla fides haberi poteſt, aut in re ignota nulla collocari poteſt fiducia. Hinc alii ex veteribus merito cognitionem fidei præponunt. Marcus Eremita de lege ſpirituali: Ὁ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἀληθῶς πιςεύειν δύναται· ἡ γὰρ γνῶσις κατὰ Φύσιν προηγεῖται τῆς πίςεως. *Qui veritatem non novit*, *nec etiam verè credere poteſt: cognitio enim fidem naturâ præcedit*. Conſtitut. Apoſtol. lib. 7. cap. 34. pag. 984. de Abrahamo. τῆς μὲν πίςεως αὐτοῦ προῴδευσεν ἡ γνῶσις, τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλουθος γέγονεν ἡ πίςις. *Fidem ejus præcedebat quidem cognitio*, *cognitionem verò ſequebatur fides*. Origenes lib. 6. contra Celſum, pag. 284. Ἡ θεία σοφία, ἑτέρα οὖσα τῆς πίςεως, πρῶτόν ἐςι τῶν καλουμένων χαρισμάτων τοῦ θεοῦ· καὶ μετ' ἐκείνην δεύτερον, ἡ καλουμένη γνῶσις· καὶ τρίτον, ἡ πίςις. *Divina ſapientia*, *cùm ſit à fide diverſa*, *primum locum inter Dei chariſmata*, *quæ vocant*, *obtinet: ſecundum verò*, *quæ vocatur cognitio: & tertium*, *fides*. Fidem eſſe cognitionem, etiam inde patet, quia πληροφορία eſt cognitionis. Nam ad Coloſſ. 2: 2. nominatur πληροφορία τῆς συνέσεως, id eſt, *plena intelligentiæ perſuaſio*. Et ad Rom. 14: 5. πληροφορία eſſe dicitur mentis, ſeu intellectus, ad quem pertinet cognitio: ἕκαςος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω. *Unusquiſque in mente ſua ſit plenè perſuaſus*: at πληροφορία eſt fidei, ut ad Hebr. 10: 22. Rom. 4: 21. Abraham dicitur fide fuiſſe roboratus, ὅτι πληροφορηθεὶς, *quia fuit pleniſſimè perſuaſus*; unde ſequitur, fidem eſſe cognitionem, non ignorantiam. Idem agnoſcit Ignatius in epiſt. ad Magneſ. ubi, poſtquam credendorum ſummam propoſuiſſet, ſubnectit: Ταῦτα ὁ γνοὺς ἐν πληροφορίᾳ, καὶ πιςεύσας, μακάριος. *Qui hæc cum plena perſuaſione noverit*, *& credideriit*, *ille beatus*. Ridiculi ergo ſunt, qui omnia ἁπλῶς, ἀλόγως, καὶ ἀνεξετάςως volunt eſſe recipienda. Athanaſius t. 2. pag. 325. diligenter monet, non eſſe ἀλόγως credendum. Poſtquam enim deploraſſet, *novam hæreſin exortam eſſe*, *quæ doceat*, ἁπλῶς & ἀλόγως *eſſe credendum*, ſubjicit, eam hæreſin præcipere, Δέχεσθε ἁπλῶς τὰ λεγόμενα, καὶ μηδεὶς ἐξεταζέτω τί πρέπον ἐν αὐτοῖς, ἢ τί ἀπρεπές. *Recipite ſimpliciter ea quæ dicuntur*, *nec quiſquam inquirat*, *quid in illis vel decorum ſit*, *vel indecorum*. Quærit ergo Athanaſius: Ἀλόγως πιςεύω; καὶ μὴ ἐξετάσω τί δυνατὸν, ἢ συμφέρον, ἢ πρέπον, ἢ

θεῷ

θεῷ φίλον, ἢ τῇ φύσει κατάλληλον, ἢ τῇ ἀληθείᾳ σύμφωνον, ἢ τῷ σκοπῷ ἀκόλουθον, ἢ τῷ μυγρίῳ ἁρμόδιον, ἢ τῆς εὐσεβείας ἄξιον; *An ergo sine ratione credam? num non examinabo, quid fieri possit, quid conducat, quid deceat, quid Deo gratum, quid naturæ consentaneum, quid veritati consonum, quid scopo congruum, quid mysterio aptum, vel quid pietate dignum?* Vide ibidem plura.

β. *Assensus.* Græcis συγκατάθεσις, Hesychio συμφώνησις. Propriè usurpatur de iis, qui sunt ὁμόψηφοι, quasi calculum unâ ponentes in urnam. Clemens Alexandr. stromat. lib. 2. pag. 362. *fidem* vocat θεοσεβείας συγκατάθεσιν, ἐλπιζομένων ὑπόστασιν, πραγμάτων ἔλεγχον οὐ βλεπομένων, *pietatis assensionem, rerum quæ sperantur substantiam, argumentum eorum quæ non videntur.* Alii, ut idem eodem in libro, ἀφανοῦς πράγματος ἑνωτικὴν συγκατάθεσιν ἀπέδωκαν εἶναι τὴν πίστιν, *rei non apparentis unientem assensionem tradiderunt esse fidem.* Basilius Cæsar. in Psal. 116. ad vs. 1. pag. 313. πίστις ἡγεμόνα τῶν περὶ θεοῦ λόγων· πίστις, καὶ μὴ ἀπόδειξις, καὶ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἕλκουσα. *Verborum de Deo dux sit fides; fides, non demonstratio: fides, animam invitans & pertrahens ad assensum præ rationalibus methodis.* Damascenus Orthod. fidei lib. 4. cap. 12. pag. 305. πίστις ἐστὶν ἀπολυπραγμόνητος συγκατάθεσις. Interpres: *Fides est inscrutabilis consensus.* Sine ullo sensu & ratione. Tu reddes: *Fides est assensus citra curiosam rerum credendarum investigationem.* Ἀπολυπραγμόνητον enim est, *non curiosum, in quod curiosè non inquiritur.* Cyrillus Alex. in cap. 45. Jesaiæ. pag. 609. Εἰκεῖν ἀναγκαῖον οἷς ἂν λέγοι θεός· αὐτὸς οἶδε τῶν ἰδίων ἔργων τὴν ὁδὸν, ἀπολυπραγμόνητα δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ τεχνουργούμενα, καὶ ἀνενδοιάστῳ πίστει τὰ ὑπὲρ νοῦν ὄντα, τὸν καθ' ἡμᾶς τιμᾶσθαι προσήκει. *Iis obtemperandum, quæ Deus dicit: ipse suorum operum viam novit, res etiam ab eo creatæ à nemine, ne curioso quidem, carpi possunt, & quæ mentem superant, ab hominibus nostri similibus indubitata fide honorari & suscipi debent.* Idem, lib. 10. adv. Julianum, pag. 360. Τὸ πίστει παράδεκτον ἀπολυπραγμόνητον εἶναι χρή· τὸ γάρ τοι βασανιζόμενον, πῶς ἔτι πεπίστευται; *Quod fide percipitur, non curiosè inquirendum: nam quod adhuc investigatur, quonam pacto creditur?* Ex his jam facilè intelligitur, quid ἀπολυπραγμόνητος sit. Fides ergo est ἀπολυπραγμόνητος συγκατάθεσις eo respectu, quando mysteria credimus, etiamsi eorum rationes assequi non valeamus; de quo infrà sub *Propriis.* Eodem sensu dicit Clemens Alexandr. stromat. lib. 1. pag. 296. Πειθὼ, ἡ βεβαίωσις τῆς πίστεως. *Persuasio, est fidei confirmatio.* Et Basilius Cæsar. Orat. de Fide, t. 2 pag. 250. πίστις ἐστὶ συγκατάθεσις ἀδιάκριτος τῶν ἀκουσθέντων ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας, τῶν κηρυχθέντων θεοῦ χάριτι. *Fides est eo-*

eorum, quæ audita ſunt, aſſentiens approbatio ſine ulla hæſitatione, cum plena animi perſuaſione de eorum veritate, quæ Dei munere ſunt prædicata. S. Auguſtinus: *Credere, eſt cum aſſenſu cogitare.* Item: *Quid eſt credere, niſi conſentire verum eſſe quod dicitur?*

γ. *Fiducia.* Si quæratur, *An fides ſit fiducia?* reſpondetur. *Fiduciam* quidem indiſſolubili nexu cum vera fide cohærere, non tamen, ſi propriè loquamur, eſſe fidem, ſed effectum neceſſario quodam partu pullulantem à fide. Rationes ſunt in promtu. 1. Ipſa vocabula *fides & fiducia* diverſa ſunt in Verbo Dei: *fides* Hebræis dicitur אמונה, Græcis πίστις. *Fiducia* verò בטח, Græcis πεποίθησις. 2. Scriptura Sacra *fiduciam a fide* diſtinguit, ut effectum a cauſſa ad Epheſ. 3: 12. Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. *In quo* (Chriſto) *habemus aditum cum fiducia, per fidem ipſius.* Ad quem locum Beza: *Ex hoc loco apparet manifeſtè,* πεποίθησιν, *id eſt*, fiduciam, à fide, *nempe ut effectum à cauſſa differre, ac proinde à nonnullis perperam pro fide ſubſtitui fiduciæ nomen, quamvis iſta duo ſemper cohæreant.* Ei σύμψηφος eſt Zanchius ad eundem locum: *Habemus hic manifeſtum diſcrimen inter* fidem & fidùciam, *cùm fiducia ſit effectum fidei.* 3. Ratio quoque idem evincit: ideò enim Deo fidimus, quia certò perſuaſi ſumus de ejus tum potentia, tum bonitate. Fiducia ergo perſuaſionem ſequitur de potentia & bonitate Dei; hæc autem perſuaſio fides eſt, unde fit ut fiducia ſequatur fidem. Deinde *fiducia eſt ſpes quædam.* Patet ex Heſychio, apud quem ſequentia: Πέποιθας, θαῤῥεῖς. *Confidis, ſperas.* Πεποίθασιν, ἠλπίκασι. *Confiſi ſunt, ſperarunt.* Πεποιθίαν, ἐλπίδα, προσδοκίαν. *Fiduciam, ſpem, exſpectationem.* Πεποιθὼς, ἐλπίσας, πιςεύσας. *Confidens, ſperans, credens.* Vetus Homeri Interpres ad Il. δ'. vſ. 303. Πεποιθὼς, πεπιςευκὼς, τεθαῤῥηκώς. *Fretus, confiſus.* Phavorinus: Πέποιθεν, ἐλπίζει, θαῤῥεῖ. *Confidit, ſperat.* Spes autem diſtinguitur à fide, & fidem ſequitur: Ergo & fiducia. Hoc ipſum haud obſcure innuit Theophylactus, ad Epheſ. 3: 12. pag. 527. ſic ſcribens: Πλὴν οὐχ ὡς αἰχμάλωτοι προσήχθημεν, οὐδ' ὡς ἡμαρτηκότες, ἀλλὰ παῤῥησίαν ἔχομεν· οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πεποιθέναι καὶ θαῤῥεῖν. πόθεν δὲ ταῦτα ἡμῖν; διὰ τῆς πίςεώς, φησιν· αὕτη γὰρ λύσασα τὰ ἁμαρτήματα, παῤῥησίαν καὶ θάῤῥος ἡμῖν ἐνέθηκεν. *Atqui non ut captivi adducti ſumus, neque veluti peccatores, ſed libertatem habemus: neque eam ſimplicem, ſed cum fiducia & confidentia. Unde verò hæc nobis bona?* Per fidem, *inquit: hæc enim peccatis ſolutis, libertatem nobis & fiduciam indidit.* En, fides præcedit, fiducia ſequitur.

4. *Proprietates;* quarum præcipuæ ſunt, quòd *fides* ſit

a. *Ne-*

a. *Necessaria.* Chrysostomus in Psal. 116. Ἡ πίστις πάντων ἐστὶ διδάσκαλος, καὶ ταύτης ἄνευ οὐδὲ λαλῆσαι δυνάμεθά τι. *Fides omnia docet, nec sine ea quicquam loqui possumus.* Hanc necessitatem Theodoretus θεραπευτ: Serm. 1. pag. 477. à necessitate oculorum corporis ita demonstrat: χρεία ἡμῖν νοερῶν ὀμμάτων, εἰς τὴν τῶν νοητῶν καταυόησιν. Καὶ καθάπερ δεόμεθα τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν εἰς τὴν θεωρίαν τῶν ὁρατῶν· οὕτω δήπου χρήζομεν πίστεως εἰς τὴν ἐποπτείαν τῶν θείων. ὅπερ γὰρ δή ἐστιν ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, τοῦτο ἄρα πίστις ἐν διανοίᾳ. μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ὀφθαλμὸς δεῖται φωτὸς ἐπιδεικνύντος τὰ ὁρατά· οὕτω δὴ αὖ καὶ ὁ νοῦς δεῖται πίστεως ἐπιδεικνυούσης τὰ θεῖα, καὶ τὴν περὶ τούτων δόξαν φυλαττούσης βεβαίαν. *Opus nobis est oculis intellectus ad ea cognoscenda, quæ intellectu percipiuntur. Et quemadmodum oculis corporeis indigemus ad ea conspicienda, quæ cerni possunt: ita etiam indigemus fide ad rerum divinarum contemplationem. Nam quod est oculus in corpore, hoc est fides in mente: aut potiùs, sicut oculus luce indiget, per quam ipsi visibilia ostendantur; pari modo & intellectus eget fide, quæ divina ipsi ostendat, quæque stabilem de his conceptum perpetuumque conservet.* Hinc ibidem, pag. 478. Προυργιαίτατον χρῆμα ἡ πίστις. *Utilissima res est fides.* Theophylactus ad Hebræos, pag. 920. Ἀρχὴ καὶ θεμέλιος ἡ πίστις, καὶ ἄνευ ταύτης οὐδὲν ἐδραθήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἄνευ στοιχείων γένοιτ' ἄν τις ἔμπειρος γραμμάτων. *Principium & fundamentum fides est, sine qua nihil erit solidum, perinde atque nec sine elementis quispiam gnarus fieri queat literarum.* Eandem ob causam à Clemente Alexandr. stromat. lib. 2. pag. 369. dicitur μεγίστη ἀρετῶν μήτηρ, ἡ πίστις. *Maxima virtutum mater, fides.* Et Chrysostomus, Homil. 2. in epist. ad Romanos, eam vocat πάντων τῶν ἀγαθῶν μητέρα, *omnium bonorum matrem.*

b. *Unicuique fidelium Deum & beneficia Christi sigillatim applicet.* Atque hæc est illa ἰδιοποίησις, de qua sancti Ecclesiæ Doctores. Chrysostomus, Homil. 2. in epist. ad Romanos, ad vs. 8. cap. 1. pag. 10. de hac fidei proprietate sic scribit: Οὐκ εἶπε, τῷ θεῷ, ἀλλὰ, τῷ θεῷ μου· ὃ καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσι, τὸν κοινὸν ἰδιοποιούμενοι. *Non dixit, Deo, sed, Deo meo: quod etiam Prophetæ faciunt, communem sibi privatim vendicando.* Eadem ad istum locum habet Theophylactus, pag. 8. Et Oecumenius, pag. 247. dicit: Ἀγάπης σημεῖον· τὸν γὰρ ἁπάντων θεὸν ἰδιοποιεῖται. *Dilectionis signum: universorum enim Deum sibi proprium facit.* De eadem fidei proprietate Apostolus ad Galatas 2: 20. Τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Ad quem locum Chrysostomus, pag. 735. Τί ποιεῖς, ὦ Παῦλε, τὰ κοινὰ σφετεριζόμενος, καὶ

τὰ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης γενέμενα ἰδιοποιῶν ; *Quid facis, ô Paule, communia tibi afferens, & pro toto orbe facta tibi vendicans?* Pro ἰδιοποιεῖν, Theophylactus hîc habet, τὸ κοινὸν ἴδιον ποιεῖσθαι, *quod commune eſt, proprium facere.* Chryſoſtomus ibidem paulò poſt : Οἱ προφῆται τὸν κοινὸν θεὸν ἰδιοποιοῦνται πολλάκις, οὕτω λέγοντες, ὁ θεὸς, ὁ θεός μου. *Prophetæ communem Deum ſæpe ſibi proprium faciunt, ita dicentes,* Deus, Deus mi. Idem Chryſoſtomus, ad eundem locum, Homil. 24. in Geneſin : Τοῦ ἀγαπήσαντός με. τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε ; πρὸ μικροῦ ἔλεγες, ὅσγε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, &c. καὶ νῦν λέγεις· τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ ἰδιοποιῇ τὴν κοινὴν εὐεργεσίαν ; Qui dilexit me. *Quid dicis ; ô beate Paule? Paulò antè dixiſti,* Qui proprio Filio non pepercit, &c. *Nunc verò dicis,* Qui dilexit me, *adeoque tibi proprium facis commune illud beneficium?*

c. *Firma & ſolida.* Hinc Apoſtolus ad Coloſſ. 2: 5. Coloſſenſium prædicat τὸ στερέωμα τῆς εἰς χριστὸν πίστεως, *firmamentum ejus, quæ in Chriſto eſt fidei.* Ubi Theophylactus, pag. 647. Καὶ ἡ πίστις στερέωμά ἐστιν αὐτὴ καθ' αὑτὴν, μὴ ἐῶσα λογισμοὺς ὑπεισελθεῖν, οἳ, διάκρισιν ἐμποιοῦντες, σαλεύουσιν. *Ipſa etiam fides per ſe firmamentum eſt, quæ non ſinit cogitationes irrepere, quæ, dubitationem ſuggerendo, concutiunt.* Ad Hebr. 3: 14. Apoſtolus nos jubet τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως βεβαίαν κατέχειν μέχρι τέλους, *initium ſubſtantiæ ad finem uſque firmum retinere.* Id eſt, interprete Theophylacto, *fidem :* δι' αὐτῆς γὰρ ὑπέστημεν καὶ οὐσιώθημεν τὴν θείαν καὶ πνευματικὴν οὐσίωσιν, καὶ ἀναγέννησιν. *Per ipſam enim ſubſiſtimus, & divinâ nec non ſpirituali eſſentiâ fundati ſumus, atque regeneratione.* Hanc ipſam ob cauſſam cum *ancora* confertur ad Hebr. 6: 19. Ad quem locum nervosè Chryſoſtomus, Homil. 55. t. 5. pag. 370. Καθάπερ πλοῖον ὑπὸ τῆς τῶν πνευμάτων ἐμβολῆς κλυδωνιζόμενον, καὶ ταῖς τῶν κυμάτων ἐπαναςάσεσι περιαντλούμενον, ἐξαρτηθεῖσα ἄγκυρα πάντοθεν ἴσησι, καὶ ἐν μέσῳ βιζοῖ τῷ πελάγει· οὕτω δὴ καὶ τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον ὅταν οἱ προσπίπτοντες ἔξωθεν λογισμοὶ κλυδωνίζωσιν, ἀγκύρας ἀσφαλέστερον ἐπεισελθοῦσα ἡ πίστις ἀπαλλάττει τοῦ ναυαγίου, ὥσπερ ἐν γαληνῷ λιμένι, τῇ τοῦ συνειδότος πληροφορίᾳ τὸ σκάφος ὁρμίζουσα. *Quemadmodum navem, ventorum impetu jactatam, & fluctuum aſſultu inundatam, demiſſa ancora undiquaque ſtabilit, & vel in medio pelago radicat : ita etiam mentem noſtram extraneis cogitationibus jactatam, adventu ſuo fides ex imminenti naufragio liberat, tanquam in tranquillum portum, certa conſcientiæ perſuaſione, navem deducens.* Et paulò poſt : Ὁρᾷς τῆς πίστεως τὸ κατόρθωμα, ὅτι ὡς ἄγκυρά τις ἀσφαλὴς, ὅπως ἐκβάλλει τὸν σάλον. ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλει, οὕτως λέγων περὶ τῆς πίστεως· Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν, καὶ

καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. ἵνα γὰρ ἀκούσας ἄγκυραν, μὴ νομίσῃς κάτω καθέλκεσθαι, δείκνυσιν, ὅτι καινή τις αὕτη τῆς ἀγκύρας ἡ Φύσις, ἀ κάτω τ ιέζουσα, ἀλλ' ἄνω κυοφίζουσα τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθιστῶσα, καὶ εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος χειραγωγοῦσα. καταπέτασμα γὰρ ἐνταῦθα τὸν οὐρανὸν ἐκάλεσε. *Vides, quid fides præstet, quòd nimirum, ceu ancora quæpiam tutissima, à fluctuatione liberet: id quod ipse etiam Paulus ad Hebræos scribit, ita de fide loquens:* Quam velut animæ ancoram habemus tutam ac firmam, & ingredientem usque ad ea, quæ sunt intra velum. *Ne enim, auditâ ancorâ, existimes deorsum te trahendum, ostendit, novum quoddam hoc genus ancoræ esse, quæ non deprimat, sed mentem sursum elevet, versus cœlum transferat, & usque ad ea, quæ sunt intra cœlum quasi manu ducat. Velum enim hoc loco cœlum vocavit.* Huc etiam pertinet ἔργον τῆς πίστεως, 1. Thessal. 1: 3. quod Theodoretus dicit esse τὸ ἐν κινδύνοις βέβαιον, *constantiam in periculis*, addita ratione, οὐ γὰρ μόνον ἐν εἰρήνῃ καὶ γαλήνῃ δεῖ φαίνεσθαι προσήκει τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ ἐν κλύδωνι καὶ ζάλῃ ταύτης ἔχεσθαι δεῖ. *Non solùm enim in pace & tranquillitate fidem oportet ostendere, sed ea etiam in fluctibus & tempestate retinenda est.* Chrysostomus Homil. 1. in hanc Epist. eodem concedit, quando dicit, per ἔργον τῆς πίστεως intelligi ἔνστασιν, *institutum & constantiam*, quam nemo flectere possit. Τοῦτο γὰρ ἔργον πίστεως· εἰ πιστεύεις, πάντα πάσχε· εἰ δὲ μὴ πάσχεις, ἀ πιστεύεις. *Hoc enim est opus fidei; si credis, omnia patere: si autem non pateris, non credis.* Theophylactus in eandem epistolam, pag. 680. Τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, τουτέστι τῆς ἐνστάσεως ὑμῶν. τοῦτο γὰρ ἔργον πίστεως, τὸ στερρῶς ἱστασθαι, καὶ τὸ λόγοις μόνον αὐχεῖν τὴν πίστιν. Operis fidei, *hoc est, constantiæ verè, non solis verbis de fide gloriari.* His ergo ἔργον τῆς πίστεως est *patientia* & *constantia*, quasi ἔργον πιστόν. Atque ita quidem veteres. Ex recentioribus Ptochenius quoque vult subesse Hebraismum, & substantivum πίστεως, pro adjectivo positum esse, quale sit etiam illud λόγος σοφίας, pro λόγος σοφός. Gatakerus ἔργον πίστεως per hypallagen quandam dictum vult, pro πίστις ἔργου, *fides operis*; quod idem sit atque πίστις ἐνεργὴς, vel ἐνεργουμένη, *fides operans, sive efficax.* Mentem Apostoli optimè assecutus Cl. Vorstius, Philol. sacræ cap. 9. Ἔργον πίστεως, inquit, *nihil aliud est, quàm opus, quod veram fidem in homine jam existentem consequitur: vel potiùs omnia ista præclara opera, quæ Thessalonicenses, postquam jam fideles facti fuerant, præstiterunt. Vocantur verò ἔργα πίστεως, opera fidei, quod homo, ubi veram fidem jam habet, talia opera solet præstare. Hinc & ipsa fides dicitur δι' ἀγάπης;*

ἀγάπης ἐνεργουμένη, per charitatem operans, *ad Gal.* 5:6. Plura vide apud eundem. Ab hac expoſitione non eſt alienus magnus Calvinus, qui ad verba Apoſtoli, ἔργον πίστεως, *opus fidei*, ſequentia commentatur: *Opus fidei accipio pro effectu. Sed hic effectus duplici modo poteſt exponi: paſſivè, & activè: vel quòd fides in ſe illuſtre virtutis & efficaciæ Spiritus ſancti ſpecimen fuerit, quod potenter operatus ſit in ea excitanda: Vel quòd ipſa fructus deinde ſuos extra protulerit. Ego effectum in ipſa potiùs fidei radice, quàm in fructibus conſtituo. Ac ſi diceret: Rara vis fidei potenter in vobis ſe exſeruit.* Sed rurſus ad rem. Quia fidei proprietas eſt, quòd ſit ſolida & firma, hinc à Chryſoſtomo, Homil. 18. in 1. ad Timoth. pag. 326. vocatur πέτρα ἀῤῥαγὴς; *infragilis petra*, quia petræ inſtar inconcuſſa manet, & contra omnes tentationum, & afflictionum fluctus intrepida ſtat. Hinc iterum à Chryſoſtomo, Homil. 110. t. 5. *fides* vocatur χειμαζομένης Φύσεως ἄγκυρα καὶ ἀνθρωπότητος λιμὴν γαληνὸς, *tempeſtate vexatæ naturæ ancora, & naturæ humanæ portus tranquillus.* Idem in Pſal. 116. de fide: Ἱερά τις ἐστιν ἄγκυρα, πάντοθεν ἀνέχουσα τὴν ἔχουσαν αὐτὴν διάνοιαν. *Sacra quædam ancora eſt, undique ſuſtinens mentem, eam habentem.* Theodoretus in cap. 1. Danielis, pag. 553. Οὐδὲν τῆς εἰς θεὸν πίστεως ἰσχυρότερον. *Nihil in Deum fide fortius eſt.*

d. *Etiam res inviſibiles, & quæ judicio humano videntur impoſſibiles, apprehendat.* Hanc fidei proprietatem in Abrahamo commendat Apoſtolus ad Rom. 4: 18. his verbis: Παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν. Ad quem locum Chryſoſtomus, Homil. 8. in hanc Epiſtolam: Παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ' ἐλπίδι τῇ τοῦ θεοῦ. *Præter ſpem humanam, in ſpe Dei, vel divina.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 45. Παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην ἐπ' ἐλπίδι τῇ θείᾳ ἐπίστευσεν, ὅτι γενήσεται πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν. *Præter ſpem humanam, in ſpe divina credidit, ſe futurum patrem multarum gentium.* Iterum Chryſoſtomus πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας lib. 1. cap. 10. Παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι. τί ἐστι; παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ' ἐλπίδι τῇ τοῦ θεοῦ, τῇ πάντα νικώσῃ, τῇ πάντα δυναμένῃ, τῇ πάντων περιγινομένῃ. Præter ſpem, in ſpe. *Quid eſt? Præter ſpem humanam, in ſpe Dei, quæ cuncta vincit, quæ cuncta poteſt, quæ cuncta ſuperat.* Eandem fidei proprietatem luculenter deſcribit Apoſtolus ad Hebr. 11: 1. his verbis: Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις· πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. *Eſt autem fides rerum ſperandarum ſubſtantia: argumentum rerum non apparentium.* Hunc locum ſic explicat Chryſoſtomus, Homil. 2. in epiſt. ad Hebræos, pag. 539. Βαβαὶ, οἵᾳ λέξει ἐχρήσατο εἰπὼν, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων; ἔλεγχος

ἐλεγχος γὰρ λέγεται ἐπὶ τῶν λίαν ἀδήλων. Ἡ πίστις τοίνυν ἐστὶν ὕψις τῶν ἀδήλων, φησὶ, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ὁρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὁρώμενα. Οὔτε οὖν τοῖς ὁρωμένοις ἀπιστητέον, οὔτε πάλιν, εἰ μὴ τῶν ὁρωμένων σαφέστερον περὶ τῶν ἀοράτων πεπληροφόρηται τις, τίς εἶναι δύναται. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίδι ἀνυπόστατα εἶναι δοκεῖ, ἡ πίστις ὑπόστασιν αὐτοῖς χαρίζεται· μᾶλλον δὲ, ὑποχαρίζεται, ἀλλ' αὐτό ἐστιν οὐσία αὐτῶν. Οἷον, ἡ ἀνάστασις οὔπω γεγένηται, οὐδὲ ἔστιν ἐν ὑποστάσει, ἀλλ' ἡ ἐλπὶς ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ. Τοῦτό ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων ἐλπιζομένων. *Papæ quali dictione usus est, dicens,* argumentum non apparentium? *Argumentum enim dicitur de iis, quæ valde obscura sunt. Fides igitur, inquit, est visio eorum, quæ non sunt conspicua, & ea, quæ non videntur, deducit ad eandem certam ac plenam persuasionem cum iis quæ videntur. Neque igitur iis, quæ videntur, fides non est habenda, neque rursus, si quis de iis, quæ sub aspectum non cadunt, non fuerit apertiùs persuasus, quàm de iis, quæ videntur, fides esse potest. Nam quæ illàm quæ sunt in spe, non videntur subsistere, fides eis largitur substantiam, vel potiùs non largitur, sed ipsum est eorum essentia. Exempli causſâ, resurrectio non advenit, neque est in substantia, sed spes facit, ut ea consistat in anima nostra. Atque hoc est rerum sperandarum substantia.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 987. Ὑπογράφεται ἡμῖν τὴν πίστιν, καὶ φησιν ὅτι οὐσίωσίς ἐστι τῶν μήπω ὄντων, καὶ ὑπόστασις τῶν μὴ ὑφεστώτων. Οἷον ἡ ἀνάστασις οὔπω ὑφέστηκεν, ἀλλ' ἡ πίστις ὑφίστησιν αὐτὴν, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν τίθησι. *Describit nobis fidem, & dicit, Fides est essentia eorum, quæ nondum sunt, & substantia eorum, quæ non subsistunt. Exempli gratiâ, resurrectio nondum subsistit, sed fides eam statuit, nobisque ob oculos ponit.* Item: Πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Ἔλεγχος, τουτέστι, δεῖξις, φανέρωσις ἀδήλων πραγμάτων. ποιεῖ γὰρ ταῦτα βλέπεσθαι τῷ νῷ ἡμῶν ὡς παρόντα. Argumentum rerum non apparentium. Argumentum, *hoc est, demonstratio & manifestatio rerum, quæ non sunt conspicuæ: facit enim, ut ista mente nostra cernamus, haud secus ac si præsentia essent.* Optimè vocem ἔλεγχος interpretatur. ἐλέγχω enim præter alia significat *arguo, demonstro.* Glossæ Græco-Latinæ: ἐλέγχω. *Arguo.* ἔλεγχος. *Indicium, index, probatio.* Et Latino-Gr. *Arguit,* ἐλέγχει. *Probationem,* τὸν ἔλεγχον. *Probatio,* ἀπόδειξις, ἔλεγχος. Suidas: Ἔργα δὲ χεῖρας ἐλέγχει, *opera verò manus arguunt,* id est, quales illæ sint, apertè demonstrant. Basilius Seleucensis Orat. 22. pag. 125. de discipulis suborta in mari tempestate Dominum excitantibus: Πᾶσα ἡμῶν ἡ σοφία κατεπόθη, ἠλέγχθησαν χεῖρες πρὸς βοήθειαν ἄχρηστοι· ἠλεγξε γὰρ τὴν ἀτονίαν τῆς τέχνης ἡ βία τοῦ κλύδωνος. *Omnis sapientia nostra irrita facta est, compertum vel demonstratum est, manus ad ferendum auxilium inuti-*

inutiles esse: declaravit enim & demonstravit infirmitatem artis fluctuum vehementia. Sed redeamus ad locum Apostoli, quem Theodoretus, pag. 445. his verbis explicat: Τὰ οὐχ' ὁρώμενα, διὰ πίστεως ὁρῶμεν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐλπιζομένων θεωρίαν ὀφθαλμὸς ἡμῖν γίνεται, καὶ δείκνυσιν ὡς ὑφεστῶτα τὰ μηδέπω γεγενημένα. Τῶν νεκρῶν ἁπάντων ἐν τοῖς τάφοις ἔτι κειμένων, ἡ πίστις ἡμῖν προζωγραφεῖ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τῆς κόνεως τῶν σωμάτων τὴν ἀθανασίαν παρασκευάζει φαντάζεσθαι. *Ea, quæ non videntur, per fidem videmus, & ad eorum, quæ sperantur, contemplationem hæc nobis fit oculus, & tanquam subsistentia ostendit ea, quæ nondum sunt. Mortuis adhuc omnibus in sepulchris jacentibus, fides nobis resurrectionem jam depingit, facitque ut pulveris corporum immortalitatem nobis repræsentemus.* Gregorius etiam Nyssenus, Orat. 12. contra Eunomium, t. 2. pag. 746. hunc ipsum locum explicans, sic scribit: Τὴν πίστιν, οὐχὶ τὴν γνῶσιν ὁ θεὸς εἰς δικαιοσύνην λογίζεται τοῖς ἀνθρώποις. ἡ μὲν γὰρ γνῶσις ὡς ἐμπορικήν τινα τὴν διάθεσιν ἔχει, μόνῳ τῷ γινωσκομένῳ συντιθεμένη. Ἡ δὲ τῶν χριστιανῶν πίστις οὐχ' οὕτως· οὐ γὰρ τῶν γινωσκομένων, ἀλλὰ τῶν ἐλπιζομένων ἐστὶν ὑπόστασις. Τὸ δὲ διακρατούμενον οὐκ ἐλπίζεται· ὃ γὰρ ἔχει τίς, φησι, τί καὶ ἐλπίζει; τὸ δὲ διαφεῦγον τὴν κατανόησιν ἡμῶν, ἡμέτερον ἡ πίστις ποιεῖ, διὰ τῆς ἰδίας βεβαιότητος ἐγγυωμένη τὸ μὴ φαινόμενον. *Fidem, non cognitionem, Deus ad justitiam hominibus reputat. Cognitio enim velut negotiatoriam quandam dispositionem habet, soli cognito assentiens: sed Christianorum fides non sic: non enim eorum, quæ cognoscuntur, sed quæ sperantur est substantia sive fundamentum. Quod verò firmiter tenetur, non speratur. Quod enim quis habet, inquit Apostolus* Rom. 8: 24. *quid etiam sperat? Quod autem cognitionem nostram fugit, nostrum fides facit, spondens propria firmitate, quod non apparet.* Nemo vero existimet, Nyssenum hoc loco velle, à fide remotam esse cognitionem, quum fidei partem esse jam suprà probavimus: sed disputat adversus Eunomianos, qui, ut verbis adductis statim subnectitur, διὰ γνώσεως τῆς μάτην φυσιούσης ἐπιγνῶναι τὴν θείαν οὐσίαν δυνατὸν εἶναι ἔλεγον, *per cognitionem frustra inflantem, divinam essentiam cognosci posse dicebant.* Hinc à Clemente Alexand. lib. 1. Pædag. initio cap. 6. pag. 92. vocantur εἰς γνῶσιν πεφυσιωμένοι, *scientiâ inflati.* Seipsos, eodem, ibid. pag. 107. teste, appellabant τελείους καὶ γνωστικούς, *perfectos & cognitione præditos.* De iisdem Theodoretus in 1. ad Timoth. cap. 6. pag. 490. Α' σεσίγηκε, φασιν, ἡ θεία γραφή, ταῦτα ὁ θεὸς ἡμῖν ἀπεκάλυψε. *Quæ divina Scriptura tacuit, inquiunt, ea nobis Deus revelavit.* Et quia fides ea, quæ humano judicio videntur ἀδύνατα, nihilominus credit & apprehen-

hendit, hinc πίστιν & λογισμὸν, seu λογισμοὺς, Chrysostomus passim inter se opponit. Rem aliquot exemplis probemus. Homil. 24. in Johannem: Μὴ λογισμῷ τὰ περὶ θεοῦ ζητῶμεν, μηδὲ ὑπὸ τὴν ἀκολουθίαν τὴν παρ' ἡμῶν ἄγωμεν τὰ ἐκεῖθεν, μηδὲ ἀνάγκῃ Φύσεως ὑποβάλλωμεν, ἀλλ' εὐσεβῶς πάντα νοῶμεν, πιστεύοντες ὡς εἶπον οἱ γραφαί. *Ne divina mysteria naturali ratione perscrutemur, neque sub rerum humanarum necessitatem illa subjiciamus, sed piè omnia intelligamus, credentes ut dixerunt scripturæ.* Idem, Homil. 25. in Johannem: Οὐδὲν γὰρ χεῖρον τοῦ τοῖς λογισμοῖς τὰ πνευματικὰ ἐπιτρέπειν. *Nihil enim pejus est, quàm humanis rationibus spiritualia committere.* Et mox: Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς πιστοὶ καλούμεθα, ἵνα τῶν λογισμῶν τὴν ἀσθένειαν ἀφέντες κάτω, πρὸς τὸ ὕψος τῆς πίστεως ἀναβῶμεν. *Propterea etiam nos fideles vocamur, ut ratiocinationum imbecillitate in terra relicta, ad fidei sublimitatem adscendamus.* Item: Λογισμῷ μὲν εὑρεῖν οὐ δύναμαι, πίστει δὲ δέχομαι μόνῃ. *Ratione quidem invenire non possum, sola autem fide recipio.* Et statim post initium Homil. 22. in epist. ad Hebræos: Τὸ τῆς πίστεως γενναῖον νεανικῆς δεῖται ψυχῆς, καὶ πάντα ὑπερβαινούσης τὰ αἰσθητὰ, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν λογισμῶν τῶν ἀνθρωπίνων παρερχομένης. *Fidei generosa nobilitas strenua indiget anima, quæ omnia transcendat sensilia, & humanarum ratiocinationum transeat imbecillitatem.* Et Paulò post: Τὰ μέγιστα διὰ πίστεως, καὶ οὐ διὰ λογισμῶν κατορθοῦται. *Res maximæ per fidem rectè fiunt, non verò per ratiocinationes.* Homil. 5. in epist. ad Colossenses, pag. 116. Ἰδοὺ τὰ σεμνὰ ἡμῶν πάντα τῶν ἐρημα λογισμῶν, καὶ πίστεως ἔχεται μάνης. *Ecce quomodo reverenda omnia nostra ratiocinationibus destituantur, & à sola fide pendeant.* Paulò post: Ποῖος ταῦτα λογισμὸς καταδέξεται, ἂν μὴ πίστις ᾖ; *Quæ ratio hæc capiet, si fides non adsit?* Huc etiam faciunt illa Cyrilli Alexand. in cap. 45. Jesaiæ, pag. 609. Εἰκεῖν ἀναγκαῖον οἷς ἂν λέγοι θεός, αὐτὸς οἶδε τῶν ἰδίων ἔργων τὴν ὁδόν. ἀπολυπραγμόνητα δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ τεχνουργούμενα, καὶ ἀνενδοιάστῳ πίστει τὰ ὑπὲρ νοῦν ὄντα, τὸν καθ' ἡμᾶς τιμᾶσθαι προσήκει. *Illis necessario obtemperandum, quæ Deus dicit: ipse suorum operum viam novit: res etiam ab eo creatæ à nemine, ne curioso quidem, carpi possunt, & quæ mentem superant, ab hominibus nostri similibus indubitata fide honorari & suscipi debent.* Idem, lib. 10. adv. Julianum, pag. 360. Τὸ πίστει παράδεκτον ἀπολυπραγμόνητον εἶναι χρή· τὸ γὰρ τοι βασανιζόμενον, πῶς ἔτι πεπίστευται; *Quod fide percipitur, non curiosè inquirendum: nam quod adhuc inquiritur, quonam pacto creditur?* Nec ab his aliena habet Occumenius in 2. ad Corinth. cap. 11. pag. 555. Ἁπλάστου καὶ ἀφελοῦς δεῖται ψυχῆς ἡ πίστις, πάντα πίστει δεχομένης, καὶ μηδὲν συλλογιζομένης. *Minimè fictam & simplicem animam fides requirit, quæ*

omnia fide recipiat, nec quidquam ratiocinationibus permittat. Eleganter etiam Cæsarius quæst. 57. pag. 128. Τὰ τῶν χριστιανῶν πίστει κρατύνεται, καὶ οὐ συλλογισμοῖς. *Christianorum dogmata fide firmantur, non verò ratiocinationibus.* Alia, quæ huc quoque commodè satis referri possent, omittimus, utpote quæ alibi fortè, suo tempore, legi poterunt.

5. *Effecta fidei* præcipua sunt,

a *quod justificet, & quidem sola.* Sola fides absque operibus justificat, non sanè per modum dispositionis, aut causliæ formalis, aut efficientis physicæ: sed per modum organi, quatenus thesaurum illum in Christo nobis exhibitum, apprehendit. Particula hæc *sola*, αὐτολεξεὶ quidem non exstat in Scriptura, res autem perspicuè exprimitur per synonymas formulas: χωρὶς ἔργων νόμου, *sine operibus legis*, ad Rom. 3: 28. χωρὶς ἔργων, *sine operibus*, ad Rom. 4: 6. ἐὰν μὴ διὰ πίστεως, *nonnisi per fidem*, ad Galat. 2: 16. δικαιούμεθα δωρεὰν, *justificamur gratis*, ad Rom. 3: 24. Patres verò particula *sola* aliquando expressè utuntur. Basilius M. Homil. 22. quæ est de Humilitate, t. 1. pag. 549. Αὕτη ἡ τελεία καὶ ὁλόκληρος καύχησις ἐν θεῷ, ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνῃ τὶς ἐπαίρεται τῇ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔγνω μὲν ἑνδεῆ ὄντα ἑαυτὸν δικαιοσύνης ἀληθοῦς, πίστει δὲ μόνῃ τῇ εἰς χριστὸν δεδικαιωμένον. *Ea demum perfecta & integra gloriatio est in Deo, quando neque propter suam ipsius quis justitiam extollitur, sed agnoscit se quidem destitutum esse verâ justitiâ, verùm* sola *in Christum fide justificatum esse.* Chrysostomus Homil. 7. in epist. ad Romanos, pag. 47. Τίς δὲ ὁ τῆς πίστεως νόμος; Διὰ χάριτος σώζεσθαι. ἐνταῦθα τὸ δυνατὸν δείκνυσι τοῦ θεοῦ, ὅτι οὐ μόνον ἔσωσεν, ἀλλὰ καὶ ἐδικαίωσε, καὶ εἰς καύχησιν ἤγαγε, καὶ οὐδὲ ἔργων δεηθεὶς, ἀλλὰ πίστιν ζητήσας μόνον. *Quæ verò fidei lex est? Per gratiam servari. Hic potentiam Dei ostendit, quia non tantùm servavit, sed etiam justificavit, & ad gloriationem traduxit, nullis operibus egens, sed* solam fidem *quærens.* Idem, Homil. 32. in Acta, pag. 792. Τὰ ἔθνη ἀπὸ τῆς πίστεως μόνης τῶν αὐτῶν ἔτυχε. *Gentes per* solam fidem *eadem consecutæ sunt.* Et mox: Πίστεως δεῖ μόνης, καὶ οὐκ ἔργων. sola fide *opus est*, *non autem operibus.* Idem, Homil. 5. in epist. ad Ephesios: Ἀπὸ γὰρ πίστεως μόνης ἔσωσε. sola *enim* fide *salvos fecit* Christus. Et in cap. 3. ad Galatas, pag. 739. Ὁ Ἀπόστολος δείκνυσιν, ὅτι ὁ τῇ πίστει προσέχων μόνῃ, εὐλογημένος. *Apostolus ostendit, eum, qui* sola fide *nititur, benedictum esse.* Theodoretus de curandis Græcorum affect. Serm. 7. pag. 587. Οὐ γὰρ δι' ἔργων ἀξιεπαίνων, ἀλλὰ διὰ μόνης πίστεως τῶν μυστικῶν τετυχήκαμεν ἀγαθῶν. *Neque enim ullis operibus bonis, sed per* solam fidem *mystica consecuti sumus bona.* Idem ad vl. 24. cap. 3. epist. ad Romanos,

Digitized by Google

manos, pag 32. Πίστιν μόνην εἰσενεγκόντες, τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν ἐδεξάμεθα. *sola fide allata remissionem peccatorum accepimus.* Oecumenius in cap. 1. ad Romanos, pag. 250. Ἐκ μόνης πίστεως ἡμᾶς σώζει θεὸς, καὶ νεκρωθέντας ἤδη ζωοποιεῖ, μὴ προεπιδειξαμένους ἔργα. *Ex sola fide nos salvos facit Deus, & jam mortuos vivificat, qui nulla prius, demonstravimus opera.*

b. *quòd non sit mortua*, seu bonis destituta operibus, *verùm efficax.* Hinc Theodoretus quæst. 63. in Exodum, pag. 110. Οὐκ ἀρκεῖ ἡ πίστις εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ δεῖται τῶν ἔργων εἰς τελειότητα. *Non sufficit fides ad salutem sed operibus indiget ad perfectionem.* Clemens Alexandr. stromat. lib. 5. pag. 591. ἡ πίστις, εἰ καὶ ἑκούσιος τῆς ψυχῆς συγκατάθεσις, ἀλλ' ἐργάτις ἀγαθῶν, καὶ δικαιοπραγίας θεμέλιος. *Fides, etsi est voluntaria animi assensio, est tamen bonorum operatrix, & justæ fundamentum actionis.* Hinc ad Galatas cap. 5. vl. 6. requiritur πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, *fides per charitatem efficax:* ad quem locum Theophylactus, pag. 481. Ἡ πίστις ἐστὶ τὸ πᾶν, ἡ δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, τουτέστιν, ὀφείλουσα ἀεὶ ἐνεργὴς καὶ ζῶσα δείκνυσθαι διὰ τῆς εἰς χριστὸν ἀγάπης. *Omnia à fide pendent, quæ per charitatem est efficax: hoc est, quæ debet semper efficax & viva demonstrari per dilectionem erga Christum.* Requiritur πίστις ἔμπρακτος, ut idem loquitur ad 2. Thessal. 1: 11. Photius epist. 1. pag. 2. Δεῖ τὰς ἀρετὰς τῇ πίστει παραπεπηγέναι, καὶ δι' ἀμφοῖν τὸν σκοπὸν καταρτίζεσθαι. Καὶ γὰρ δογμάτων μὲν εὐθύτης πολιτείας προβάλλεται κοσμιότητα· πράξεων δὲ καθαρότης τῆς πίστεως ἀπαγγέλλει θειότητα. ὧν ἑκάτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ῥᾷον ἐώθεν ὑπορρεῖν καὶ παρασύρεσθαι, μὴ ἀνεχόμενον καταμόνας ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐγκατοικίζεσθαι. *Oportet virtutes fidei annexas esse, & utrinque virum bonum perfici & consummari. Recta enim fides mores producit honestos: & operum puritas fidem esse divinam planè probat; istorum verò alterum sine altero facilè diffluere solet & aliorsum rapi: neque enim possunt sejuncta & divulsa in animis hominum sedem figere.* His gemina habet Ignatius in epist. ad Ephesios, pag. 228. Ἀρχὴ ζωῆς, πίστις· τέλος δὲ, ἀγάπη. Τὰ δὲ δύο ἐν ἑνότητι γενόμενα, θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ. *Initium vitæ, fides est: perfectio verò, charitas: hæc autem duo quoties in unum coëunt, Dei hominem perficiunt.* Paulò post: Οἱ ἐπαγγελλόμενοι χριστοῦ εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν λέγουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν πράττουσι, γνωρίζονται· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Δμενόν ἐστι σιωπᾷν καὶ εἶναι, ἢ λαλεῖν, καὶ μὴ εἶναι. *Qui profitentur, se Christi esse, non modò ex iis, quæ dicunt, sed etiam ex iis, quæ faciunt, cognoscuntur. Ex fructu enim arbor dignoscitur. Præstat enim esse & facere, quàm loqui, & non esse.* Damascenus Orthod. fid. lib. 4. cap. 10. pag. Πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστιν. ὁμοίως καὶ ἔργα χωρὶς πίστεως· ἡ γὰρ ἀληθὴς πί-

σις διὰ τῶν ἔργων δοκιμάζεται. *Fides ſine operibus mortua eſt, ſimiliter opera ſine fide: vera enim fides per opera probatur.* Iſidorus Peluſiota epiſt. 158. lib. 3. pag. 320. Τὴν πίστιν τὰ ἔργα μᾶλλον, ἢ οἱ λόγοι κηρύττειν ὀφείλουσι. *Fidem opera magis, quàm verba prædicare debent.* Gregorius Nazianzenus Orat. 28. pag. 476. Ὡς οὐκ ἔστι χωρὶς πίστεως πρᾶξις ἔγκριτος, ἐπειδὰν καὶ δόξης ἕνεκεν οἱ πολλοὶ τὸ καλὸν ἐπιτηδεύουσι, καὶ φύσεως οὕτως ἔχοντες· οὕτω καὶ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά. *Ut actio, ſi à fide deſeratur, laudem non meretur, quandoquidem multi gloriæ ſtudio, atque etiam à natura ita informati, virtutem colunt: Ita fides ſine operibus mortua eſt.* Atque hæc Orthodoxorum conſtans eſt ſententia etiam hodierno die; nimirum fidem bonis deſtitutam operibus, non eſſe veram, ſed hypocriticam fidem: non eſſe fidem, ſed larvam fidei. Atrox ergo calumnia eſt, quando Gretſerus & Bailius, Jeſuitæ, aliique Pontificii affirmare non erubeſcunt, Reformatos cum Eunomio docere, ſolam fidem, operibus bonis deſtitutam, ad conſequendam ſalutem ſufficere. Quæ fuerit impia Eunomii aſſertio videamus. Ille, teſte Gregorio Nyſſeno, lib. 1. contra Eunomium, pag. 306. affirmavit, μόνην ἀρκεῖν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν αἱρετικὴν πίστιν πρὸς τελειότητα, *ad perfectionem ſufficere homini ſolam hæreticam fidem.* Idem juſſit, ut ibidem refert Nyſſenus, μὴ παρέχειν πράγματα τῇ φύσει πρὸς τὸ δοκεῖν διὰ τῶν τοῦ σώματος ὀρέξεων προϊοῦσῃ, μηδὲ ἀντιβαίνειν ταῖς ἡδοναῖς, μηδὲ ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὴν τοιαύτην τοῦ βίου σπουδήν. οὐδὲ γὰρ εἶναί τινα βλάβην ψυχῆς διὰ τῶν τοιούτων συνισαμένην, *nihil moleſtiæ inferendum naturæ, quando immoderatis corporis cupiditatibus ad id, quod collibitum eſt, fertur: neque reſiſtendum voluptatibus: neque etiam aſperiorem vitæ diſciplinam ſequendam: neque enim quidpiam detrimenti animam capere ex voluptatum uſu.* De eodem Eunomio Auguſtinus de hæreſibus, cap. 54. *Diſſimilem per omnia Patri aſſerens Filium, & Filio Spiritum ſanctum. Fertur etiam uſque adeò fuiſſe bonis moribus inimicus, ut aſſeveraret, quòd nihil cuiquam obeſſet quorumlibet perpetratio, ac perſeverantia peccatorum, ſi hujus, quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet.* Judicet nunc æquus Lector, an Eunomium ſequantur Reformati. Ille Arrianus, Aëtii diſcipulus, adverſus Filium & Spiritum ſanctum non fidem, ſed perfidiam invexit: Reformati veram & vivam fidem, per charitatem operantem, commendant, non qualem fingebat Eunomius cum peccatorum perſeverantia conſiſtentem. Hæc tamen apud Jeſuitas, æquos ſcilicet rerum æſtimatores, non differunt.

CA-

CAPUT III.

De unitate essentiæ divinæ, & Trinitate personarum.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν.

NIcæni Antistites profitentur, se credere in unum Deum, posteà verò très commemorant personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Cùm unum nominant Deum, asserunt unitatem essentiæ, cùm tres commemorant, Trinitatem personarum. Et de unitate essentiæ, & de Trinitate personarum aliquid afferamus.

I. *De unitate essentiæ divinæ.* Deum unum esse intelligimus, cùm quid sit, quantum humana fert imbecillitas, intelligimus: idque vel ipsius nominis docet notio, Deum id esse dictitans, quo nihil majus, nihil melius, omnibusque modis perfectius esse potest. Vocatur θεὸς μέγας, *Deus magnus*, ad Titum 2: 13. Ubi Theophylactus, pag. 453. Τὸ μέγας ἐπὶ θεοῦ λέγεται, οὐ κατὰ σύγκρισιν τὴν πρὸς ἄλλον μικρόν, ἀλλ' ἀπολελυμένως, ὡς φύσει αὐτομεγάλου ὄντος. Magnus *de Deo dicitur, non per comparationem ad alium quendam parvum, sed absolutè, ut qui naturâ ipse per sese magnus sit.* Pseudo-Dionysius Areopagita cap. 9. de divinis nominibus, num. 2. pag. 637. Μέγας ὁ θεὸς ὀνομάζεται, κατὰ τὸ ἰδίως αὐτοῦ μέγα, τὸ πᾶσι τοῖς μεγάλοις ἑαυτοῦ μεταδιδοῦν, καὶ παντὸς μεγέθους ἔξωθεν ὑπερχεόμενον, καὶ ὑπερεκτεινόμενον, πάντα τύπον περιέχον, πάντα ἀριθμὸν ὑπερβάλλον, πᾶσαν ἀπειρίαν διαβαῖνον, καὶ κατὰ τὸ ὑπερπλῆρες αὐτοῦ καὶ μεγαλουργὸν, καὶ τὰς πηγαίας αὐτοῦ δωρεὰς, καθ' ὅσον αὗται πρὸς πάντων μετεχόμεναι κατὰ ἀπειρόδωρον χύσιν ἀμείωτοί παντελῶς εἰσι, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσιν ὑπερπληρότητα, καὶ οὐκ ἐλαττοῦνται ταῖς μετοχαῖς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὑπερβλύζουσι. Magnus *appellatur* Deus, *secundum sibi propriam magnitudinem, quæ magnis omnibus de se communicat, & omni magnitudini extrinsecus superfunditur & supra-expanditur, locum omnem complectens, omnem numerum excedens, omnem transiliens infinitatem, & juxta supra quam plenitudinem suam ac magnificentiam, fontalesque suas distributiones, & eandem habeat supraquam plenitudinem, neque participationibus tenus hæ omnibus infinita profusione communicatæ, manent prorsus integræ, quin imò magis redundant.* Ad quæ Pachymeres, pag. 649. ἐστὶν, οὐ πρὸς ἀντιπαράθεσιν ἑτέρου, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀπαράθετον καὶ ἀκατάληπτον τῆς θείας μεγαλειότητος. Λέγεται μέγας, ὡς μεταδιδοὺς ἑαυ-

ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μεγάλοις, κλ. Deus *dicitur* magnus, *non per alterius collationem, ſed propter incomparabilem & verè incomprehenſibilem divinæ magnitudinis excellentiam. Dicitur ergo* magnus, *tanquam qui ſe omnibus rebus magis communicat*, &c. Cyprianus de Idol. vanitate, pag. 289. *Unus omnium dominus eſt Deus: neque enim illa ſublimitas poteſt habere conſortem, cùm ſola omnem teneat poteſtatem.* Tertullianus adv. Marcionem lib. 1. cap. 3. pag. 620. *Deus cùm ſummum magnum ſit, rectè veritas noſtra pronunciavit; Deus ſi non unus eſt, non eſt. Non quaſi dubitemus eſſe Deum, dicendo, ſi non unus, non eſt Deus; ſed quia, quem conſidimus eſſe, idem definiamus eſſe. Quòd ſi non eſt Deus, non eſt, ſummum ſcilicet magnum. Porrò ſummum magnum unicum ſit neceſſe eſt. Ergo & Deus unicus erit non aliter Deus, niſi ſummum magnum: nec aliter ſummum magnum, niſi parem non habens: nec aliter parem non habens, niſi unicus fuerit.* Deo nihil eſt melius. Baſilius Cæſar. in Pſal. 33. adv. 11. pag. 223. Τὸ παντέλειον ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ θεός· οὗ ἐκ ἐλαττωθήσονται πάντες οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. *Deus bonum illud eſt omnibus numeris ſuis perfectum, quo non minuentur, quotquot ipſum exquirunt.* Idem, in Pſal. 1. pag. 128. Ἔστι τὸ κυρίως καὶ πρώτως μακαριστὸν, τὸ ἀληθινῶς ἀγαθόν· τοῦτο δέ ἐστιν ὁ θεός. *Eſt quiddam, quod peculiari & primaria acceptione beatitudinis prædicari debet beatum, quod verè bonum eſt: illud autem eſt Deus.* Greg. Nyſſenus de opificio hominis, cap. 12. pag. 71. Τὸ κάλλιστον πάντων καὶ ἐξοχώτατον ἀγαθὸν αὐτὸ τὸ θεῖόν ἐστι, πρὸς ὃ πάντα νένευκεν, ὅσα τοῦ καλοῦ τὴν ἔφεσιν ἔχει. *Omnium pulcherrimum & præſtantiſſimum bonum ipſe Deus eſt, ad quem omnia reſpiciunt, quæcunque boni deſiderio tanguntur.* Idem, cap. 11. de Virginitate, t. 3. pag. 147. Ὅτι τὸ κυρίως καὶ πρώτως καὶ μόνως καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ καθαρὸν ὁ τῶν ὅλων ἐστὶ θεός, οὐδεὶς οὕτω τυφλὸς τὴν διάνοιαν, ὡς μὴ ἀΦ' ἑαυτοῦ συνιδεῖν. *Propriè, primum, & ſolùm pulchrum, bonum & purum totius univerſi Deum eſſe, nullus adeò cæcus mente eſt, ut non per ſe cognoſcat.* Eſt αὐτοάγαθος, ut vocatur à Greg. Nazianzeno: eſt αὐτοαγαθότης, *ipſamet bonitas*, ut loquitur Dionyſius Areopagita cap. 2. de div. nominibus, ſtatim poſt initium, pag. 414. Deo nihil etiam eſt perfectius. Dionyſius Areopagita cap. 13. de div. nominib. pag. 691, 692. Τέλειόν ἐστι τὸ πάντων αἴτιον, ὃ μόνον ὡς αὐτοτελὲς, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑΦ' ἑαυτοῦ μονοειδῶς ἀΦοριζόμενον, καὶ ὅλον δι' ὅλου τελειότατον, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπερτελὲς κατὰ τὸ πάντων ὑπερέχον· καὶ πᾶσαν μὲν ἀπειρίαν ὁρίζον, παντὸς δὲ πέρατος ὑπερηπλωμένον, ἀλλὰ καὶ διατεῖνον, ἐπὶ πάντα ἅμα καὶ ὑπὲρ πάντα ἀνελλείπτοις ἐπιδόσεσι καὶ ἀτελευτήτοις ἐνεργείαις. Τέλειον δ' οὖν λέγεται, καὶ ὡς ἀναυξὲς, καὶ ἀεὶ τέλειον, καὶ ὡς ἀμείωτον, ὡς πάντα ἐν ἑαυτῷ προέχον,

χον, καὶ ὑπερβλύζον κατὰ μίαν τὴν ἄπαυστον καὶ ταύτην καὶ ὑπερπλήρη, καὶ ἀνελάττωτον χορηγίαν, καθ' ἣν τὰ τέλεια πάντα τελεσιουργεῖ, καὶ τῆς οἰκείας ἀποπλήρου τελειότητος. *Perfectus est rerum omnium auctor, non tantùm ut se ipso perfectus, & per se à seipso uniformiter definitur, totusque secundum se totum perfectissimus: verùm etiam ut supraquam perfectus, secundum omnium excessum: atque omnem quidem infinitatem definiens, supra omnem verò finem expansus, & à nullo comprehensus aut contentus, sed ad omnia pariter & supra omnia indeficientibus largitionibus & nunquam finiendis operationibus pertingens. Perfectus item dicitur, ut qui nullum accipiat incrementum, semperque perfectus sit, nec minui possit, omnia in seipso antè habens, & exuberans una & eadem incessabili & supraquam plena & quæ minui nequit largitione, per quam omnia perfecta perficit, & unum quodque congrua sibi perfectione adimplet.* Hinc vocatur παντελής. Cyrillus Alexand. lib. 1. adv. Julianum, pag. 24. Παντοδυνὰς τὸ θεῖον, αὐτοτελὲς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν, καὶ οὐδὲν ἀνήνυτον αὐτῷ. *Omnipotens est Deus ac per se perfectus & sufficiens ad quidlibet, nihilque supra vires ejus.* Quid verò ex his jam sequitur? Id omnino, unicum esse id, quod optimum, maximum, atque perfectissimum est: summus enim non est, qui superiorem vel parem habet: ac duo si pares statuantur, summus neuter erit. Eadem ratio valet de optimo & perfectissimo. Possent & alia pro unitate essentiæ divinæ afferri argumenta, petita ab omnipotentia; ab infinito intellectu, infinita voluntate, infinita bonitate, infinita perfectione, &c. sed cùm hæc omnia & solidè & fusè à Theologis tractentur, non est cur hîc diutius pedem figamus. Veterum interim hæreticorum circa unitatem essentiæ divinæ deliria vix intacta videntur relinquenda; cujusmodi sunt,

a. *duos naturâ, officioque dispares esse deos.* Hæc fuit insania Cerdonis & asseclarum ejus: de quibus Epiphanius, hæresi 41. pag. 134. *Dixerunt esse θεοὺς δύο, ἕνα ἀγαθὸν, καὶ ἕνα ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν, ὃν καὶ Πατέρα τοῦ Ἰησοῦ ἐκάλεσαν· καὶ ἕνα τὸν δημιουργὸν πονηρὸν ὄντα καὶ γνωστὸν, λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ἐν τοῖς προφήταις φανέντα, καὶ ὁρατὸν πολλάκις γενόμενον, duos deos, unum bonum, & unum ignotum omnibus, quem etiam Patrem Jesu appellarunt: & unum creatorem, qui malus sit & notus, quique in lege sit locutus, & in Prophetis apparuerit, & sæpe visus fuerit.* Theodoretus hæret. fab. lib. 1. cap. 24. pag. 209. Ὁ Κέρδων ἔφη, ἄλλον εἶναι θεὸν τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἄγνωστον τοῖς προφήταις, ἄλλον δὲ τοῦ παντὸς ποιητὴν, καὶ τοῦ νόμου τοῦ Μωσαϊκοῦ νομοθέτην· καὶ τὸν μὲν εἶναι δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθόν. *Cerdo dixit alium Deum esse Patrem Domini nostri Jesu Christi, ignotum Prophetis:*

Ex his verò *universi conditorem, legisque Mosaicæ legislatorem: atque*
42 tis: alium verò justum esse, illum verò bonum. Eadem impietate infectus erat
hunc quidem *justum*, de quo Theodoretus ibidem, pag. 210. Τέτταρας ἀγεννήτους οὐ-
Marcion, διέλαβε καὶ τὸν μὲν ἐκάλεσε ἀγαθόν τε καὶ ἄγνωστον, ὃν καὶ πατέρα
σίας τῷ λόγῳ προσηγόρευσε τοῦ Κυρίου· τὸν δὲ δημιουργόν τε καὶ δίκαιον, ὃν καὶ πονηρὸν ὠνόμαζε.
Quatuor ingenitas *substantias oratione sua finxit. Et alium quidem bonum &*
incognitum vocavit, *quem & Domini Patrem appellavit: alium verò Crea-*
torem & justum, *quem etiam malum nominavit.* De eodem Chrysosto-
mus Homil. 6. in epist. ad Philippenses, pag. 32. eum docuisse, ὅτι ὁ θεὸς
ὁ πάντα συσχησάμενος, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸς, οὐδὲ Πατὴρ τοῦ ἀγαθοῦ χριστοῦ, ἀλλ' ἕτερός
τις δίκαιος, *Deum, rerum omnium conditorem, non esse bonum, neque Pa-*
trem boni Christi, sed alium quendam justum. Eundem detestandum re-
perias furorem apud Manichæos. Theodoretus, hæret. fabul. lib. 1. cap.
26. pag. 212. de Manete: Οὗτος δύο ἀγεννήτους καὶ ἀϊδίους ἔφησεν εἶναι, θεὸν
καὶ ὕλην, καὶ προσηγόρευσε τὸν μὲν θεὸν φῶς, τὴν δὲ ὕλην σκότος. καὶ τὸ μὲν φῶς
ἀγαθόν, τὸ δὲ σκότος κακόν. *Hic duos ingenitos & æternos esse dixit, Deum*
& Materiam, appellavitque Deum Lucem, Materiam tenebras, & Lucem
bonum, *Tenebras* malum. Socrates, hist. Eccles. lib. 1. cap. 22. pag.
185. a. de Manichæis: Docuerunt δύο εἶναι Φύσεις, ἀγαθήν τε καὶ πονηράν,
duas esse naturas, bonam & malam: πονηρὰν vocarunt νεῖκος, *contentionem:*
ἀγαθὴν verò, Φιλίαν, *amicitiam.* Consulatur etiam Epiphanius, hæresi 66.
pag. 276. & Leontius de Sectis, Act. 3. pag. 432. De hisce hominum
portentis omnibus Athanasius Orat. contra Gentes, t. 1. pag. 6. Οἱ ἀπὸ
τῶν αἱρέσεων ἀναπλάττονται ἑαυτοῖς παρὰ τὸν ἀληθινὸν τοῦ χριστοῦ πατέρα, θεὸν ἕτε-
ρον, καὶ τοῦτον ἀγέννητον, τοῦ κακοῦ ποιητὴν, καὶ τῆς κακίας δημιουργὸν, τὸν
καὶ τῆς κτίσεως δημιουργόν. *Hæretici fingunt sibi, præter verum Christi Pa-*
trem, Deum alium, eumque Ingenitum, mali auctorem, & malitiæ causſam,
qui etiam rerum creatarum sit conditor. Eodem referri debet, quod de
Nicolaitis, Marcionitis & Valentinianis refert Oecumenius in epist. Ju-
dæ, pag. 226. eos nimirum *alium veteris*, *alium* verò *novi Testamenti*
Deum statuisse: & veteris quidem, τιμωρητικὸν καὶ ὠμὸν, *ultionis cupidum*
& crudelem; novi verò, προσηνῆ καὶ Φιλάνθρωπον ἔφορον, *clementem & be-*
nignum inspectorem appellasse. His autem deliriis opponimus confessionem
Theodoreti, petitam ex Epitome Div. Decret. cap. 1. pag. 250. Μίαν
εἶναι τῶν ὅλων ἀρχὴν καὶ ἡ παλαιὰ καὶ ἡ καινὴ διδάσκει γραφὴ, τὸν θεὸν τῶν ὅλων,
Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἀγέννητον, ἀνώλεθρον, ἀίδιον, ἄπειρον,
ἀπερίγραφον, ἀπεριόριστον, ἀσύνθετον, ἀσώματον, ἀόρατον, ἁπλοῦν, ἀγαθὸν, δί-

καιον,

Digitized by Google

καιον, φῶς νοερὸν, δύναμιν οὐδενὶ μέτρῳ γνωριζομένην, μόνῳ δὲ τῷ θείῳ βουλήματι μετρουμένην. *Unum esse universorum principium, & vetus & nova docet Scriptura, Deum universorum & Patrem Domini nostri Jesu Christi, ingenitum, ab interitu liberum, æternum, infinitum, incircumscriptum, interminatum, incompositum, incorporeum, invisibilem, simplicem, bonum, justum, lucem intelligentem, potentiam quæ nullâ mensurâ cognoscitur, sed sola divina voluntate mensuratur.* Postea adducit loca ex Jesaiæ 43: 10, 11. & ex cap. 44: 6. ex quibus sequentia infert: Σαφῶς δὲ διὰ τούτων τοὺς Βαλεντίνου, καὶ Μάρκου, καὶ Βασιλίδου, καὶ Μαρκίωνος διελέγχει λήρους. οὔτε γὰρ πρὸ αὐτοῦ, ἔτε μετ' αὐτόν, ἕτερον εἶναι λέγει θεὸν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ πρῶτον, καὶ ἔσχατον. *Per hæc autem Valentini, & Marci, & Basilidis, & Marcionis nugas apertè refellit. Nec enim ante illum, nec post illum, alium dicit esse Deum, sed eundem esse & primum & ultimum.* Reliqua apud Autorem legi possunt.

b. *Multiplices Valentinianorum, triginta* αἰῶνας *statuentium, fœtus:* de quibus Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 7. pag. 198. & lib. 5. cap. 6. pag. 264. Epiphanius, hæresi 31. pag. 75. Tertullianus lib. adv. Valentinianos. Augustinus de hæresibus cap. 11. Irenæus, lib. 1. adv. hæres. cap. 1. Imprimis consuli potest; siquidem operæ existimetur pretium, nebulonum istorum nugas cognoscere; Lambertus Danæus ad dictum cap. 11. Augustini de hæresibus: & Jacobus Pamelius Brugensis in Notis ad librum Tertulliani adversus Valentinianos.

c. *Innumera apud Ethnicos Numinum examina.* Nam si in plures spargi dividique potest Deitas, interitus expers haud erit; ac proinde tam fortiter asserenda est ejus ἀκοινωνησία, quàm firmiter credenda ἀφθαρσία. Potest verò, ut etiam hoc addamus, divinæ essentiæ unitas quoque luce demonstrari mentibus nullo ἀθεότητος veneno delibutis. Imò his rationibus etiam Ethnici ad incitas redacti, non contemnendas quoque de uno Deo ediderunt confessiones: sic enim gentilis ille Maximus apud Augustinum, epist. 43. *Equidem unum esse Deum summum atque magnificum, quis tam demens, tam mente captus neget esse certissimum? Hujus nos virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen ejus cuncti, proprium videlicet, ignoramus. Nam* Deus *omnibus religionibus commune nomen est: ita fit, ut dum ejus quasi quædam membra, carptim variis supplicationibus prosequimur, totum colere profectò videamur.* At rum hunc essentiâ unum, personis trinum esse, arcanum est humanæ oni δὲ ἐφικτὸν, sed impervium prorsus & ἀνεξερεύνητον, humili fide & tate adorandum, non curiosa temeritate scrutandum.

II. *De Trinitate personarum.* Quemadmodum Gregorius Nazianzenus, Orat. 32. pag. 528. SS. Trinitatem vocat τὸ ἑαυτᾶ μελέτημα καὶ κάλλώπισμα, *suam meditationem, suum decus & ornamentum:* ita nos illud ipsum de eadem meritò usurpamus, rogantes, ut sese nobis ad salutem nostram gratiosè revelet, ne quidquam ejus majestate indignum afferamus. Occurrit autem nobis,

1. *Explicatio vocis.* Τριάδος voce non numerum ternarium numerantem absolutè & simpliciter, sed metonymicè rem numeratam, id est, tres personas, ternario numero discretas, in unitate essentiæ Dei, intelligimus. Hoc clarè satis docet Gregorius Nazianzenus Orat. 13. pag. 211. Τριὰς, inquit, οὐ πραγμάτων ἀνίσων ἀπαρίθμησις, ἀλλ' ἴσων καὶ ὁμοτίμων σύλληψις, ἐνούσης τῆς προσηγορίας τὰ ἡνωμένα ἐκ Φύσεως, καὶ οὐκ ἐώσης σκεδασθῆναι ἀριθμῷ λυομένῳ τὰ μὴ λυόμενα. *Trinitas non est diversarum rerum enumeratio, sed æqualium & honore parium complexio, nomine scilicet ea, quæ naturâ unita sunt, connectente, nec, quæ solutionem nesciunt, per dilabentem numerum dissipari sinente.* Hìc autem duo maximè paucis enodanda.

a. *An voce* Τριὰς, Trinitas, *in Scriptura sacra nullibi expressa, uti liceat?* Responsio. Vocabulum hoc in sacro quidem Canone scriptum non exstat; sed quia exstat numero numerante 1. Joh. 5: 7. numero numerato passim, ut in baptismo Christi & nostro: hinc prudenter olim repertum, utiliterque hactenus usurpatum fuit, prout vocabula οὐσίας, ὑποστάσεως, ὁμοουσίου, & alia. De his talibus rectè Athanasius, lib. de decretis Synodi Nicænæ, t. 1. pag. 270. Εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διάνοιαν ἔχουσιν. *Etiamsi non sic in scripturis sint voces, sensum tamen ex scripturis habent.* Cyrillus Alexandrinus Dial. 1. de SS. Trinitate, pag. 391. Λυπεῖ ἡ λέξις τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἔνθαπερ ἂν ὅλως ἀληθὲς ὑπάρχῃ τὸ ἐξ αὐτῆς δηλούμενον. *De voce prorsus non laboramus, ubi illud verum est, quod eâ significatur.* Et Augustinus epist. 74. *Quid est contentiosius, quàm ubi de re constat, certare de nomine?*

b. *Quando hoc vocabulum usurpari cœperit?* Τριάδος, *Trinitatis* appellatio vetustior videri potest, quàm creditum viris eruditis, qui scribunt, eam primùm receptam in prima Synodo Alexandrina, id est, anno Christi 317. Moveor Justini Martyris, scriptoris longè antiquioris auctoritate, in lib. de expositione Fidei, pag. 379. ubi sequentia leguntur: Μονὰς γὰρ ἐν τριάδι νοεῖται, καὶ τριὰς ἐν μονάδι γνωρίζεται. *Unitas namque in Trinitate intelligitur, & Trinitas in unitate agnoscitur.* Verùm de libri hujus Auctore multi dubitant: apertius enim, inquiunt, & distinctius

ctius differit de Trinitate, quàm scriptoribus ejus ævi solemne est. Atqui Lucianus Samosatensis, qui eodem ferè cum Justino tempore vixit, nempe anno Christi 110. non minùs apertè & distinctè significat, quæ tunc fides esset, cùm in Dialogo, qui inscribitur Φιλοπατρὶς, ἢ διδασκόμενος, more suo Religionem eorum irridet his omnino verbis: Κρι. Καίτινα ἐπομόσωμαί γε; Τρι. Ὑψιμέδοντα θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, οὐρανίωνα, Υἱὸν Πατρὸς, Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς πορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία. *Quemnam igitur tibi jurabo? Deum altè regnantem, magnum, immortalem, cœlestem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria.* Frustra verò sunt, qui vocem hanc ex Clemente Alexandrino afferunt, apud quem stromat. lib. 4. pag. 495. sequentia leguntur: Πρόκειται δὲ τοῖς εἰς τελείωσιν σπεύδουσιν ἡ γνῶσις ἡ λογική. ἧς θεμέλιος ἡ ἁγία τριὰς πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. Interpres: *Iis autem, qui tendunt ad perfectionem, est proposita cognitio rationalis, cujus fundamentum est sancta Trinitas: fides, spes, charitas.* Atqui τριὰς hîc non est *Trinitas*, sed *triga*, ut τετρὰς *quadriga*. Hinc facilè patet, quid de Liturgia, S. Jacobo adscripta, sit sentiendum, in qua vox τριὰς, Apostolorum tempore nondum usitata, sæpius legitur. Pag. 4. Τριὰς εἷς θεὸς. *Trinitas est unus Deus.* Pag. 6. Ἁγία τριάς. *Sancta Trinitas.* Pag. 33. Προσκυνητὴ τριάς. *Adoranda Trinitas.* Pag. 39. Ὁμοούσιος τριάς. *Coëssentialis Trinitas.* Id autem certum est, hanc vocem post dictam Synodum Alexandrinam frequentissimè fuisse usurpatam. S. Macarius, qui vixit circa annum Domini 350. Homiliam 12. his verbis claudit: Δέξα καὶ προσκύνησις τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. *Gloria, & adoratio Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, in secula, amen.* Clarissimè Homil. 17. Δέξα τῇ ὁμοουσίῳ τριάδι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. *Gloria consubstantiali Trinitati in secula, amen.* Aliorum testimonia in sequentibus erunt obvia.

2. *Trinitatis demonstratio.* Deum, qui est essentiâ unus, personis esse trinum, demonstratur,

1. *ex veteri Testamento.* Veteres præcipuè asserunt creationem hominis ad imaginem Dei: & illud Dei ad Deum alloquium Genes. 1: 26. *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Greg. Nyssenus, Orat. 1. in ista Dei verba, t. 1. pag. 140. Ἔμαθες ὅτι δύο πρόσωπα, ὁ λέγων, καὶ πρὸς ὃν ὁ λόγος. *Didicisti duas esse personas; unam, quæ loquitur; alteram, ad quam dirigitur Oratio. Cur autem non dixit,* ποίησον, ἀλλὰ ποιήσωμεν ἄνθρωπον; *facito, sed faciamus hominem? Ut dominatum intelligeres: ne, Patre cognito, Filium ignorares; ut scires Patrem fecisse per Filium, & Filium paterna*

na creasse voluntate, laudaresque Patrem in Filio, & Filium in Spiritu Sancto. Commune eorum opus exstitisti, ut ipsos pariter adores & colas: ne venerationem cultumque dividas, sed unam deitatem esse agnoscas. Ἵνα νοήσῃς τὴν δεσποτείαν, ἵνα μὴ τὸν πατέρα ἐπιγινώσκων, τὸν υἱὸν ἀγνοῇς ἵνα εἰδῇς ὅτι πατὴρ ἐποίησε διὰ υἱοῦ, καὶ υἱὸς ἐκτίσατο πατρῴῳ θελήματι· καὶ δοξάσῃς Πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Οὕτω κοινὸν γέγονας ἔργον, ἵνα κοινὸς προσκυνητὴς ἀμφοτέρων ᾖς, μὴ σχίζων τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ ἑνῶν τὴν θεότητα. Et pag. 141. scriptum est, ποιήσωμεν, ἵνα γνωρίσῃς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον, Faciamus, *ut cognoscas Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἑνώσῃς τὴν θεότητα· ἑνώσῃς δὲ οὐ τὰς ὑποστάσεις, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. ἵνα μίαν δόξαν ἔχῃς μὴ μεριζόμενος περὶ τὴν προσκύνησιν, μὴ μεριζόμενος εἰς πολυθεΐαν. *Fecit Deus hominem, ut unam agnoscas deitatem: unam, inquam, non unitate personarum, sed potestate: ut, cùm ad adorandum accedis, Deum unum laudes & colas, nec in deorum multitudinem distraharis.* Οὐκ εἶπεν, ἐποίησαν οἱ θεοὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐποίησεν ὁ θεός. Ἰδία ὑπόστασις πατρὸς, καὶ ἰδία υἱοῦ, καὶ ἰδία πνεύματος ἁγίου. *Non dixit*, Fecerunt dii hominem, *sed*, Fecit Deus hominem. *Propria est hypostasis* seu *persona Patris, & propria Filii, & propria Spiritus Sancti.* Videamus etiam, quid de eadem hominis creatione sentiat Basilius Cæsariensis, & quomodo inde SS. Trinitatem demonstret. Is Homil. 9. in Hexaëm. pag. 122. ita scribit: Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. Ἀκούεις, ὦ χριτομάχε, ὅτι τῷ κοινῷ τῆς δημιουργίας προσδιαλέγεται, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὃς φέρει τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ; Faciamus hominem. *Audis, ô tu qui adversus Christum pugnas, Deum ipsum suum in creandis rebus socium* (pro κοινῷ enim scribendum κοινωνῷ) *alloqui, per quem & secula fecit, qui portat, omnia verbo potentiæ suæ?* Et pag. 123. Τίνι λέγει, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν; τίνι ἄλλῳ γε, ἢ τῷ ἀπαυγάσματι τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου; *Cui dicit*, Ad imaginem nostram? *Cui, quæso, alii, quàm ei, qui splendor est gloriæ, & character substantiæ ipsius, qui est imago Dei invisibilis?* Τῇ ἰδίᾳ τοίνυν εἰκόνι τῇ ζώσῃ τε, καὶ εἰτούσῃ, Ἐγώ τε καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν. Καὶ, ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ταύτῃ λέγει, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. *Suæ igitur imagini propriæ, quæ vidit, & quæ dixit*, Ego & pater unum sumus. *Item*, Qui me vidit, vidit Patrem: *huic dicit*, Faciamus hominem ad imaginem nostram. Ὅπου μία εἰκὼν, ποῦ τὸ ἀνόμοιον; *Ubi una est imago, quem ibi locum obtinet dissimilitudo.* Ibidem Basilius solidè refellit Judæorum commentum, dicentium, Deum allocutum esse Angelos, quando dixit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram.*

noſtram. Neque enim ſervis ea conſultationis dignitas competit, neque Angeli crearunt hominem; neque unquam creatura ſuo adæquari poteſt Creatori; homines autem perfecti æquales erunt Angelis: neque unaeſt imago Dei & Angelorum. Vide plura apud eundem. Theodoretus, quæſt. 19. in Geneſin, pag. 15. poſtquam refutavit hæreticos, qui dixerunt, Deum hæc eſſe locutum ad Angelos & improbos dæmones: poſtquam etiam Judæorum perſtrinxit inſaniam, dicentium, Deum ſibi ipſi dixiſſe, *Faciamus hominem*, ſubjicit, in ſcriptura multa ἐνικῶς dici: ὀλιγάκις δὲ πληθυντικῶς τὴν διάλεξιν σχηματίζειν, τῶν τῆς τριάδος προσώπων ἐμφαίνοντα τὸν ἀριθμὸν, *rarò autem* eandem *pluraliter formare ſermonem, quando nimirum innuat numerum perſonarum Trinitatis.* Tandem, locum, quem præ manibus habemus, explicans, ſcribit: Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ τὸ λογικὸν διέπλαττε ζῶον, ὃ μετὰ πολλὰς ἀνακαινίζειν ἤμελλε γενεὰς· ταῖς τῆς ἁγίας τριάδος ἐπιπλήσεσι τελεσιουργῶν τὸ πανάγιον βάπτισμα· μέλλων δημιουργεῖν τὴν ἐκεῖνα παραληψομένην τὰ μυςήρια Φύσιν, αἰνιγματωδῶς καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὸν τῶν προσώπων παρεδήλωσεν ἀριθμόν. Τῷ Φάναι μὲν γὰρ, Εἶπεν ὁ θεὸς, τὸ κοινὸν τῆς θείας ἐδήλωσε Φύσεως. ἐπαγαγὼν δὲ τὸ, ποιήσωμεν, ἐνέφηνε τῶν προσώπων τὸν ἀριθμόν. *Et hoc igitur loco, quoniam Deus animal rationale formabat, quod poſtea renovaturus erat poſt multas generationes, ſanctæ Trinitatis invocationibus ſacroſanctum Baptiſma inſtituens, cùm fabricaturus eſſet naturam, quæ hæc myſteria reciperet, obſcurè identitatem ſubſtantiæ & perſonarum numerum aperuit. Dum enim inquit,* Dixit Deus, *communionem divinæ naturæ indicavit: ſubjungens autem illud,* Faciamus, *numerum perſonarum expreſſit.* Οὕτω πάλιν ἐνικῶς μὲν εἰπὼν τὴν εἰκόνα, τὸ ταυτὸν τῆς Φύσεως ἔδειξεν. οὐ γὰρ εἶπε, κατ' εἰκόνας, ἀλλὰ, κατ' εἰκόνα· ἡμετέραν δὲ εἰρηκὼς, τὸν τῶν ὑποςάσεων δεδήλωκεν ἀριθμόν. *Similiter cùm iterum ſingulari numero dixit* imaginem, *eandem eſſe naturam oſtendit. Non enim dixit,* ad imagines; *ſed,* ad imaginem. *Cùm autem dixit,* noſtram, *numerum perſonarum declaravit.* Reliqua apud ipſum vide auctorem. Epiphanius hæreſi 46. quæ eſt Tatianorum, pag. 171. Ὁ Ἀδὰμ μὴ ἀπὸ γάμου ὁρμώμενος, ἀλλ' ἐν χειρὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίᾳ Πνεύματος πεπλασμένος, κατὰ τὸ γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. *Adam nullis propagatus nuptiis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti manu eſt effictus; prout Scriptura teſtatur, cùm ita Pater Filium loquens introducitur,* Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et in Ancorato, pag. 441. Φησὶν ὁ Πατὴρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ ὅπου εἶπε, Ποιήσω ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἐμήν.

ἐμήν. Ἐλέγχθητι ὁ ἔχων πετωρωμένην τὴν καρδίαν, καὶ μάθε τὸν υἱὸν ὄντα ἀεὶ πρὸς τὸν πατέρα· τὸ γὰρ εἰπεῖν, ποιήσωμεν, ἐχ ἑνός ἐστι σημαντικόν, ἀλλὰ Πατρὸς λέγοντος πρὸς τὸν Υἱόν. Ἐλέγχθητι ὁ λέγων τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον τῷ πατρί. ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, οὐ διέκρινεν ὁμοίωσιν Υἱοῦ ἀπὸ πατρὸς, οὐδὲ διεῖλέ τι τῆς ταυτότητος τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν οὐ γὰρ εἶπε, κατ' εἰκόνα ἐμὴν, ἢ κατ' εἰκόνα σὴν, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μίαν οὐσίαν ἐδήλωσε καὶ θεότητα. Φησὶ γὰρ, Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὡς εἶναι μὲν μίαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν θεότητα· ἄνθρωπον δὲ γεγονέναι κατ' εἰκόνα τῆς μιᾶς θεότητος Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. *Dicit Pater*, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem noſtram. *Non dixit*, Faciam hominem ad imaginem meam. *Vel hæc ipſa verba te redarguere debent, quicunque obduratum cor habes: & diſce hinc, Filium apud Patrem ſemper exſtitiſſe. Dum enim dicit*, Faciamus, *non unum ſolum ſignificat, ſed Patrem cum Filio colloquentem exprimit. Eadem vox te quoque convincat, quiſquis Patri diſſimilem eſſe Filium exiſtimas. Hoc enim ipſo, quòd dicit*, ad imaginem noſtram, *non diſcrevit, nec ulla re diviſit identitatem Patris cum Filio. Non enim dixit*, ad imaginem meam, *vel*, ad imaginem tuam, *ſed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam monſtravit eſſentiam & deitatem. Dicit enim*, ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: *ut eadem intelligatur eſſe Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deitas: hominem verò factum eſſe ad imaginem unius deitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Baſilius Seleucienſis Orat. 1. pag. 5. verba illa exponens, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, hæc ἀξιομνημόνευτα habet: Μία μὲν εἰκὼν ἡ πλαττομένη, οὐχ ἑνὸς δὲ προσώπου μνήμη, ἀλλὰ τριῶν ὑποστάσεων· κοινὸν γὰρ τῆς θεότητος δημιούργημα τὸ πλαττόμενον. Τριάδα μὲν ἐμφαίνει τὴν πλάττουσαν, μίαν δὲ εἰκόνα τῆς τριάδος ὑπάρχουσαν. εἰ δὲ μία τῆς τριάδος ἡ εἰκὼν, μία τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἡ φύσις. τὸ γὰρ ταυτὸν τῆς οὐσίας ἡ τῆς εἰκόνος ἑνότης κηρύττει. *Una quidem eſt, quæ fit imago, ſed non unius perſonæ monumentum, verùm trium hypoſtaſeon. Commune namque quod fabricatum eſt opus Deitatis, Trinitatem quidem oſtendit effectricem ſeu fictricem, unam autem eſſe Trinitatis imaginem. Quodſi una Trinitatis imago, una utique trium hypoſtaſeon eſt natura: ſiquidem eſſentiæ identitatem imaginis unitas prædicat.* Alia Patrum teſtimonia, hoc ipſum ex præſenti loco adſtruentia, ſtudio omittimus, quia allata facilè ſufficere poſſunt. Nec etiam ad alia veteris Teſtamenti loca, quibus Patres in eadem materia ſatis frequenter utuntur, accedimus, ne Lectoribus ſimus moleſti. Hoc interim negari minimè debet, doctrinam de SS. Tri-

Trinitatis mysterio paulò obscurius in veteri Testamento fuisse propositam. Id agnoscit Theodoretus, & simul, cur id factum sit, rationem reddit θεραπευτ. Serm. 2. t. 4. pag. 496. Verba ejus hæc sunt: Ἐν Αἰγύπτῳ αὐτοὺς πλεῖσον διατρίψαντας χρόνον, καὶ τὴν πολύθεον τῶν Αἰγυπτίων μεμαθηκότας θρησκειαν, ὁ πάνσοφος Κύριος οὐκ ἐναργῶς ἅπαντα τὰ περὶ τῆς τριάδος ἐξεπαίδευσε δόγματα, ἵνα μὴ πρόφασιν πολυθείας λάβωσιν, εἰς τὸν τῶν Αἰγυπτίων ἐπιῤῥέποντες πλάνον. Οὐ μὴν παντάπασι τὰ περὶ τῆς τριάδος ἀπέκρυψε δόγματα τοῖς ὕστερον ἐσομένοις, τῆς ἐντελεστέρας θεολογίας καταπείρων τὰς ἀφορμάς· διά τοι τοῦτο μοναδικῶς μὲν νομοθετεῖ, αἰνιγματωδῶς δὲ τὴν τριάδα μηνύει. *Cùm in Ægypto diutissimè versati essent Israëlitæ, multorumque ibi deorum cultum ritu Ægyptiaco didicissent, sapientissimus Dominus nequaquam illis manifestè omnia Trinitatis mysteria tradidit, ne multitudinis deorum occasionem sumerent, ad impietatem Ægyptiorum propendentes. Trinitatis tamen dogmata ne tunc quidem venturis in posterum penitus occultavit, perfectionis Theologiæ quasi semina quædam dispergens. Ideò singulariter quidem sub unius nomine legem sancit, obscurè tamen Trinitatem indicat.* Postea varia subjicit Scripturæ loca, ex quibus SS. Trinitatis mysterium probat. Agmen ferè ducit illud ipsum de creatione hominis Genes. 1: 26. Subjungit deinceps alium locum ex Genes. 9: 6. ad quem, pag. 497. hæc habet: Οὐκ εἶπεν, ἐν εἰκόνι ἐμαυτοῦ ἀλλ' ἐν εἰκόνι θεοῦ, τῶν προσώπων πάλιν δεικνὺς τὸ διάφορον. *Non dixit, in imagine mea, sed, in imagine Dei, differentiam personarum rursus ostendens.* Eandem Trinitatem probat ex Genes. 11: 7. cap. 19: 24. ex Psal. 33: 6. & ex locis aliis: quæ omnia ex Auctore peti possunt. De obscurius in veteri Testamento revelata SS. Trinitate audire quoque juvat Gregorium Nazianzenum Orat. 37. pag. 608. Ἐκήρυσσε φανερῶς ἡ παλαιὰ τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν ἀμυδρότερον. Οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλὲς, μήπω τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ὁμολογηθείσης, τὸν Υἱὸν ἐκδήλως κηρύττεσθαι· μηδὲ τῆς τοῦ Υἱοῦ παραδεχθείσης, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιφορτίζεσθαι. *Vetus Testamentum Patrem apertè prædicabat, Filium obscurius. Neque enim tutum erat, Patris divinitate nondum confessa, Filium apertè prædicari: nec, Filii divinitate nondum admissa, Spiritum Sanctum, veluti graviorem quandam, si ita loqui fas est, sarcinam nobis imponi.* Jobius in Bibliotheca Photii, Cod. 122. pag. 612. Commentariorum lib. 7. cap. 27. tres facit gradus revelationis mysterii SS. Trinitatis: primo gradu, illud obscurè: secundo, clariùs: tertio, clarissimè revelatum fuisse dicit. *Libro septimo asserit*, inquit Photius, *tres politiarum mutationes*, μεταθέσεις πολιτειῶν, *à sacra repræsentari Scriptura*: Πρώτην μὲν, τὴν ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας ἐπὶ τὴν νομικὴν πολιτείαν

τείαν μετάθεσιν, ἐν ᾗ μόνος μὲν ὁ Πατὴρ ἐμφανέςατα κηρύττεται· ὁ δὲ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐν συμβόλοις μόνον παραδηλοῦται καὶ αἰνίγμασι. *Primam quidem ab idolorum cultu in legalem reipubl. ordinationem, in qua solus Pater manifestimè prædicatur: Filius verò & Spiritus symbolis duntaxat & ænigmatis indicantur.* Δευτέραν δὲ, τὴν ἀπὸ ταύτης πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾗ τρανώτερον ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἀποκαλύπτεται. *Alteram verò ex hac in Evangelium, quâ magis perspicuè Filius & Spiritus manifestantur.* Καὶ τρίτην λοιπὸν τὴν ἀϋλοτέραν τε καὶ θειοτέραν λῆξιν, ἐν ᾗ διαπρυσίας πᾶσι τὸ τῆς τριάδος ἑνοειδὲς, καὶ ἀμέριςον, καὶ παντοκρατορικὸν, ὡς γενητῇ Φύσει δυνατὸν, εἰς ἀνθρώπων ἀδιςάκτον γνῶσιν ἀφικνεῖται. *Tertiam denique illam materiæ magis expertem, & divinioremsortem, in qua penitus Trinitatis uniformitas, & indivisibilitas, & omnipotentia, quantum natura creata assequi potest, in hominum indubitatam pervenit cognitionem.* Hos tres gradus postea Scripturæ testimoniis confirmat, & eadem Gregorium Nazianzenum jam antè scripsisse docet. Id autem facit Gregorius Orat. 37. quæ est de Spiritu Sancto, pag. 607. Cur verò Trinitas initiò obscurius fuerit revelata, idem Jobius ibid. pag. 617. hanc reddit rationem: Ὅτι καθάπερ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ λαμπρὸν φῶς, καίτοι σωτήριον ὄν, ἀθρόον ἐπιβλαβέςατον· οὕτω καὶ τοῖς εἰς τὸ πολύθεον ἀποτυφλωθεῖσιν ἡ τριαδικὴ θεολογία βλαβερὸν ὑπῆρχε καὶ ἐπιζήμιον. *Quia, quemadmodum laborantibus ex oculis splendidum lucis jubar, etsi salutiferum, maximè noxium est: ita & multorum deorum cultu occæcatis noxia erat Trinitatis Theologia ac perniciosa futura.* Basilius Seleuciensis Orat. 9. pag. 54, 55. de eo, cur Moses SS. Trinitatis mysterium Judæis non clariùs proposuerit, sic scribit: Οὕπω τὴν τριάδα κηρύττειν καιρὸς, ὅπου τὰς ὑποςάσεις κηρύττειν ἠδύνατο, ἔτι γάλακτι τρέφει θεογνωσίας τοὺς νηπιώδεις τὴν ἔννοιαν, ἠρκέσθη μόνῃ τῇ τῆς θεογνωσίας διδασκαλίᾳ, μίαν αὐτοῖς Φύσιν ἀπαγορεύων εἶναι θεότητος· ἵνα δῆμον ὅλον θεῶν τῆς ψυχῆς ἐξορίσῃ. Ἤρκει γὰρ τοῖς ἐκ τοιαύτης πλάνης ἀποσπωμένοις τὰ πρῶτα τῆς θεογνωσίας μαθήματα. Διὰ τοῦτο διδάξας τὴν μονάδα τῆς Φύσεως, τὴν τριάδα τῶν ὑποςάσεων διδάσκειν κατὰ καιρὸν ὑπερέθετο· τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς δυσταθὲς, ἐπισφαλὲς πρὸς ἐπίγνωσιν. Φοβεῖται γὰρ μὴ τριάδα διδάσκων θεότητος, πολλοὺς τινας θεοὺς παρ' Ἰουδαίοις κηρύττειν νομίζηται. αἰνίγμασι δὲ μόνοις τέως χειραγωγεῖ τοὺς ἀκμάζοντας, καὶ μικρὸν τῆς αὐγῆς ἐπανοίγων ἐπαύετο. *Nondum Trinitatem promulgare tempus erat, nondum divinas hypostases prædicare poterat: adhuc lacte divinæ cognitionis nutrit infantilem intelligentiam habentes: contentus fuit solâ divinæ cognitionis doctrinâ, unam illis naturam deitatis esse indicans, quòdeorum multitudinem prorsus ex animo exstirparet. Abstractis enim à tam insigni errore sufficiebant prima cognitionis Dei rudimenta. Quamobrem, cùm naturæ do-*

docuisset unitatem, Trinitatem hypostaseωn opportunè distulit: nam animus malè affectus, in veritate indaganda facilè labitur. Quippe reformidat, ne in Deitate Trinitatem docens, multitudinem deorum apud Judæos prædicare putetur: solis autem ænigmatis auditores adhuc ducit, ac nonnulla quiescit oblata luce. Reliqua ex ipso haberi possunt Autore.

2. *ex novo Testamento.* Unitas essentiæ divinæ in Trinitate personarum, per doctrinam Baptismi, & unitatem nominis, ex Antiquitate facilè probatur. Quando Dominus noster Jesus Christus, Matth. 28:19. præcipit, ut baptizent omnes gentes εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, per unitatem nominis unam indicat essentiam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, atque adeò indivisam trium invocationem. In Expositione Fidei apud Justinum Martyrem hæc ipsa nobis clarissimè proponuntur hisce verbis: Ἐν τῇ τοῦ βαπτίσματος διδαχῇ συνημμένως ἡμῖν τὸ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἓν ὄνομα παραδέδοται. Τίς ἀφαιρήσεται λόγος, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ τῆς θείας οὐσίας καὶ μοναρίας ὑπάρχειν. *In doctrina Baptismatis unitè nobis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unum nomen traditum est: quænam ratio & oratio inficiando asserere poterit, Filium & Spiritum divinæ beatæque essentiæ non esse?* Patres Concilii Constantinopolitani, quod secundum Œcumenicum est, in epistola sua ad Episcopos Occidentis, apud Theodoretum, hist. Eccles. lib. 5. cap. 9. pag. 716. de fide Nicæna sic scribunt: Ταύτην καὶ ὑμῖν, καὶ ἡμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον τῆς ἀληθοῦς πίστεως, συναρέσκειν δεῖ, πρεσβυτάτην οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. δηλαδὴ θεότητος καὶ δυνάμεως, καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας, καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις. *Hanc & vobis & nobis, & omnibus, qui veræ fidei verbum non pervertunt, probari convenit, ut quæ antiquissima sit, & baptismati consentanea, docens nos credere in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ita nimirum, ut una credatur divinitas, & potentia, & substantia Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, æqualisque dignitas, & imperium coæternum in tribus perfectis hypostasibus, sive in tribus perfectis personis.* Gregorius Nazianzenus Orat. 40. quæ est in S. Baptisma, pag. 671. Βαπτίσω σε μαθητεύων εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ὄνομα δὲ κοινὸν τῶν τριῶν ἓν, ἡ θεότης. *Baptizabo te, docens, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Nomen autem commune tribus, nempe Deitas.* Epiphanius hæresi 62. quæ est Sabellianorum,

rum, pag. 224 Filius dixit. Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Μέσων δὲ τιθεμένων τῶν ἄρθρων τῆς συλλαβῆς τοῦ, τοῦ, καὶ τοῦ, καὶ ἐλέγχει τὸν Σαβέλλιον Ματθαῖος, τὴν συναλοιφὴν παρεισφέροντα· ὅπου καὶ σημαίνει ἀληθῶς Πατέρα, ἀληθῶς Υἱόν, ἀληθῶς ἅγιον Πνεῦμα. ὁπότε δὲ ὁμόσοιχος ἡ Τριὰς, καὶ ἐν ἑνὶ ὀνόματι Τριὰς καλουμένη, ἐλέγχει τὸν Ἄρειον, ὑπόβασίν τινα διανοούμενον ἐν τῇ Τριάδι, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ παραλλαγήν. Euntes baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Ubi, dum articulus ille,* τοῦ, *ter repetitus & interjectus est, Sabellium redarguit Matthæus, tres personas in unam confundentem, quandoquidem verè Patrem, vereque Filium, ac verè Spiritum Sanctum exprimit: quando autem ejusdem ordinis seu dignitatis Trinitas, & uno nomine Trinitas vocatur, refellit Arium, qui inferiorem quendam in Trinitate gradum, ac varietatem, mutationemve commentus est.* Vide eundem in Ancorato, pag. 472. Basilius M. lib. 5. adv. Eunomium, cap. 15. pag. 134, 135. Ἐν Υἱῷ γνῶθι Πατέρα, ἐν Πατρὶ δόξασον Υἱόν. μὴ μερίσῃς τὰ ἀμέριστα, μὴ σχίζε τὰ ἄσχιστα. κἂν γὰρ θέλῃς, οὐ σχίζεται· κἂν διαῤῥήγνυνται οἱ αἱρετικοὶ, ἀ διαῤῥήγνυται ἡ Τριάς· καὶ σεβάσμιός ἐστιν ἐν μιᾷ καὶ ἀϊδίῳ δόξῃ, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν μόνην θεότητα πανταχοῦ περιφέρουσα, ἄῤῥηκτος, ἄσχιστος, ἀδιαίρετος. *In Filio Patrem cognosce, in Patre glorifica Filium. Ne partiaris quæ impartibilia sunt, ne scindas quæ non scinduntur. Nam etsi scindere volueris, non tamen scinditur: etsi disrumpuntur hæretici, Trinitas tamen non dirumpitur: & est colenda in una & æterna gloria, eandem & unam solam Deitatem ubique circumferens, infragilis, quæ scindi nequit, indivisibilis.* Et paulò post: Ἀχώριστον ὁρῶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Καὶ διὰ τοῦτο ναοὶ Θεοῦ, καὶ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου εἰσὶ πάντες οἱ ἅγιοι, ἐν οἷς οἰκεῖ ἡ μία θεότης, καὶ μία κυριότης, καὶ ἁγιότης μία Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τὸν ἕνα τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμόν. *Inseparabilem Patris, & Filii, & Spiritus Sancti operationem esse video. Propterea templa Dei, & Filii, & Spiritus Sancti sunt omnes sancti, in quibus una Deitas, & una dominatio, & una sanctitas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti habitat per unam Baptismi sanctificationem.* Theophylactus in cap. 28. Matthæi, pag. 184. Οὐκ εἶπεν ὁ χριστὸς εἰς τὰ ὀνόματα βαπτίζειν, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα. Ὄνομα δὲ τῶν τριῶν ἓν, ἡ θεότης· εἷς οὖν θεὸς τὰ τριά. *Non dixit Christus, in nomina baptizandum esse, sed in nomen. Nomen autem trium, unum, nempe Deitas: unus igitur Deus, tres.*

3. *ex Antiquitate Ecclesiastica* sacro-sanctam Trinitatem probamus,

a. *in*

a. *in genere.* Gregorius Nazianzenus Orat. 23. pag. 420. Ὁρίζῃ δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων, ἕνα μὲν εἰδέναι θεὸν ἀγέννητον τὸν Πατέρα· ἕνα δὲ γεννητὸν Κύριον, τὸν Υἱόν· ἓν δὲ Πνεῦμα ἅγιον, προελθὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἢ καὶ προϊὸν, θεὸν, νοητῶς νοεῖσι τὰ προκείμενα. *Pietatis autem nostræ doctrinam præscribe, sic nos instituens, ut Deum unum ingenitum agnoscamus, hoc est, Patrem: unum item genitum Dominum, Filium videlicet: unum denique Spiritum Sanctum, à Patre procedentem, aut etiam prodeuntem, Deum quoque ipsum apud eos, qui ea, quæ apponuntur, apprimè intelligant.* Idem, Orat. 25. pag. 441. *Adoramus* τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, μίαν θεότητα, θεὸν τὸν Πατέρα, θεὸν τὸν Υἱὸν, θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· μίαν φύσιν ἐν τρισὶν ἰδιότησι, νοεραῖς, τελείαις· καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσαις, ἀριθμῷ διαιρεταῖς, καὶ οὐ θεότητι, *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, deitatem unam, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum: unam naturam in tribus proprietatibus, intelligentibus, perfectis, per se ac separatim subsistentibus, numero quidem distinctis, divinitate autem non item.* Et Orat. 37. pag. 601. Ὅταν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, ἣν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα. *Cùm ad divinitatem, primamque illam causam, uniusque principatum & imperium, respexerimus, unum est, quod mentis nostræ oculis obversatur: Cùm rursus ad ea, in quibus est divinitas, & quæ ex prima illa causa, citra ullam temporis intercapedinem ac pari gloria sunt, tria sunt quæ adorantur.* Harmenopulus de fide orthodoxa, pag. 578. orthodoxam de SS. Trinitate confessionem sequentibus proponit verbis: Δεῖ πιστεύειν τὸν χριστιανὸν Τριάδα ὁμοούσιον, καὶ ὁμότιμον, καὶ ὁμόθρονον, εἰς μίαν συνεῖσαν θεότητα. Τριάδα γὰρ ἐν μονάδι πιστεύομεν, καὶ μονάδα ἐν Τριάδι δοξάζομεν. Τριάδα μὲν, ὡς ἐν τρισὶ προσώποις καὶ ὑποστάσεσι τὴν θεότητα θεωρουμένην· Μονάδα δὲ, ὡς μιᾶς ὄντα ταῦτα οὐσίας τε καὶ θεότητος, καὶ ἕνα θεόν. Ἕνα γὰρ θεὸν πιστεύομεν, κἂν ἐν τριάδι γινώσκηται. Καὶ ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν, κἂν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι δείκνυται. *Christianum credere oportet Trinitatem consubstantialem, ejusdem honoris & throni participem, in unam divinitatem convenientem. Trinitatem enim in unitate credimus, & unitatem in Trinitate glorificamus. Trinitatem quidem, ut in tribus personis & hypostasibus divinitatem considerantes: unitatem verò, quòd ejusdem sint essentiæ & divinitatis; & unum Deum. Unum enim Deum credimus, etiamsi in Trinitate cognoscatur. Et unum Dominum confitemur, etiamsi in tribus hypostasibus ostendatur.* Vide etiam; ut infinita alia taceamus, quæ ex Antiquitate huc referri possent; Programma Justini apud Evagrium lib. 5. cap. 4. pag. 170. b. *in*

Digitized by Google

b. *in ſpecie*; idque

a. ex una indiviſa adoratione, invocatione & collaudatione ſanctiſſimæ Trinitatis. Patres Concilii Conſtantinopolitani; ut infrà cap. 14. videbimus; in Symbolo, cujus examen præ manibus habemus, confitentur, *ſe credere in Spiritum Sanctum*, εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, *qui cum Patre & Filio adoratur & glorificatur.* Baſilius Cæſar. epiſt. 78. pag. 891. Ἀπόδειξις τοῦ ὀρθοῦ Φρονήματος, τὸ, μὴ χωρίζειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς βαπτίζεσθαι μὲν, ὡς παρελάβομεν· πιςεύειν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα· δοξάζειν δὲ, ὡς πεπιςεύκαμεν, Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. *Declaratio recti ſenſus in eo eſt, ſi à Patre & Filio Spiritus Sanctus non ſeparetur: oportet enim baptizari nos, ut accepimus: credere verò ſicut baptizamur: glorificare verò Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, quemadmodum credidimus.* Gregorius Nazianzenus Orat. 14. pag. 221. ἕνα ὅρον εὐσεβείας ἡγησόμεθα, προσκυνεῖν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητά τε καὶ δύναμιν, μηδ' ὑπερσέβοντες, μηδ' ὑποσέβοντες· τὸ μὲν γὰρ ἀδύνατον, τὸ δὲ ἀσεβές. *Unam hanc pietatis regulam nobis propoſitam eſſe ducemus, ut Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, unam in tribus perſonis deitatem & potentiam adoremus, nihil ſupercolentes, aut ſubcolentes: alterum enim fieri non poteſt, alterum nefarium & impium eſt.* Ὑπερσέβοντες & ὑποσέβοντες potuiſſent per periphraſin magis Latinè verti: ſed maluimus ipſum imitari Gregorium, cujus alioqui ridicula fuiſſet προεπίπληξις, quæ ad mitigandam ac veluti excuſandam horum verborum novitatem ab ipſo adjecta eſt, cùm ſtatim per parentheſin ſubjungit, ἵνα μικρόντι καὶ αὐτὸς μιμήσωμαι τοὺς περὶ ταῦτα σοφούς. *Ut & ipſe nonnihil eos imiter, qui in hiſce ſciti ac ſolertes ſunt.* His autem verbis, ut Elias Cretenſis monet, Eunomium perſtringit, qui gradus quoſdam in divinitatem induxit, ac debere nos Patrem ὑπερσέβειν, hoc eſt, *cultu* quodam *eximio proſequi*, Filium σέβειν, *colere*, Spiritum Sanctum ὑποσέβειν, *ſubcolere*, inferiore cultu proſequi, docuit. Atqui impium eſt, honorem vel ampliorem, vel minorem iis deferre, qui eſſentiâ naturaque non differunt, qui ſunt ὁμοούσιοι, ὁμότιμοι καὶ ὁμόθρονοι. Rurſus Gregorius Orat. 29. pag. 489. Προσκυνοῦμεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα. καὶ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν, οὔτε διαιροῦμεν εἰς τρία ἀλλότρια καὶ ἔκφυλα, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν. *Adoramus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, proprietates quidem diſtinguentes, divinitatem autem copulantes: neque aut tria in unum contrahimus, ne Sabellii morbo laboremus;*

mus; aut rursus in tria diversa & aliena separamus, ne in Arii furorem incidamus. Chrysostomus Homil. 140. t. 5. Μιᾷ προσκυνήσει λατρεύομεν μίαν τριυπόστατον θεότητα, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀπέραντον, καὶ ἀδιάδοχον. *Una adoratione colimus unam deitatem in tribus personis subsistentem, principio carentem, increatam, fine & successione carentem.*

β. *ex* δοξολογίᾳ, seu *hymno glorificationis.* Quanquam quæ modò attrilimus; huc referri possint, operæ tamen pretium fuerit, δοξολογίαν veterum, de SS. Trinitate usurpari solitam, paulò accuratius considerare, utpote quæ hujus maximè loci est. Philostorgius hist. Eccles. lib. 3. cap. 13. pag. 47. dicit *Flavianum Antiochiæ* πλῆθος μοναχῶν συναγείραντα, πρῶτον ἀναβοῆσαι, Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, *monachorum multitudine collecta, primùm acclamasse: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Eos verò, qui eum præcesserint, acclamasse, alios quidem;* Δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. *Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto:* καὶ ταύτην μᾶλλον τὴν ἐκφώνησιν ἐπιπολάζειν, *& hanc maximè acclamationem usitatam esse: alios verò,* Δόξα Πατρὶ ἐν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. *Gloria Patri in Filio & Spiritu Sancto.* Hæc ipsa in historiam suam transtulit Nicephorus, ut videre est lib. 9. cap. 24. pag. 737. qui quartam addit δοξολογίας formulam, nempe, Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. *Gloria Patri & Filio in Spiritu Sancto.* Prima δοξολογίας formula Catholicorum est, & orthodoxa: tres posteriores ferè Arianorum fuere; è quibus primam, quæ hîc secunda est, Δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, Philostorgius maximè laudat, quia nimirum & inæqualem Patri Filium, & Filio inæqualem Spiritum Sanctum profitetur. Ea verò inter Ariomanitas Eunomii & Eudoxii sententia fuit. De his Palladius in epistola ad Epiphanium, apud Epiphanium, pag. 469: Dicunt, μὴ δεῖν τοῦτο (τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) τῇ θεότητι καὶ τῇ κυριότητι συνδοξάζεσθαι, ἀλλ' ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τετάχθαι σχήματι, *non oportere hunc (Spiritum Sanctum) cum Deo & Domino simul glorificari, sed ministri & mittendarii sortem subire.* Hinc ergo orta dissensio in Ecclesia Antiochena, pro Symbolo videlicet singulis varias formulas usurpantibus in δοξολογίᾳ sub finem Psalmorum seu hymnologiæ: unde singuli velut tessera internoscebantur, πρὸς τὴν οἰκείαν δόξαν μεθήρμοζον τὸ ψαλλόμενον, *ad suam opinionem accommodabant id, quod canebatur*, inquit Sozomenus lib. 4. cap. 28. pag. 602. a. Notandum tamen, Basilium quoque Cæsariensem, primam illam Arianorum δοξολογίαν, Δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, velut legitimam, in libro de Spiritu Sancto defendere, & hanc insuper addere, μετὰ Υἱοῦ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύ-

Πνεύματι. Verba ejus ſub finem cap. 1. pag. 144. hæc ſunt: Προσευχομένῳ μοι πρώην μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ ἀμφοτέρως τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦντι τῷ θεῷ καὶ Πατρὶ, νῦν μὲν μετὰ τοῦ Υἱοῦ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, νῦν δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπέσκηψάν τινες τῶν παρόντων, ξενιζέσαις ἡμᾶς φωναῖς κεχρῆσθαι λέγοντες, καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλας ὑπεναντίως ἐχέσαις. *Nuper orante me apud populum, & utroque modo glorificationem abſolvente Deo & Patri, interdum* cum Filio & Spiritu Sancto, *interdum* per Filium in Spiritu Sancto, *quidam ex his qui tum aderant, nos accuſarunt, dicentes, nos non modò peregrinis ac novis uſos vocibus, verùm etiam inter ſe pugnantibus.* Utramque autem formulam libro iſto fuſè defendit Baſilius. Interim tamen prima illa, Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ſincera maximè, orthodoxa, & Catholica habita eſt: unde etiam in Liturgiis frequentiſſima. In Liturgia Baſilii, pag. 47. Καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Eodem modo in Liturgia Chryſoſtomi, pag. 80, 81, 82, 109. &c. Huc etiam facit, quòd Theodoretus lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 19. pag. 621. duas tantùm δοξολογίας formulas commemorat, in quas diviſi fuerint Antiocheni, Catholicam videlicet, & primam inter Arianeas. Verba ejus de Leontii, epiſcopi Antiocheni, verſutia ſunt: Καὶ διχῇ διῃρημένους τοὺς ἱερωμένους καὶ τὸν λοιπὸν ὅμιλον θεωρῶν, καὶ τοὺς τὸν ΚΑΙ σύνδεσμον ἐπὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ δοξολογίας τιθέντας, τοὺς δὲ τὴν μὲν ΔΙΑ πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, τὴν δὲ ΕΝ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος προσαρμόζοντας, σιγῇ τὴν δοξολογίαν προέφερε· μόνον δὲ τὸ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἤκουον οἱ πελάζοντες. *Cùm duas in partes diviſum clerum ac reliquum populum videret, atque alios quidem in glorificatione Filii conjunctionem ET uſurpantes, alios præpoſitionem PER Filio, IN autem Spiritui Sancto applicantes, ipſe ſilentio totam glorificationem proferebat, ita ut ſolam clauſulam,* in ſecula ſeculorum, *audirent qui propius adſtabant.* De eadem δοξολογία intelligendum, quòd Baſilius M. cap. 18. libri de Spiritu Sancto, pag. 189. dicit, ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἐξουσία μία, οὕτω καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία, οὐ πολλαί. *Quemadmodum enim principatus ac poteſtas nobis dominans una eſt: ſic & glorificatio, quæ à nobis* Deo tribuitur, *una, non multæ:* item, quando Nazianzenus Orat. 37. pag. 600. de Spiritu Sancto ſcribit. Οὐ γὰρ ὁμοδούλου δημιουργὸς, ἀλλ' ὁμοτίμῳ συνδοξαζόμενος. *Non enim conſervi opifex eſt, ſed cum eo, qui pari dignitate eſt, glorificatur:* & quod Photius epiſt. 1. pag. 7. de Synodo Conſtantinopolitana habet: Τὸ δὲ πανάγιον πνεῦμα, ἅτε δὴ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἰσοσθενές τε καὶ παντοδύναμον, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι καὶ συνδοξολογεῖσθαι, κατὰ τὰς πατρικάς τε καὶ θεολογικὰς φωνὰς, ἀνε-

ἀνεκήρυξαν. *Sanctissimum verò Spiritum, juxta Patrum & Theologorum sententias, publico præconio demonstravit, una cum Patre ac Filio adorandum & simul glorificandum, utpote ejusdem existentem cum illis naturæ substantiæque, parivi, potentia, & facultate præditum.* Videmus; quod paucis monendum restat; Philostorgium asserere, Flavianum, qui Antiochenus postea factus episcopus, δοξολογίας Catholicæ primum fuisse autorem: quod ex eo quoque hausit Nicephorus loco supra citato. At Theodoretus & Sozomenus hujus rei mentionem faciunt nullam. Quid si dicamus, apud Philostorgium esse παρόραμα μνημονικὸν, eumque δοξολογίαν posse loco ἀντιφώνων, quorum institutio tribuitur Flaviano & Diodoro. Radulphus de Can. observant. propos. 8. *Ut autem chori in duas partes divisi ipsos Psalmos alternatim decantent, jam tempore Constantii Imperatoris in Ecclesia Antiochena primi instituerunt Flavianus & Diodorus, viri probatæ vitæ & doctrinæ: quod inde ad terminos totius orbis usque pervenit.* Hæc totidem verbis habet Sigebertus in Chronico. Idem de iis affirmat Theodoretus Hist. Eccles. lib. 2. cap. 19. pag. 622. Οὗτοι πρῶτοι διχῇ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χορούς, ἐκ διαδοχῆς ἆδειν τὴν Δαυιτικὴν ἐδίδαξαν μελῳδίαν. Καὶ τοῦτο ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον, πάντοσε διέδραμε, καὶ κατέλαβε τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. *Hi primi*, nempe Flavianus & Diodorus, *psallentium choris in duas partes divisis, hymnos Davidicos alternis canere docuerunt. Quod quidem Antiochiæ fieri cœptum, ubique deinceps obtinuit, & ad ultimos terræ fines pervasit.* Cedrenus in Compendio hist. pag. 249. solius Flaviani meminit, idque anno Constantii tertio & vicesimo factum commemorat. Ejusdem consuetudinis, non nominato tamen autore, meminit etiam Basilius M. in epist. ad Clericos Ecclesiæ Neocæsarienſis, quæ est ordine 63. pag. 843. Alii ἀντιφώνων autorem faciunt ipsum Ignatium, tertium ab Apostolo Petro Antiochiæ Episcopum. Ita Socrates Hist. Eccles. lib. 6. cap. 8. pag. 258. b. Nicephorus, Hist. lib. 13. cap. 8. & Gregorius Alexandrinus in vita Chrysostomi ex Socrate, & ex his Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap. 25. sed in viam.

4. *Variis similitudinibus.* Antequam verò ad eas accedamus, illud necessario Præmittendum, Patrum similitudines, quas ad declarandum hoc mysterium, in omnibus propemodum rebus creatis investigarunt, ad vivum resecandas non esse: & apud eos quidem, qui doctrinam hanc ex Dei didicerunt verbo, adhibito delectu, usurpari posse, extraneis verò non sine ludibrii periculo istiusmodi picturas proponi. Leontius Episcopus, in Actis Concilii Nicæni, parte 2. cap. 21. pag. 142. Tri-

Digitized by Google

nitatem probat ſimili *ab igne* deſumto his verbis: Τὸ ἀισθητὸν τοῦτο τῦρ Φύσις μία ὂν ἤτοι οὐσία, τριάς ἐςι κατὰ ταυτὸ, τῦρ, ἀπαύγασμα, Φῶς. Καὶ οὐδὲν τούτων προϋπάρχειν τοῦ θατέρου ἐυρίσκεται, ἀλλ' ἔςιν ἀχωρίςως ἀλλήλων τὰ τρία, τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα, καὶ τὸ Φῶς. *Senſilis hic ignis, qui natura vel eſſentia una eſt, tria ſimul continet, ignem, ſplendorem, lucem: neque quidquam horum ante alterum exiſtere deprehenditur, ſed inſeparabiliter hæc tria inter ſe cohærent, nempe ſplendor ex igne & lux.* Ita *tres perſonas unum eſſe Deum* concludebat Leontius. Ibidem refertur, Philoſophum quendam, à religione Chriſtiana alienum, hoc ſimili audito, doctrinæ hujus veritatem agnoviſſe. Veteres etiam ſatis frequenter afferunt ſimile petitum *à ſole*. Athanaſius & Cyrillus in Expoſitione orthodoxæ fidei, pag. 430. Εἰκὼν τοῦ Πατρὸς ὁ ἥλιος, ἀκτὶς ἡλίου ὁ Υἱὸς, θέρμη τῆς ἀκτῖνος τὸ παράκλητον Πνεῦμα. καὶ οὕτως ἥλιος ὁ Πατὴρ, ἀκτὶς ὁ Υἱὸς, αἴγλη πυραυγὴς τὸ πανάγιον Πνεῦμα. Καὶ ὁ μὲν ἥλιος οὐδέποτε κατέλιπε τὸν οὐρανὸν, Υἱὸν δὲ ὡς τὰς ἀκτῖνας ἀπέςειλε τὸ ἀπαύγασμα ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν δὲ θέρμην τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον περιθάλπειν καὶ εὐεργετεῖν τὸν ἄνω καὶ τὸν κάτω κόσμον. *Imago Patris ſol eſt, radii ſolis Filius, calor radiorum Spiritus Paracletus: atque ita ſol Pater, radii Filius, ſplendor igneus ſanctiſſimus Spiritus. Et ſol quidem nunquam deſeruit cœlum, Filium verò tanquam radios miſit ſplendorem in terram, calorem verò Spiritum Sanctum, ut foveat & beneficiis afficiat ſuperiorem & inferiorem mundum.* Hieronymus, Theologus Græcus, in Dialogo cum Judæo: Ὥσπερ ὁ ἥλιος, καὶ θέρμη, καὶ ἡ ἀκτὶς ἐξερχομένη ἐξ αὐτοῦ, τρία μὲν ὀνόματά εἰσι, μία δὲ οὐσία ἡλίου· οὕτως ἐν τῇ παναγίᾳ Τριάδι ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις ἐν τρισυποςάτῳ μιᾷ οὐσίᾳ καὶ θεότητι. *Quemadmodum ſol, & calor, & radii ex eo egredientes, tria quidem nomina ſunt, una autem ſubſtantia ſolis: ita in ſanctiſſima Trinitate inconfuſa eſt unio in una eſſentia & deitate trium perſonarum.* Locus omnino eſt ſimili de ſole, & luce, quam fundit, ut nimirum oſtendatur, non eſſe ἀσύςατα, generatum eſſe, vel generari, & eſſe ab æterno. Si enim ſol æternus eſſet, lux quoque inde fluens coæterna eſſet. Interim probè obſervandum, quod Gregorius Nazianzenus Orat. 37 quæ eſt quinta de Theologia, pag. 598. inculcat. Λίαν αἰσχρὸν, inquit, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς, ἐκ τῶν κάτω τῶν ἄνω τὴν εἰκασίαν λαμβάνειν καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευςῆς Φύσεως. *Valde profectò turpe eſt, nec turpe modò, ſed etiam ſtultum & inane, ex humilibus rebus ſuperarum cœleſtiumque ſimulachrum ſumere, rerumque certarum & conſtantium ex fluxa fragilique natura.* Et Orat. eadem, pag. 611. dicit, ſe admodum ſolicitè inquiſiviſſe τῇ Φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ νοῦ, num aliquid in omnibus invenire

nire posset rebus creatis, quo τοσούτῳ πράγματος, tantique mysterii sublimitas adumbraretur: at, ἀπ ἔσχον, inquit, ᾧτινι χρὴ κάτω τὴν θείαν Φύσιν παραβαλεῖν. κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, Φεύγει με τὸ πλέον, ἀΦὲν κάτω μετὰ τοῦ ὑποδείγματος. *Cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, major tamen me pars fugit, & cum meo exemplo humi relinquit.* Postmodum de hac ipsa SS. Trinitatis cum sole comparatione sic infit: Ἥλιον ἐνεθυμήθην, καὶ ἀκτῖνα, καὶ Φῶς· ἀλλὰ καὶνταῦθα δέος· πρῶτον μὲν, μὴ σύνθεσίς τις ἐπινοῆται τῆς ἀσυνθέτου Φύσεως, ὥσπερ ἡλίῳ καὶ τῶν ἐν ἡλίῳ, &c. *Solem, & radium, & lucem cogitavi: verùm hîc quoque metuendum, ne compositionis expertis naturæ compositio quædam excogitetur, quemadmodum solis, & eorum, quæ soli insunt*, &c. sub finem hujus Orationis profitetur, se valere jussisse τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς σκιὰς, ὡς ἀπατηλὰς, καὶ τῆς ἀληθείας πλεῖστον ἀποδεούσας, *imagines atque umbras, ut fallaces & plurimùm à veritate remotas*, contrà, Spiritu Sancto duce, piam fidem mordicus tenuisse, aliosque pro viribus docuisse προσκυνεῖν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν, *ut Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unam divinitatem ac potentiam adorent.* Confer infrà cap. 9. num. 1. 4. sub lit. *a*.

3. *Necessitas.* Summè ad consequendam salutem necessarium est, ut credamus esse SS. Trinitatem. Gregorius Nazianzenus Orat. 1. pag. 17. Ἀναγκαῖον τὸν ἕνα θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος. Necesse est, Deum unum retinere, & tres personas confiteri, atque cum sua quamque proprietate. Orat. 13. pag. 212. Τὸ ἀτιμάζειν τὶ τῶν τριῶν ἢ χωρίζειν, ἀτιμάζειν ἐστὶ τὴν ὁμολογίαν· τὸ μὲν τὴν ἀναγέννησιν, τὸ δὲ τὴν θεότητα, τὸ δὲ τὴν θέωσιν, τὸ δὲ τὴν ἐλπίδα. *Trium aliquid contemnere, aut separare, confessionem ipsam contemnere est, hoc est, regenerationem, divinitatem, deificationem, spem.* Ad quæ Elias Cretensis: Hoc est, regenerationem. *Confessionem dividit in regenerationem, quæ fit per Baptismum; in deitatem trium personarum, per quam deificantur, qui regenerantur, in deificationem regeneratorum; & in spem hujusmodi deificationis, & alterius vitæ bonorum.* θέωσις est quasi *deificatio*, θεοποίησις, quæ fit per gratiam, quâ *divinæ consortes naturæ*, θείας κοινωνοὶ Φύσεως, 2. Petri 1:4. efficimur, Deum induimus, & filii Dei nominamur, & sumus. Hæc autem illa est, quam Dionysius Areopagita cap. 1. de cœlesti Hierarchia, sect. 3. pag 4. vocat τὴν ἡμῶν ἀνάλογον θέωσιν, *nobis proportionatam deificationem*: cap. 1. de Eccles. Hierarch. sect. 2. pag. 198. ἱερὰν θέωσιν,

σιν, *ſacram deificationem.* Ibidem ſect. 3. pag. 200. explicat quid ſit: θέωσίς ἐςιν ἡ πρὸς θεὸν, ὡς ἐφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις. *Deificatio eſt Dei quædam, quoad fieri poteſt, aſſimilatio unioque.* θεόω eſt deifico, naturæ divinæ conſortem facio. Damaſcenus orthod. fidei lib. 2. cap. 12. pag. 119. *Deus hominem creavit* τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεώμενον, *acceſſu ad Deum deificandum.* Qua verò ratione iſta ſint intelligenda, his ſtatim verbis explicat: θεώμενον δὲ τῇ μετοχῇ τῆς θείας ἐλλάμψεως, καὶ εἰς τὴν θείαν μεθιςάμενον ὐσίαν. *Deificatum verò participatione divinæ illuminationis, non verò in eſſentiam divinam mutatum.* Apoſtoli, ut ſcribit Pachymeres in cap. 1. Dionyſii Areopagitæ de Eccleſ. Hierarch. pag. 211. ἐθεώθησαν τῇ πρὸς θεὸν ἀγαπήσει, *deificati ſunt per dilectionem Dei.* Vide Obſervationum noſtrarum cap. 4. pag. 106, 107. Iterum Nazianzenus Orat. 26. pag. 457. teſtatur, ſine confeſſione Trinitatis neminem Chriſtianum eſſe poſſe. Τὸ μέγιςον, inquit, ἡ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίᾳ Πνεύματος ἐπίγνωσις, καὶ ὁμολογία τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος. τούτων τί μεῖζον, τί δαὶ κοινότερον; τὰ δ' ὑπὲρ ταῦτα, κἂν τῷ σπανίῳ τὸ τιμιώτερον ἔχῃ, ἀλλὰ τῷγε ἀναγκαίῳ τὸ δεύτερον. ὧν γὰρ ἄνευ τὸ εἶναι χριςιανὸν ὐχ οἷόν τε, ταῦτα τῶν ὀλίγοις ἐφικτῶν χρησιμώτερα. *Illud maximum eſt, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti cognitio, & confeſſio primariæ ſpei noſtræ. Quid his majus ac ſublimius? quid rurſus communius? At quæ ultra hæc ſunt, tametſi ob raritatem præſtantiora ſint, tamen, ſi neceſſitatem ſpectemus, poſteriores partes tenent. Nam quæ hanc rationem habent, ut iis remotis atque ſublatis ne Chriſtianus quidem ullus eſſe poſſit, hæc profectò iis utiliora ſunt, quæ tantummodo à paucis percipi atque comprehendi poſſunt.* Rurſus Orat. 31. pag. 507. diſertè affirmat, eum, qui unam Trinitatis perſonam negat, etiamſi reliquas agnoſcat, Deo gratum eſſe non poſſe: unde iterum manifeſtè colligitur, quàm neceſſaria ſit pia SS. Trinitatis confeſſio. Verba ejus adſcribo: Ὅταν ἀτιμάζῃς Υἱὸν, ἵνα τιμήσῃς Πατέρα, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ οὐ δοξάζεται. — Εἰ ἀτιμάζεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ὁ Υἱός. εἰ γὰρ μὴ ὡς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρός. Ἢ τὸ πᾶν τίμησον, ἢ τὸ ὅλον ἀτίμασον, ἵνα ἀκόλουθος νοῦς σεαυτῷ τυγχάνῃς. Οὐ δέχομαί σου τὸ ἐξ ἡμισείας εὐσεβές· ὅλον εὐσεβῆ μὲν εἶναί σε βούλομαι. *Si Filium contemnis, ut Patrem honores, honorem tuum non recipit. Cum contemtu Filii Pater nequaquam glorificatur. — Si Spiritum Sanctum aſpernaris, honorem tuum non recipit Filius. Tametſi enim non eodem quo Filius modo ex Patre eſt, attamen ex eodem Patre eſt. Aut totum honore affice: aut totum contemne, ut ſaltem tibi ipſi conſtes. Dimidiatam iſtam pietatem improbo: totum te pium*

eſſe

esse volo. Orat. 40. pag. 670. Ὅ,τι ἂν ὠφέλῃς τῶν τριῶν τῆς θεότητος, τὸ τᾶν ἕνη καθηρηκὼς, καὶ σεαυτῷ τὴν τελείωσιν. *Si cui ex his tribus divinitatem detraxeris, totum evertes, tibique ipsi perfectionem adimes.* SS. Trinitatem negare, Judaicum est: personas facere inæquales, Ethnicum. Photius epist. 1. pag. 5. Ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τὴν τριαδικὴν μοναρχίαν καὶ κυριότητα, Ἰουδαϊκόν ἐςι καὶ μισόχριςον· οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους Φύσεις καὶ ἀνομοίους οὐσίας τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερΦυῆ καὶ ἐνιαίαν θεότητα, ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ τολύθεον. *Prout Judaicum est, & Christi odium præ se fert, monarchiam & dominatum Trinitatis in unicam personam concludere: ita quoque in naturas inæquales ac dissimiles substantias omnem substantiam excedentem & omnem naturam exsuperantem, unicamque divinitatem dividere, Paganorum proprium est multitudinem deorum subintroducentium.* Qui SS. Trinitatem non confitetur, non est Christianus, sed hæreticus, & juxta leges politicas, punitur. Balsamon in collect. Constitut. Eccles. ex lib. 1. Cod. Tit. 1. Ὁ μὴ δοξάζων τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἐν μιᾷ θεότητι ἰσοδύναμον, οὔτε χριςιανὸς λέγεται, ἀλλ' ἄΦρων ἐςὶ, καὶ αἱρετικὸς, καὶ ἄτιμος, καὶ τιμωρεῖται. *Qui sacrosanctum Trinitatem, in una deitate paris potestatis, haud glorificat, ne Christianus quidem dicitur, sed vesanus, hæreticus, & infamis est, atque punitur.*

4. *Opposita.* Generaliora tantùm hîc producimus, specialiora suis remis servantes locis.

α. Præcipua hæreticorum acies, à Diabolo contra sanam de SS. Trinitate fidem instructa, eorum est, qui personas divinas confundunt, neque Trinitatem agnoscunt. Hinc Patrem, & Filium, & Spiritus Sanctum non tres esse personas nugantur, sed unam personam τριώνυμον, tribus nominibus exprimi solitam. Horum hæreticorum Patriarcha Praxeas fuit, cujus hæresin *Victorinus quidem corroborare curavit*, ut loquitur Tertullianus in fine libri de Præscriptionibus, cap. 53. pag. 343. *Hic Deum*, addit Tertullianus, *Patrem omnipotentem Jesum Christum esse docuit; hunc crucifixum passumque contendit; mortuum præterea seipsum sibi sedere ad dexteram suam, cum profana & sacrilega temeritate proponit.* Hi Τ'ιοπάτορες dicti. His Filius erat Τ'ιοπάτωρ; Filiopater. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Joh. cap. 8. pag. 243. Σημειωτέον, ὅτι κατ' ἰδίαν ὑπόςασιν ἄλλος ἐςὶν ὁ Πατὴρ παρὰ τὸν Τ'ιὸν, καὶ ἐχ, ὥσπερ ἔδοξέ τισι τῶν ἀπανδεύτων αἱρετικῶν, ὑιοπάτωρ εἰσΦέρεται. *Observandum est, secundum propriam hypostasin alium esse Patrem à Filio, nec, ut quibusdam insulsis visum est hæreticis, quasi Filiopatrem esse statuendum.* Hæc hæresis à veteribus vocatur Τ'ιοπατορία,

quasi dicas, *Filiopaternitas*. Can. 7. Constantinopolitanus: Σαβελλιανοὺς τοὺς Τ'ιοτατορίαν διδάσκοντας, — ὡς ἕλληνας ὑποδεχόμεθα. *Sabellianos, qui eundem Patrem & Filium esse docent, velut Græcos admittimus.* Ammonius in Catena ad Joh. 1. vl. 1. pag. 14. Τὴν Σαβελλίου αἵρεσιν διὰ τοῦτο καταβάλλει, τὰς ὑποστάσεις σημαίνων Πατρὸς καὶ Τ'ιοῦ. ὃ γὰρ ὑιοπατορίαν ἡ ἐκκλησία δοξάζει, καθὰ μυθεύων ὁ Λίβυς εἶπε. *Sabellii hæresin per hoc evertit, Patris ac Filii hypostases designans: non enim Filio-paternitatem esse Ecclesia existimat, uti Afer ille fabulando confinxit.* Eandem hæresin tuebatur Hermogenes, Tertulliani etiam σύγχρονος, unde hæretici isti non modò *Praxeani*, sed & *Hermogeniani* dicti sunt, teste Augustino hæresi 41. Eandem postea Noëtus quidam secutus est, à quo *Noëtiani* dicti. De eorum hæresi ita Theodoretus, hæret. fabul. lib. 3. cap. 3. pag. 228. Ἕνα φασὶν εἶναι θεὸν, καὶ πατέρα, τῶν ὅλων δημιουργόν· ἀφανῆ μὲν, ὅταν ἐθέλῃ, φαινόμενον δὲ, ἡνίκα ἂν βούληται. Καὶ τὸν αὐτὸν ἀόρατον εἶναι καὶ ὁρώμενον, καὶ γεννητὸν, καὶ ἀγέννητον· ἀγέννητον μὲν ἐξ ἀρχῆς, γεννητὸν δὲ, ὅτε ἐκ παρθένου γεννηθῆναι ἠθέλησεν. ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον, καὶ πάλιν αὖ, παθητὸν καὶ θνητόν. ἀπαθὴς γὰρ ὤν, φησι, τὸ τοῦ σταυροῦ πάθος ἑθελήτας ὑπέμεινε. Τοῦτον καὶ Τ'ιὸν ὀνομάζουσι καὶ Πατέρα, πρὸς τὰς χρείας τοῦτο κἀκεῖνο καλούμενον. *Unum dicunt Deum & Patrem esse, universorum creatorem: non apparentem illum, quando vult; & apparentem, quando voluerit. Invisibilemque eundem esse & visibilem; genitum & ingenitum: ingenitum quidem ab initio, genitum verò, quando ex Virgine nasci voluit. Impassibilem & immortalem, rursusque patibilem & mortalem. Impassibilis enim cùm esset, crucis, inquit, passionem sua sponte sustinuit. Hunc & Filium appellavit, & Patrem, prout usus exegerit, hoc & illud nomen sortientem.* Noëtum imitatus est Sabellius, ut jam vidimus. Hic exortus est circa annum Christi 250. De ejus hæresi multa veteres. Theodoretus hæret. fabul. lib. 2. cap. 9. pag. 223. Μίαν ὑπόστασιν ἔφησεν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Τ'ιὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἓν τριώνυμον πρόσωπον, καὶ τὸν αὐτὸν, ποτὲ μὲν ὡς Πατέρα καλεῖ, ποτὲ δὲ ὡς Τ'ιὸν, ποτὲ δὲ ὡς ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ ὡς Πατέρα νομοθετῆσαι, ἐν δὲ τῇ καινῇ ὡς Τ'ιὸν ἐνανθρωπῆσαι· ὡς Πνεῦμα δὲ ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοιτῆσαι. *Unam hypostasin esse dixit Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & unam triplicis nominis personam: eundemque nunc ut Patrem vocat, nunc ut Filium, nunc ut Spiritum Sanctum. Ac in veteri quidem Testamento, ut Patrem, legem tulisse: in novo autem, ut Filium, esse incarnatum, &, ut Spiritum Sanctum, ad Apostolos venisse.* Basilius M. epist. 64. pag. 847. Ἰουδαϊσμός ἐστιν ὁ Σαβελλισμὸς, ἐν προσχήματι χριστιανισμοῦ τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι ἐπεισαγόμενος.

γόμενος. Ὁ γὰρ ἓν πρᾶγμα πολυώνυμον λέγων Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ μίαν τῶν τριῶν τὴν ὑπόστασιν ἐντιθέμενος, τί ἄλλο ποιεῖ; οὐχὶ ἀρνεῖται μὲν τὴν προαιώνιον τοῦ μονογενοῦς ὕπαρξιν; ἀρνεῖται δὲ καὶ τὴν οἰκονομικὴν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν, τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον, τὴν ἀνάστασιν, τὴν κρίσιν· ἀρνεῖται δὲ καὶ τὰς ἰδιαζούσας τοῦ πνεύματος ἐνεργείας. *Sabellianissimus iste Judaismus est, sub prætextu Christianissimi in Evangelicam prædicationem invectus. Qui enim tres illas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti personas rem dixit esse unam, unamque trium posuit hypostasin, quid aliud facit? Annon sempiternam, quæ ante secula fuit, unigeniti essentiam negat? Negat simul & per dispensationem illius ad homines adventum, descensumque ad inferos, resurrectionem & judicium. Negat autem & proprias ac discretas Spiritûs operationes.* Vide eundem epist. 349. pag. 1129, 1130. Chrysostomus Homil. 6. in epist. ad Philippenses. pag. 34. Sabellius docuit, Ὅτι ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ὀνόματά ἐσι ψιλὰ καθ' ἑνὸς προσώπου κείμενα, *Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, nuda esse nomina, deque una persona poni.* Et Homil. 8 in epist. ad Hebræos: Ἡ Σαβελλίου αἵρεσις τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸ Πνεῦμα ἓν πρόσωπον εἶναι λέγει. *Sabellii hæresis Filium, & Patrem, & Spiritum Sanctum unam personam esse dicit.* Consulie etiam Theophylactus in potest Gregorius Nazianzenus Orat. 25. pag. 441. cap. 1. Joh. pag. 556. & in cap. 28. Matthæi, pag. 184. in cap. 14. Joh. pag. 769. Theorianus Legat. Armen pag. 56. Leontius de Sectis, pag. 398, & pag. 436. imprimis Epiphanius hæresi 62. pag. 223. Hisidorus Pelusiota epist. 247. lib. 1. pag. 69. Harmenopulus de Sectis, sect. 3. pag. 558. Zonaras & Balsamon ad Can. 1. Concilii Constantinopolitani. Eadem fuit hæresis *Montanistarum* seu *Pepuzianorum*, de quibus Theodoretus hæret. fab. lib. 3. cap. 2. pag. 227. Τινὲς αὐτῶν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς θεότητος Σαβελλίῳ παρατλησίως ἠρνήσαντο, τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντες καὶ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, παρατλησίως τῷ Ἀσιανῷ Νοητῷ. *Quidam eorum tres divinitatis hypostases, sicut Sabellius, inficiati sunt, eundem esse dicentes & Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, quemadmodum Noëtus Asianus.* Ammonius in Catena in Johannem, ad Ψ. 1. cap. 1. pag. 14. hanc hæresin non tantùm Sabellio, sed etiam Navato, Paulo Samosateno, & Marcello tribuit; scribit enim: Μίαν ὑπόστασιν λέγουσι τῆς Τριάδος Σαβέλλιος, Ναυάτος, Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Μαρκέλλος. *Unam in Trinitate hypostasin affirmant Sabellius, Navatus, Paulus Samosatenus & Marcellus.* Pro Ναυάτος omnino Νοητὸς, *Noëtus* restituendum: ejus enim hæc fuit hæresis, ut vidimus, non Navati.

β. Alii

β. Alii hæretici, *Tritheïtæ* dicti, in ſanctiſſima Trinitate tres ſubſtantias & naturas per omnia ſimiles dicebant, quamvis tres deitates, aut tres deos dicere omnino refugerent. Sic ergo impiè & abſurdiſſimè pluralitatem naturarum in una Deitate ſomniabant. De his in Bibliotheca Photii Cod. 24. pag. 16. ex Actis diſputationis hæreticorum coram Johanne, Patriarcha Conſtantinop. ſub Juſtino Imperatore: οὗτοι τὰς μὲν ἄλλας περὶ τὴν θεολογίαν λέγουσι φωνὰς εὐσεβεῖς, τριάδα ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυῆ, καὶ θεὸν ἕνα, καὶ μίαν θεότητα· βλασφημοῦσι δὲ, λέγοντες μερικὰς οὐσίας, καὶ ἰδικὰς θεότητας, καὶ ἰδικὰς φύσεις, τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι καὶ ἄλλα ἄττα ληροῦσι παραπλήσια ταύτης τῆς ματαιότητος. *Hi*, nempe Severus & Theodoſius, *multas circa Theologiam pias voces adhibent, ut Trinitatem conſubſtantialem eſſe, ejuſdemque naturæ, & unum Deum, unamque divinitatem: blaſphemant verò, dum ajunt, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum partiales eſſe ſubſtantias, propriaſque divinitates, & proprias naturas. Ita ſecum ipſi & cum veritate pugnantes, alia plura id genus deliramenta proferunt.* Hujus hæreſis inſanus defenſor exſtitit, tempore Phocæ Imperatoris, Johannes Philoponus, philoſophus Alexandrinus, quem hæreſis Tritheïtarum ducem fuiſſe ſcribit Nicephorus Calliſti lib. 18. cap. 46. & 47. Contra hunc Philoponum ejuſque errores ſcripſerunt Leontius monachus, & Georgius Piſides diaconus, teſte Nicephoro lib. 18. cap. 48. Leontius de Sectis, act. 5. pag. 476. eum αἱρεσίαρχον vocat, & dixiſſe monet, εἰ δύο λέγετε φύσεις ἐν τῷ χριστῷ, ἀνάγκη ὑμᾶς καὶ δύο ὑποστάσεις εἰπεῖν. *Si duas in Chriſto naturas eſſe dicitis, neceſſe eſt, vos etiam duas hypoſtaſes fateri.* Orthodoxi dixerunt, τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς εἶναι ὑποστάσεις, *ſanctæ Trinitatis tres eſſe hypoſtaſes.* Philoponus verò, Καὶ ἔγω τρεῖς φύσεις λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος. *Dicamus igitur etiam, tres in ſancta Trinitate naturas eſſe.* De iis, quæ hæretici contra deitatem Filii & Spiritus Sancti afferre ſolent, ſuo etiam agetur loco.

CAPUT IV.

De Deo Patre, & de omnipotentia Dei.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα.

HActenus generalem habuimus in Symbolum προθεωρίαν, deinceps partes ejus ſingillatim expendemus, quarum 1. eſt de Patre. 2. de Filio. 3. de Spiritu Sancto. 4. de Eccleſia. 5. de Baptiſmo. 6. de Reſur-

Resurrectione. 7. de Anathemate, quo percutiuntur Ariani. Primam hoc capite aggredimur, ubi tum *de Deo Patre*, tum *de Omnipotentia Dei.*

I. Pars est *de Deo Patre.* Vox Πατὴρ, de Deo usurpata, duplici modo sumitur, ut in Observationum cap. 7. jam monuimus.

1. Οὐσιωδῶς, *essentialiter*, pro tribus Deitatis personis, Patre nimirum, Filio, & Spiritu Sancto. Atque ita *Deus* vocatur Πατὴρ,

a. *respectu omnium creaturarum*, quas Deus, Patris instar, in creatione produxit, & Paterno affectu sustentat. Hoc vocis etymon significat, juxta autorem Definitionum apud Athanasium, t. 2. pag. 44. Εἴρηται Πατὴρ, ἢ ὡς τὰ πάντα τηρῶν, ἢ ὡς τοὺς ἰδικοὺς παῖδας τηρῶν καὶ σῳζων οἷα Πατήρ. *Dicitur* Πατὴρ, *vel quasi omnia conservans: vel quasi proprios filios conservans atque suffulciens ut Pater.* Eustathius in Iliad. θ. Πατὴρ θεὸς μὲν, ὡς τὸ πᾶν τηρῶν· ἄνθρωπος δὲ, ὡς τοὺς παῖδας τηρῶν. *Deus quidem Pater, ut qui omnia conservat: homo verò, ut qui filios tuetur.* Iterum apud Athanasium, quæst. miscell. quæst. 8. t. 2. pag. 442. Πατὴρ λέγεται ὁ θεὸς ὡς τὰ πάντα τηρῶν· ὡσανεὶ πάντων τηρητής. *Deus dicitur* Πατὴρ, *ut qui omnia conservat: ut conservator omnium.* Utrum etymologia hæc vera sit, non disputamus: allusio certè non est ἀλλόκοτος. *Deum autem Patrem* vocari respectu omnium rerum creatarum, agnoscunt veteres. Paucos adduxisse sufficiet, ne actum agamus, & loca, in Observationibus jam adducta, repetamus. Dicit Theophilus lib. 1. ad Autolycum, pag. 245. de Deo, Πατὴρ λέγεται διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων. Pater *dicitur, quia est ante omnia.* Imò, non tantùm quia ante omnia, sed etiam, quia autor omnium. Ita Chrysostomus homil. 8. in epist. ad Romanos, pag. 59. θεὸς οὐκ ἔστι μερικὸς θεὸς, ἀλλὰ πάντων Πατήρ. *Deus non est particularis Deus, sed Pater omnium.* Et Homil. 73. in Matth. ad cap. 23. vs. 9. quomodo nullus Pater sit vocandus: Οὐχ ἵνα μὴ καλῶσιν, ἀλλ' ἵνα εἰδῶσιν, ὃν κυρίως Πατέρα καλεῖν χρή. — Ἐκεῖνος γὰρ πάντων αἴτιος. *Non eum in finem, ut non appellent* quenquam Patrem, *sed ut sciant, quis propriè Pater sit appellandus.* — *Ipse enim omnium caussa & autor est.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 137. Πατέρα μὴ καλέσητε λέγων, ὃ κωλύει τὴν πρὸς τοὺς γονεῖς τιμήν. ἐκεῖ θέλει ἡμᾶς τιμᾶν τοὺς γονεῖς, καὶ μάλιστα τοὺς πνευματικοὺς πατέρας· ἀλλὰ πρὸς τὸ τὸν ἀληθῆ Πατέρα ἐπιγινώσκειν, τουτέστι, τὸν θεὸν, ἐνάγει κυρίως γὰρ Πατὴρ ὁ θεός. οἱ δὲ σωματικοὶ, οὐκ αἴτιοι τῆς γεννήσεως, ἀλλ' ὑπουργοὶ καὶ συνεργοί. Patrem ne vocetis *dicens, non prohibet honorem parentibus debitum, quia vult nos venerari parentes, & maximè spirituales Patres: sed in-*

inducit, ut verum Patrem agnoſcamus, hoc eſt, Deum. Deus enim propriè Pater eſt. Carnales enim parentes *non ſunt autores nativitatis, ſed cooperarii & miniſtri.* Reliqua ex Obſervationibus haberi poſſunt.

b. *reſpectu fidelium*, quos ſibi gratis adoptavit in filios. *Neque enim indignum eſt Deo, eorum fieri Patrem, quorum ſe Chriſtus fecerit fratrem*, inquit Bernhardus. Imò mavult *Pater*, quàm *Dominus* vocari. Hoc indicat Theodoretus ad Cantic. cap. 1. vſ. 1. pag. 999. Deum ſic compellans: Πέμψον μοι τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν, ὦ δέσποτα καὶ Πάτερ· τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο θέλεις ἀκούειν. *Mitte mihi unicum Filium tuum, ô Domine & Pater: magis enim Patris, quàm Domini appellatione delectaris.* Quia ille Pater noſter, nos etiam ſumus filii ejus. Auguſtinus in Pſal 88. *Dicimur & filii Dei, ſed ille aliter Filius Dei.* Nos ſumus filii adoptione, υἱοὶ θετοὶ, vel εἰσποίητοι, υἱοὶ κατὰ θέσιν, κατὰ χάριν. ſumus filii προσηγορίᾳ ἐπισκευαστῇ καὶ ἐπικτήτῳ, *appellatione adjectitia & adventitia*, ut loquitur Nyſſenus Orat. 3. contra Eunomium, t. 2. pag. 523. Cyrillus Jeroſol. Catecheſi 7. Ἔστιν ὁ θεὸς πολλῶν μὲν καταχρηστικῶς Πατὴρ, ἑνὸς δὲ μόνου Φύσει καὶ ἀληθείᾳ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ. *Deus multorum quidem per abuſionem Pater eſt, unius verò & ſolius naturâ & verè, nempe unigenæ Filii.* Iterum Auguſtinus in Pſal 88. *Et ipſe dictus eſt filius Dei, & nos dicti ſumus filii Dei. Sed quis erit ſimilis Domino in filiis Dei? Ille unicus, nos multi. Ille natus, nos adoptati. Ille ab æterno filius unigenitus per naturam, nos à tempore facti per gratiam.* Conſule Obſervat. noſtrarum cap. 7. Illud ipſum autem, quòd Deus Pater noſter vocari vult, noſtri nos admonet officii. Illi demum filii Dei ſunt, quibus vera pietas curæ eſt, & qui Patrem imitantur cœleſtem. Chryſoſtomus Homil. 112. t. 5. Υἱοὺς καλεῖ ἡ θεία γραφὴ τοὺς πάντῃ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ ἀνακειμένους. Filios *vocat divina ſcriptura eos, qui juſtitiæ & pietati ſe totos conſecrant.* Origenes lib. 1. contra Celſum, pag. 44. Πᾶς ὁ μηκέτι ὑπὸ Φόβῳ παιδαγωγούμενος, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν αἱρούμενος, υἱός ἐστι θεοῦ. *Omnis, qui non ampliùs ſub timore pædagogo degit, ſed virtutem propter ipſam eligit, filius Dei eſt.* Auguſtinus in Pſal. 52. *Filii hominum ſunt, quando malè faciunt; quando bene, filii Dei.* Ita Chriſtus Matth. 5: 45. jubet nos diligere inimicos noſtros, ut ſimus υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ut ſimus ſimiles Patri cœleſti ἐν ἀνεξικακίᾳ, *in tolerandis malis*, beneficiis afficientes non tantùm amicos, ſed etiam inimicos. Eleganter Clemens Alexandr. ſtrom. 7. Ὁ υἱὸς πατρὶ ἀγαθῷ χαρίζεται, σπουδαῖον ἑαυτὸν καὶ ὅμοιον τῷ πατρὶ παρεχόμενος. *Filius patri bono gratum facit, ſi ſeipſum probum & patri ſimilem exhibeat.* Id autem maximè

fit

fit implendo ea, quæ vſ. 45. cap. 5. Matthæi nobis præcipiuntur. Huc facit illud Chryſoſtomi Homil. 3. in epiſt. ad Romanos: Ἄνθρωποι κατ' αὐτὸ ὁμοιοῦνται θεῷ, ὅταν μηδὲν πάσχωσι παρὰ τῶν ἐπηρεάζειν βουλομένων, μηδὲ ὑβρίζωνται ὑβριζόντων, μηδὲ τυπτόντων τύπτωνται, μηδὲ καταγελῶνται καταγελώντων ἑτέρων αὐτούς. *Homines hac potiſſimùm in re ſimiles Deo efficiuntur, quoties mali nihil patiuntur ab iis, qui ipſis incommodare volunt: quoties non irrilæduntur ab iis, qui lædunt: non vapulant ab iis, qui verberant: non irridentur ab aliis eos irridentibus.* Photius epiſt. 193. pag. 292. ad monitum Chriſti reſpiciens, præclarè ſcribit: Τὸ μὲν δίκην ἀπαιτεῖν τὸν ἠδικηκότα, ἀνθρώπινον· τὸ δὲ μὴ ἀμύνεσθαι, Φιλόσοφον· τὸ δὲ καὶ εὐεργεσίαις ἀμείβεσθαι, λοιπὸν ἤδη θεῖον, καὶ μιμητὰς τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς τοὺς γηγενεῖς ἀποφαῖνον. *Actionem inſtituere contra eum, qui injuriâ affecit, humanum eſt: non ulciſci, philoſophicum: at benefactis compenſare, divinum, & Patris, qui in cœlis eſt, terrenos homines imitatores facit.* Et hoc eſt, quod θεοῦ μιμητὰς γίνεσθαι ὡς ἀγαπητὰ τέκνα, ad Epheſ. 5: 1. vocat Apoſtolus. Nec aliena ſunt iſta Senecæ, lib. 7. cap. 31. de Benef. pag. 74. *Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Non eſt mihi relata gratia. Quid faciam? Quod dii, omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeverant. Alius ipſis objicit negligentiam noſtri, alius iniquitatem: alius illos extra mundum ſuum projicit, & ignavos hebeteſque ſine ullo opere deſtituit, &c. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis ſuorum infantium arrident, non ceſſant dii beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus, ſed æquali tenore bona ſua per gentes populoſque diſtribuunt, unam potentiam ſortiti, prodeſſe.* Verùm; ut & hoc ὡς ἐν παρόδῳ tangamus; cùm quilibet noſtrum meritò cum ſancto Macario, ex homilia ejus octava, pag. 112. in hæc erumpat verba: Ἀνιμὴν οὐδένα εἶδον τέλειον ἄνθρωπον χριστιανὸν, *nondum quempiam vidi perfectum hominem Chriſtianum:* quæritur, quomodo ergo Salvator noſter Matth. 5: 48. nos hortetur: Ἔσεσθε ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστιν. *Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt?* Confer Deuteron. 18: 13. Levit. 11: 44. & 1. Joh. 1: 7. Reſp. Τέλειος εἶναι ὡς ὁ θεὸς τέλειός ἐστιν, idem ferè eſſe videtur quod Paulo ad Rom. 12: 2. δοκιμάζειν τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, *probare quæ ſit voluntas Dei bona illa, accepta & perfecta:* quod Muſonio apud Stobæum, τῆς πρὸς θεὸν ὁμοιώσεως ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, *ſummâ curâ eò eniti, ut Deo ſimiles fiamus:* Senecæ, lib. 1. de Clementia, cap. 19. pag. 327. *ex natura Dei ſe gerere:* idem, epiſt. 92. *habere animum, qualem Deum deceat.* Apoſite Nyſſenus

ſenus Orat. 1. in verba Dei, Faciamus hominem, t. 1. pag. 150. Τί ἐςι χριςιανισμός; θεῷ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου Φύσει. *Quid eſt Chriſtianiſmus? Habere cum Deo ſimilitudinem, quatenus eam natura humana capit.* Et de profeſſ. Chriſtiana, t. 3. pag. 271. χριςιανισμός ἐςι τῆς θείας Φύσεως μίμησις. *Chriſtianiſmus eſt naturæ divinæ imitatio.* Huc facit illud Auguſtini de Temp. ſerm. 76. *Similitudinem patris actus indicent ſobolis; ſimilitudo operis ſimilitudinem indicet generis: actus nomen confirmet, ut nomen genus demonſtret.* Ergo qui omnia pro virili præſtare conatur, quæ quinto Matthæi capite præcipiuntur, is τέλειος dici meretur reſpectu eorum, quibus nihil horum curæ eſt. Atque talem perfectionem agnoſcunt veteres, non aliam. Clemens Alexand. ſtromat. lib. 7. pag. 753. diſertis hoc affirmat verbis. Ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον, inquit, ὡς ὁ θεός ἐςι, γενέσθαι τινὰ τέλειον. Βούλεται δὲ ὁ Πατὴρ ζῶντας ἡμᾶς κατὰ τὴν τοῦ ἐυαγγελίε ὑπακοὴν ἀνεπιλήπτως, τελείους γίγνεσθαι. *Nequaquam fieri poteſt, ut aliquis ſit perfectus, quemadmodum Deus eſt: vult autem Pater nos ita viventes, & citra reprehenſionem Euangelio obedientes, perfectos fieri.* Gregorius Nyſſenus de vita Moſis, t. 1. pag. 169. verba Chriſti hunc in modum explicat: Ἐπὶ τῶν Φύσει καλῶν, κᾂν μὴ τοῦ παντὸς τυχεῖν δυνατὸν ᾖ, τὸ καὶ μὴ τοῦ μέρους ἀποτυχεῖν κέρδος ἂν εἴη μέγα τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Πᾶσαν τοίνυν ἐπιδεικτέον σπουδὴν, μὴ παντελῶς ἐκπεσεῖν τῆς ἐνδεχομένης τελειότητος· ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπ' αὐτῆς κτήσασθαι, ὅσον ἂν ἰδεῖν τοῦ ζητουμένου χωρήσωμεν. τάχα γὰρ τὸ οὕτως ἔχειν, ὡς ἀεὶ θέλειν ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, ἡ τῆς ἀνθρωπίνης Φύσεως τελειότης ἐςίν. *Etſi totum conſequi nequeas, tamen in rebus omnibus, quæ naturâ bonæ ſunt, non parvum eſt lucrum illis qui ſapiunt, vel partem earum aliquam conſequi. Omne igitur ſtudium adhibendum eſt, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam perveniri poteſt: tantumque illius poſſideamus, quantum capere poſſumus. Ita enim ſe habere; ut ſemper in bono plus habere velis, id ipſum forſan naturæ humanæ perfectio eſt.* Nervosè etiam ad eadem Chriſti verba Iſidorus Peluſiota epiſt. 335. lib. 5. pag. 660: Εἰκότως τὰ πράγματα ἀπὸ τῶν μειζόνων λαμβάνει τὰ παραδείγματα, ἵνα κᾂν τοῦ ἐλάττονος ἐΦικοίμεθα. Εἰ γὰρ καὶ ἀμίμητος ἡ δεσποτικὴ ἀρετὴ, ἀλλ' οὖν γε ὅταν κατὰ δύναμιν μιμεῖσθαι αὐτὴν σπουδάζωμεν, τῆς μιμήσεως ὐκ ἀπολειΦθησόμεθα. Ὥσπερ γὰρ οἱ γραμματισαὶ λαμβάνοντες τὴν γραΦίδα, τοῖς παισὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ κάλλους τὰ ςοιχεῖα γράΦουσιν, ἵνα κᾂν πρὸς τὸ καταδεέςερον ἔλθωσι τῆς μιμήσεως· οὕτω καὶ ἡ θεία χάρις ὑποδείγματα ἡμῖν ἀρετῆς προὔθηκεν, ἵν' ὡς ἐΦικτὸν μιμησώμεθα. *Meritò rerum exempla à majoribus petuntur, ut minimùm ad aliquam ſaltem perveniamus partem. Etiamſi enim Dominicam virtutem imitari non liceat, nihilominus,*

nus, si pro viribus eam imitari studeamus, imitatione minimè defraudabimur. Quemadmodum enim literatores acceptâ pennâ pueris elementa elegantissimè pingunt, ut vel minimam imitationis partem assequantur: ita etiam divina gratia exemplа virtutis nobis proposuit, ut ea, quantum fieri potest, imitemur. Particula igitur ὥστερ in verbis Christi non notat æqualitatem (nemo enim propriè perfectus est, nisi Deus. Philo: *Αἱ τελειότητες καὶ ἀκρότητες ἑνός εἰσι μόνου. Perfectiones & summitates unius tantùm sunt.* Et Clemens Alexand. Pædag. lib 1. cap. 10. Σοφὸς ὁ μόνος θεὸς, καὶ τελειος μόνος. *Solus Deus est sapiens, & solus perfectus:* unde τελειότατον καὶ θειότατον, *perfectissimum & divinissimum* Plutarchus in Catone junxit:) sed similitudinem quandam divinæ naturæ, quæ acquiritur imitando eam, præcipuè vel inimicis benefaciendo.

2. Vox, *Pater*, sumitur ὑποστατικῶς, *personaliter* pro *Deo Patre*, seu prima sanctissimæ Trinitatis persona. Proprium hoc ei nomen. Sic enim Gregorius Nazianzenus Orat. 36. pag 590. Ἴδιον ὄνομα τοῦ ἀνάρχου, Πατήρ. *Proprium ejus, qui principii expers est, nomen, Pater.* Vera de Deo Patre confessio exstat in epistola Alexandri, Episcopi Alexandrini, apud Theodoretum, hist. Eccles. lib. 1. cap. 3. pag. 533. Πιστεύομεν εἰς μόνον ἀγέννητον Πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον, νόμου καὶ προφητῶν καὶ εὐαγγελίων δοτῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ ἁπάντων ἁγίων κύριον. *Credimus in solum ingenitum Patrem, qui essentiæ suæ autorem nullum habet, qui converti aut mutari non potest, semper in iisdem & eodem modo se habens, nec profectum, nec decessionem recipiens, Legis & Prophetarum ac Euangeliorum dator, Patriarcharum & Apostolorum, & Sanctorum omnium dominus.* Pater autem vocatur respectu Filii. Ruffinus in expos. Symboli, pag. 514. Pater *cùm audis, filii intellige Patrem, qui filius suprà dictæ sit imago substantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus, nisi habeat vel possessionem, vel servum cui dominetur; & sicut nemo magister dicitur, nisi discipulum habeat: ita & pater nullo pacto quis dici potest, nisi filium habens.* Gennadius de Eccles. Dogm. cap. 1. *Sicut nunquam fuit non Deus, ita nunquam fuit non Pater, à quo filius natus.* Chrysol. serm. 59. *Credimus in Deum, eundem confitemur Patrem, ut eundem semper habuisse filium nos credamus.* Faustinus lib. contra Arianos: *Deus solus propriè verus est Pater, qui sine initio & sine fine pater est; non enim aliquando cæpit esse quòd Pater est, sed semper Pater est, semper habens filium ex se genitum.* Gregorius Nyssenus Orat. 2. contra Eunomium, t. 2.

t. 2. pag. 434. Φανερὸν, ὅτι ἡ τοῦ πατρὸς κλῆσις, οὐκ οὐσίας ἐστὶ παραστατικὴ, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σχέσιν ἀποσημαίνει *Perspicuum est, quòd patris appellatio non essentiam significat, sed relationis ad Filium index est.* Greg. Nazianzenus Orat. 35. pag. 573. Οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ πατὴρ, οὔτε ἐνεργείας· σχέσεως δὲ, καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. *Neque essentiæ nomen est* pater, *nec actionis: sed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem.* Theophanes Homil. 34. pag. 247. Ἔστι τοῦ υἱοῦ πατὴρ κατὰ τὴν θείκὴν οὐσίαν Φύσει. *Est filii pater juxta essentiam divinam naturâ.* Et quia non tantùm Filius per æternam generationem; de qua suo loco; sed etiam Spiritus Sanctus per processionem; quam itidem considerabimus capite de Spiritu Sancto; à Deo Patre est, hinc variis Pater insignitur epithetis & nominibus. Præcipua breviter constringere lubet. Vocatur ἀρχὴ, *principium, origo.* Quia ἀρχὴ significat ordinem unius ad alterum, & duplex est ordo in Deo; est enim *ordo ad creaturas*, & sic nomen ἀρχῆς est οὐσιῶδες, & commune omnibus SS. Trinitatis personis: est etiam *ordo originis*, cujus respectu una persona est ab alia, atque sic vox ἀρχὴ est σχετικὴ, & dicitur de Patre respectu Filii & Spiritus Sancti. Damascenus contra Manichæos, pag. 234. Ἀρχὴ ὁ πατὴρ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος οὐ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ κατ' αἰτίαν. *Principium Pater Filii & Spiritus Sancti, non temporis, sed causæ respectu.* Vocatur πηγὴ, *fons.* Dionysius Areopagita cap. 1. de Divinis Nominibus, pag. 420. Patrem vocat πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος, *fontem supersubstantialis deitatis.* Damascenus, lib. 1. Orthod. fidei cap. 15. pag. 55. Ὁ Πατὴρ πηγὴ καὶ αἰτία Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. *Pater fons & causa est Filii & Spiritus Sancti.* Vocatur αἰτία & αἴτιος, quibus vocibus orthodoxi *non causam* κυρίως & propriè dictam sed *principium* tantùm, & *originem*, ut jam dictum, denotari volunt. Sic Basilius M. lib. 1. adversùs Eunomium, non procul à fine, *Patrem* vocat αἴτιον & ἀρχὴ respectu Filii. Nazianzenus Orat. 29. ἀρχὴν, ὡς αἴτιον καὶ πηγὴν, *principium, tanquam causam & fontem.* Chrysostomus homil. 10. in 1. ad Corinthios: Πατὴρ αἴτιος τοῦ χριστοῦ, κατὰ τὸ πατέρα εἶναι. *Pater causa Christi, quatenus Pater est.* Theophylacto in cap. 5. Joh. pag 630. *Pater* dicitur αἴτιος τῷ Υἱῷ τοῦ εἶναι, *causa Filio ut sit.* Unum & alterum ex Latinis quoque audire juvabit. Ruffinus in Symbolum: *Filii autor est Pater, generando sine initio.* Tertullianus contra Praxeam cap. 8. *Nec dubitaverim Filium dicere & radicis fruticem, & fontis fluvium, & solis radium.* Ibidem: *Nec frutex tamen à radice, nec fluvius à fonte, nec radius à sole discernitur, sicut*

ſicut nec à Deo Sermo. Concilium Toletanum II: *Patrem quidem non genitum, non creatum, ſed ingenitum profitemur: ipſe enim à nullo originem ducit, ex quo & Filius nativitatem, & Spiritus Sanctus proceſſionem accepit. Fons ergo ipſe & origo eſt totius divinitatis.* Lactantius de falſa ſapientia lib. 4. cap. 8 *Quantò magis Dei vocem credendum eſt & manere in æternum, & ſenſu ac virtute comitari, quam de Deo Patre, tanquam rivus de fonte, traduxit?* Plura ex obſervat. noſtrarum capite ſeptimo petere licet, ubi etiam *Patris proprietates characteriſticas, quibus à Filio & Spiritu Sancto diſtinguitur*; quæ ſunt, quòd ſit ἀγέννητος & ἄναρχος, ſufficienter conſideravimus.

II. Sequitur conſideratio *Omnipotentiæ divinæ.* Patres Nicæni profitentur, ſe credere εἰς πατέρα παντοκράτορα, *in Patrem omnipotentem.* Παντοκράτωρ, juxta veteres Gloſſas, eſt *omnipotens.* Tertullianus & Auguſtinus reddunt *Omnitenens:* Prudentius *Omnipollens:* Irenæus *Omnium capax, & qui à nemine capitur.* Heſychius: Παντοκράτωρ, ὁ θεὸς, πάντων κρατῶν. *Omnipotens Deus, qui omnibus imperat.* Cyrillus Jeroſolymitanus Catech. Illum. 8. pag. 74 Παντοκράτωρ ἐϛὶν, ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων. Παντοκράτωρ *eſt, qui omnibus imperat, qui omnibus dominatur.* Damaſcenus contra Manichæos pag 364. Παντοκράτωρ, ὁ πάντα κρατῶν. Suidas: Παντοκρατορία, πανταρχία. *Univerſum imperium, omnium rerum imperium.* Theodotus apud Clementem Alexand. pag. 804. Ὡς γὰρ τὸ πῦρ ἰσχυρότατον τῶν ϛοιχείων, καὶ πάντων κρατῶν, ἕτω καὶ ὁ θεὸς παντοδύναμος καὶ παντοκράτωρ, ὁ δυνάμενος κρατῆσαι, κτίσαι, ποιῆσαι, τρέφειν, αὐξειν, σώζειν, σώματος καὶ ψυχῆς ἐξουσίαν ἔχων. *Sicut enim ignis fortiſſimum elementum eſt, & omnia ſub ſuo tenet imperio: ita etiam Deus omnipotens eſt & omnipollens, qui poteſt domare, creare, facere, nutrire, augere, ſervare, cùm in corpus & animam habeat poteſtatem.* Solius Dei epithetum eſt, & legitur tum in veteri, tum in novo Teſtamento: in illo frequentiſſimè, in hoc 2. Corinth. 6: 18. & in Apocalypſi ſepties. De hac voce pluribus agit Gregorius Nyſſenus Orat. 2. contra Eunomium, t. 2. pag. 467. Τὸ τοῦ παντοκράτορος ὄνομα, inquit, τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσιν εὑρίσκεται μὴ ἄλλο τι σημαῖνον ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως, ἢ τὸ πρὸς τί πως ἔχειν τὴν κρατητικὴν τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἐνέργειαν, ἡ τοῦ παντοκράτορος ἔμφασις ὑποδείκνυσιν. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἂν ἰατρὸς ἦν, εἰ μὴ τῶν νοσούντων χάριν, οὐδ' ἂν ἐλεήμων τε καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὰ τοιαῦτα κατωνομάζετο, εἰ μὴ διὰ τὸν οἰκτιρμοῦ καὶ ἐλέους δεόμενον· οὕτως οὐδὲ παντοκράτωρ, εἰ μὴ πᾶσα ἡ κτίσις τῶ περιπατοῦντος αὐτὴν, καὶ ἐν τῷ εἶναι συντηροῦντος ἐδέετο. Οὐκοῦν ὥσπερ ἰατρὸς τῷ δεομένῳ τῆς θεραπείας γίνεται, οὕτω καὶ παν-

παντοκράτωρ τῷ χρήζοντι τοῦ κρατεῖσθαι. Καὶ ὥστερ οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὕτως ἐκ τοῦ ἀκολούθως καλῶς ἐχειν εἰπεῖν, μηκέτι τοῦ κρατοῦντος χρήζειν ἐκεῖνον, ἐν ᾧ τὸ ἁπλανές τε καὶ ἀμετάπτωτον ἡ Φύσις ἔχει. Οὐκοῦν ὅταν τῆς παντοκράτωρ Φωνῆς ἀκούσωμεν, τοῦτο νοῦμεν, τὸ πάντα τὸν θεὸν ἐν τῷ εἶναι συνέχειν, ὅσα τε νοητὰ, καὶ ὅσα τῆς ὑλικῆς ἐστι Φύσεως. Διὰ τοῦτο γὰρ κατέχει τὸν γύρον τῆς γῆς, διὰ τοῦτο ἔχει ἐν τῇ χειρὶ τῆς γῆς τὰ πέρατα· διὰ τοῦτο περιλαμβάνει τὸν οὐρανὸν τῇ σπιθαμῇ· διὰ τοῦτο περιμετρεῖ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ· διὰ τοῦτο τὴν νοητὴν πᾶσαν κτίσιν ἐν ἑαυτῷ περιέχει, ἵνα πάντα ἐν τῷ εἶναι περιμένῃ τῇ περιεκτικῇ δυνάμει περικρατούμενα. Omnitenentis *nomen penitus & accuratè exquirentibus, non aliud quid in divina potentia significare invenitur, quàm quod illa vis & operatio, quæ universa, quæ in creatione considerantur, continet, quodammodo ad aliquid refertur. Hoc vocis* παντοκράτωρ *tacita ostendit vis & significatio. Quemadmodum enim medicus non esset nisi ægrotantium caussâ, neque miserator, neque misericors, & quæ sunt ejusmodi, cognominaretur, nisi propter eum, qui miseratione & misericordia indiget: sic neque omnipotens, nisi creatura omnis eo indigeret, qui ipsam potenter complectatur & in natura sua conservet. Quemadmodum igitur medicus sit ei, qui curatione indiget: ita etiam omnipotens sive cunctitenens ei, qui eget, ut contineatur: & quemadmodum qui bene valent, medico non habent opus, sed qui malè habent: sic ex consequenti optimè inferre licet, non ampliùs illum continente sive conservante indigere, in quo natura est omnino erroris nescia, & mutationis expers. Cùm igitur vocem* παντοκράτωρ *audimus, hoc mente concipimus, Deum omnia in suo esse, sive in sua natura & essentia continere, & quæ intelligentiâ solaque mente cernuntur, & quæ materiali natura constant. Propterea namque terræ gyrum sive orbem continet: propterea in manu habet terræ fines: propter eandem caussam cœlum palmo complectitur: propterea aquam manu commensurat: propterea omnem incorpoream & sub intelligentiam cadentem creaturam in se ipso comprehendit, ut omnia in suo esse sive in sua natura maneant, potentia continente comprehensa & contenta.* Eandem hujus vocis vim sic exponit Theophilus lib. 1. ad Autolycum, pag. 246. Παντοκράτωρ λέγεται, ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει· τὰ γὰρ ὕψη τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐστι. Παντοκράτωρ *vocatur* Deus, *quia ipse omnia tenet & continet: etenim altitudines cœlorum, & profunditates abyssorum, & orbis habitabilis fines in manu ejus sunt.* Vide etiam Dionysium Areopagitam cap. 10. de Divinis Nominibus, sect. 1. pag. 658, 659. ubi Pachymeres, pag. 665. à Dionysio obscurius dicta, clariùs sequentibus proponit: Λέγεται

γεται παντοκράτωρ, ὅτι πάντα κρατεῖ καὶ ἐξουσιάζει, καὶ ἐπαρκεῖ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ τοῖς διοικουμένοις ἅπασι. *Dicitur* παντοκράτωρ, *quia omnibus imperat & dominatur, & sufficit poteſtas ejus omnibus, qui ab ipſo gubernantur.* Quemadmodum verò Patres Nicæni hoc loco Patrem confitentur eſſe παντοκράτορα, ita etiam alii ex veteribus παντοκρατορίαν, ut plurimùm, Deo Patri tribuerunt. Origenes lib. 7. contra Celſum, pag. 338. ἐχρῆν δὲ αὐτὸν ἐκθέσθαι αὐταῖς λέξεσι τὰς προφητείας· ἔιτ' ἐν αἷς θεὸς παντοκράτωρ ἐπηγγέλλετο εἶναι ὁ λέγων, ἔιτ' ἐν αἷς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἔιτε καὶ ἐν αἷς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγον εἶναι ἐπιςεύετο. *Atqui debuerat* Celſus *totidem verbis recitare ipſas prophetias, quibus ſe quis aut Deum omnipotentem aſſeverat, aut Dei Filium, aut quibus perſuadet ſe eſſe Sanctum Spiritum.* Polycarpus in epiſt. Eccleſiæ Smyrnenſis, apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 15. pag. 38. b. Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ χριστοῦ Πατήρ. *Domine Deus omnipotens, dilecti & benedicti filii tui Jeſu Chriſti Pater.* Harmenopulus de fide orthod. pag. 576. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανὸν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα. *Eum, qui verò Chriſtianus eſt, credere oportet in unum Deum Patrem omnipotentem.* Cæſarius, quæſt. 2. pag. 10. Πατὴρ ὁ παντοκράτωρ. *Omnipotens eſt Pater.* Conſtitut. Apoſt. lib. 1. proœm. Οἱ παῤῥησίαν ἐληφότες τὸν παντοκράτορα Πατέρα καλεῖν. *Qui libertatem acceperunt omnipotentem vocandi Patrem.* Hæc παντοκρατορία, *omnipotentia*, Deo in ſacris tribuitur, quando ei aſſignatur ἐξουσία, quod ſit Lucæ 12: 5. Act. 1: 7. Judæ vſ. 25. Quando vocatur κύριος & δεσπότης. Vocatur namque κύριος, διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων, *quia univerſis dominatur*, ut inquit Theophilus lib. 1. ad Autolycum, pag. 245. In Appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139. Κύριος λέγεται, ὅτι κυριεύει πάσης τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀναπνοῆς, ἤγουν πάσης τῆς κτίσεως, οὗ ἡ κυρεία ἀπέραντος. *Dominus dicitur, quia toti dominatur terræ, & omnibus reſpirantibus, id eſt, omnibus rebus creatis: cujus dominium infinitum eſt.* Appellatur δεσπότης, ut eſt in Appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139. ὅτι δεσπόζει ἐν τῇ δυναςείᾳ αὐτοῦ ἀπ' αἰῶνος, καὶ ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, μόνος ὑμνεῖται καὶ δοξάζεται ὡς δεσπότης ἀΐδιος· καὶ πάντες τὸν δούλειον αὐχένα τούτῳ ὑποκλίνομεν, *quia dominatur in dominio ſuo ab æterno, & ab una extremitate mundi ad aliam ſolus laudatur & celebratur ut æternus Dominus: noſque ei omnes cervicem noſtram, tanquam ſervi, ſubmittimus.* Photius epiſt. 162. pag. 215. Vocis, θεὸς, τρία dicit eſſe σημαινόμενα· ἓν μὲν τὸ κυρίως καὶ πρώτως ὄν, οὗ ἐν τῇ χειρὶ πάντα, καὶ ὃς ἁπάντων δεσπόζει· τὰ γὰρ σύμπαντα δοῦλα σά. *Unum, quòd ſit propriè ac primario ENS, cujus in manu omnia ſunt, & qui omnibus dominatur*

minatur : Omnia enim ſerviunt tibi. Omnipotentia *Dei etiam* inde eſt manifeſtiſſima, quia à nemine dependet, & abſolutum *in omnes habet* dominium. Hinc Deuteron. 10: 17. dicitur *Deus deorum*, & *Dominus dominorum*, θεὸς τῶν θεῶν, καὶ Κύριος τῶν κυρίων. Ita etiam Pſal. 136: 2, 3. & 1. Timoth. 5: 15. Theodoretus ad Pſal. 136. pag. 937. θεῶν ἐνταῦθα οὐ τῶν εἰδώλων λέγει· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν ἐκάλεσε τῶν οὐκ ὄντων θεόν· οὐ γάρ ἐςιν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. καλεῖ τοίνυν θεοὺς τοὺς ἱερωσύνῃ τετιμημένους, τοὺς υἱοὺς θεοῦ χρηματίσαντας. Deos *hoc loco non idola dicit : non enim ipſum Deum eorum, qui non ſunt, appellâſſet. Nam* Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. *Eos igitur vocat* Deos, *qui ſacerdotii honore funguntur, qui filii Dei vocantur.* Vel, in genere *Deus deorum* vocatur, id eſt, ſupremus omnium, qui munus aliquod divinum gerunt, ut ſunt Angeli & homines. De Magiſtratibus & Judicibus hoc diſertè pronunciat Pſal. 82: 1, 6. ubi Theodoretus, pag. 727. & 728. Τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας θεοὺς, ὡς τὸ κρίνειν πεπιςευμένους, ὠνόμασεν. Οὕτως αὐτοὺς καὶ ὁ νόμος ἀποκαλεῖ· θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Ἐπειδὰν γὰρ ἀληθῶς κριτὴς ὁ θεός ἐςιν, ἐνεχειρίσθησαν δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι κρίνειν, προσηγορεύθησαν οἱ ταῦτα πεπιςευμένοι θεοὶ, ἅτε δὴ θεὸν ἐν τούτῳ μιμούμενος. *Judæorum Principes* deos, *utpote quibus judicandi officium commiſſum erat, nominavit. Eodem modo etiam ipſos Lex vocat :* Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices. *Quoniam enim verè judex eſt Deus, & hominibus judicandi officium commiſſum eſt, propterea etiam homines, quibus idem officium concreditum eſt,* dii *nuncupati ſunt, tanquam in hoc Deum imitantes.* Idem ad Exodi 22: 28. pag. 101. Τὲς κριτὰς ὀνομάζει θεὲς, ὡς κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ κρίνειν πεπιςευμένους. *Judices appellat* deos, *ut quibus ad imitationem Dei omnium commiſſum eſt judicandi munus.* Eandem ob cauſſam 1. Timoth. 6: 15. vocatur βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, *Dominus dominantium :* qui titulus etiam Chriſto tribuitur Apocal. 17: 14. Primariè autem in Apoſtoli loco id Deo Patri competit, qui ideo Matth. 5: 35. βασιλεὺς μέγας, *Rex ille magnus* audit. Pſal. 103: 19. Ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει. *Regnum ipſius omnibus dominatur.* Ad quæ Theodoretus, pag. 806. Ἐν οὐρανῷ μὲν ἔχει τὸν θρόνον τῶν ὅλων ὁ Κύριος, ἐφορᾷ δὲ καὶ πρυτανεύει τῇ κτίσει, ἅτε δὴ πάντων ὢν δημιουργὸς, καὶ βασιλεὺς, καὶ δεσπότης. *In cœlo quidem habet ſolium univerſorum Dominus, univerſi autem mundi machinam inſpicit & moderatur, ut qui omnium eſt opifex, & rex, & Dominus.* Philo de Deo loquens, in Decalogi expoſitione, Βασιλεὺς τῶν βασιλέων, καὶ θεὸς θεῶν. In additamentis ad Eſtheram 14: 12. Βασιλεῦ τῶν θεῶν, καὶ πάσης ἀρχῆς ἐπικρατῶν. Ita Gentiles de fictis etiam Numinibus ſuis. Horatius: *Re-*

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis.

Seneca apud Lactantium lib. 1. cap. 4. *Rectoris orbis terrarum cœlique, & deorum omnium Dei, à quo ista Numina, quæ singula adoramus & colimus, suspensa sunt.* De Jove Hesiodus:

Αὐτὸς γὰρ πάντων βασιλεὺς, καὶ κοίρανός ἐστιν
Ἀθανάτων. ———

Ipse namque omnium rex, & dominus est
Immortalium deorum.

Ab ipso Deo; ut & alia summi Numinis attributa quædam; humanæ adulationis studium hoc ipsum ad terrenos reges deflexit. Vide Danielis 2: 37. Julianus Misopogone: Κέκτημαι ὄδὲν, καὶ ταῦτα βασιλεὺς ἀνδρῶν μέγας. *Nihil possideo, idque cùm magnus appeller Imperator.* Homerus de Jove Il. θ'. ὑ. 31. — Πατερ κρειόντων. *Summe regum.* Vetus Scholiastes: Βασιλεῦ βασιλέων. Vide etiam Odyss. ά. vs. 45, 81. & ώ. vs. 472. Hesychius: Πατερ κρειόντων· βασιλεῦ βασιλευόντων. Eandem Dei ταυτοπρατορίαν etiam id arguit, quòd 1. Timoth. 6: 15. appellatur μόνος δυνάστης, *solus potens.* Eodem sensu Lucæ 1: 49. Ὁ δυνατός. 2. Maccab. 15: 29. Ὁ δυνάστης τῶν δυνάσης. Et cap. 12: 15. Ὁ μέγας τοῦ κόσμου δυνάστης. cap. 15: 23. δυνάστης τῶν οὐρανῶν. cap. 3: 24. Ὁ τῶν πατέρων κύριος, καὶ πάσης ἐξουσίας δυνάστης. Lib. 3. ὁ τῆς πάσης κτίσεως δυναστεύων. Sirach. 46: 6. ὕψιστος δυνάστης. simplicius in cap. 31. Epicteti: θεὸς δύναμιν ἔχει ἰσχυροτάτην. Æschylus apud Clementem Alexandrinum, strom. 5. pag. 611.

——— Δυνατὴ γὰρ δόξα ὑψίστου θεοῦ.

Gloria altissimi Dei potens est.

Hinc quoque δυναστεῦον pro Numine apud Hippocratem. Apuleius lib. de deo Socratis: *Nihil est Deo potentius.* Lactantius Institut. lib. 2. c. 9. *Per æternitatem fortis est, per fortitudinem potestatis immensæ.* Nec parvi momenti est, quòd ab Apostolo additur vox μόνος, nam *Solus habet rerum omnium potestatem*, inquit Lactantius Institut. lib. 2. cap. 17. Idem lib. de Ira Dei cap. 11. *Unus est, in quo vis & potestas consummata est.* Augustinus in Psal. 66. *Parùm est nobis dicere, facit hoc Deus*, &c. *sed solus* hæc

hæc facit. Cyprianus lib. de Idolorum vanitate, pag. 289. *Unus igitur omnium Dominus eſt Deus: neque enim illa ſublimitas poteſt habere conſortem, cùm ſola omnem teneat poteſtatem.*

Hæc παντοκρατορία æterna eſt, nec ullis temporum definita & circumſcripta cancellis. Propterea Apoſtolus 1. Timoth. 1:17. Deum expreſsè vocat τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων, *regem illum æternum.* Pachymeres in cap. 5. Dionyſii Areopagitæ de divinis Nominib. pag. 581. Βασιλεὺς λέγεται τῶν αἰώνων, ὡς πάντα αἰῶνα, καὶ τᾶν ὂν περιέχων, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τμήματα, τὸ ἦν, τὸ ἔσαι, τὸ γενέσθαι, τὸ γίνεσθαι διαπεφευγώς· ταῦτα γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως. *Dicitur* rex ſeculorum, *ut qui omne ſeculum, & ens omne complectitur, & temporis partes, erat, erit, factum eſſe ac fieri effugit: quoniam hæc rebus noſtris, naturæque fluxæ conveniunt.* De Deo verum, quod malè Servius ad Æneid. 3. de Saturno: *Dicitur Deus eſſe æternitatis & ſeculorum.* Huc facit etiam illud Pſal. 146:13. ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. *Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione.* Ad quæ notanda hæc Theodoreti, pag. 967. Ἀπέραντον ἔχεις τὸ κράτος, καὶ ἀΐδιον τὴν βασιλείαν, οὔτε ἀρξαμένην, οὔτε λήξασαν. *Nullo fine concluſum habes imperium, & æternum regnum, neque incipiens, neque finiens.*

Et, quod minimè omittendum, nos hujus omnipotentis regis atque Imperatoris dominio eſſe ſubjectos, noſtrâ, non ipſius, plurimùm refert. Pſal. 16.2. David Deum ita alloquitur: טובתי בל יעלין LXX. Interpp. reddunt: Τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις. *Bonorum meorum non indiges.* Arabs: *Tu es non indigens operum bonorum meorum.* Theodoretus ex hac interpretatione, pag. 446. Ἀνενδεὴς γὰρ ὑπάρχεις καὶ τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης οὐ χρήζεις ἀλλ' ὅ,τι ἄν τις ἀγαθὸν δράσοι, αὐτὸς ὠφέληται· σοὶ δὲ κέρδος ἐντεῦθεν οὐδέν. *Nam omnibus bonis cùm affluas, humanæ juſtitiæ non indiges: verùm, quodcunque quis bonum fecerit, eo ipſe juvatur, tibi verò nullum inde emolumentum provenit.* Hunc eſſe verborum iſtorum ſenſum nemo facilè negaverit: verba tamen Davidis id non ſignificant, quod LXX. Interpretes volunt. Optimè verſio Tigurina: *Bonum meum nihil ad te.* Ita Beza in interpretatione: *Beneficentia mea non ad te.* In Paraphraſi verò: *A me nihil quidquam proficiſci poteſt, quod tibi commodet.*
Buchananus:

——— *Sed tibi*
Omni ex parte beato officiis nihil opus eſt meis.

Appol-

Appollinarius: Οὐδὲ γὰρ ἡμετέρων ἀγαθῶν ἐπιδεύεαι αὐτός.

Neque enim noſtrorum bonorum eges ipſe.

Adhuc elegantius & nervoſius, in incomparabili ſua Pſalmorum Metaphraſi, Duportus:

Εἰ ἐσθλόν πεν ἔρεξα, σὲ δ' ἐδ' ὡς ἔποτ' ὄνητε,
Οὐδέ τι σοὶ τῶν ἦδος, ἃ με πέλεν ἀίσιμα ἔργα.

Si boni quid fortè *feci, at tibi ne ſic quidem unquam profui,*
Nec ullum tibi ex iis commodum, quæ mea fuerunt recta opera.

Auguſtinus de Gen. ad lit. lib. 8. cap. 11. *Ille noſtra ſervitute non indiget, nos verò dominatione illius indigemus, ut operetur & cuſtodiat nos: & ideo verus & ſolus eſt Dominus, quia non illi ad ſuam, ſed ad noſtram utilitatem ſalutemque ſervimus. Nam ſi nobis indigeret, eo ipſo non verus Dominus eſſet, cùm per nos ejus adjuvaretur neceſſitas, ſub qua & ipſe ſerviret.* Idem ad Pſal. 69. Dixi Domino, Deus meus es tu, *quare? quoniam bonorum non eges. Ille non eget noſtri, nos egemus ipſius; ideo verus Dominus. Nam tu non valde verus Dominus ſervi tui; ambo homines, ambo egentes Deo. Si verò putas egere tui ſervum tuum, ut des panem, eges & tu ſervi tui, ut adjuvet labores tuos. Uterque veſtrûm altero veſtrûm indiget: itaque nullus veſtrûm verò Dominus, & nullus veſtrûm verè ſervus. Audi verum Dominum, cujus verus es ſervus,* Dixi Domino, Deus meus es tu: *quare tui Dominus?* quoniam bonorum meorum non eges. Chryſoſtomus in Pſal. 44. Ὁ θεὸς εὐλογίας οὐ δεῖται, ἐδὲ χάριτος· ἀνενδεὲς γὰρ τὸ θεῖον. *Deus neque benedictione, neque gratia indiget: Numen enim nullius rei indigum.* Clemens Alexandr. ſtrom. 6. pag. 635. Ἀνεπιδεὴς ὁ θεὸς, οὗ τὰ πάντα ἐπιδέεται, καὶ δι' οὗ ἐστι. *Deus nullis indigens, cujus indigent omnia, & per quem ſunt omnia.* Hierocles: Ὅστις τιμᾷ τὸν θεὸν ὡς προσδεόμενον, οὗτος λέληθεν οἰόμενος ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ εἶναι κρείττονα. *Qui Deum honorat, quaſi hujus rei indigum, ille non conſiderat, quòd ſe ipſum Deo præſtantiorem putet.* Philo lib. Quòd Deus immutabilis: Λαμβάνει παρ' οὐδενὸς οὐδὲν· πρὸς γὰρ τῷ ἀνεπιδεεῖ καὶ τὰ σύμπαντα κτήματα ἔχει. *Nihil à quoquam accipit: nam præterquam quòd nullo indiget, omnia etiam poſſidet.* Idem lib. de Fortitud. Ἀνεπιδεὴς, οὐδενὸς χρῄζων, αὐτὸς ἑαυτῷ αὐταρκέστατος. *Nullo indiget, nemine eget, ipſe ſibi ipſi ſufficientiſſimus eſt.* Lactantius lib. 6. cap. 25. Omnium,

Digitized by Google

Omnium, quæcunque ſunt, plenus eſt, & omnium minimè indigus. Symmachus, referente Theodoreto, verba Pſalmi hoc modo interpretatus eſt, Ἀγαθόν μοι ὐκ ἔϛιν ἄνευ σου. *Bonum mihi non eſt ſine te.* Addit, explicationis gratiâ, Theodoretus: Πᾶσά φησι τῶν ἀγαθῶν ἡ Φορὰ διὰ τῆς σῆς ὑπάρχει μοι χάριτος. *Omnis, inquit, bonorum abundantia ob tuam gratiam mihi adeſt.* Veriſſima omnia, non tamen is verborum ſenſus eſt; quemadmodum nec ille, quem Syrus expreſſit, *Bonum meum à te eſt.* Atque hæc de Omnipotentia Dei dixiſſe ſufficiat: quæ de ejus *Objecto* neceſſariò ſunt obſervanda, peti debent ex Obſervationum noſtrarum cap. 11. ubi docemus, quoſdam Dei potentiam anguſtioribus quàm par eſt finibus coarctantes, aſſerere, Deum ea tantùm poſſe, quæ velit, ac proinde omnia, quæ nolit, ab objecto potentiæ ejus eſſe removenda: nos verò demonſtramus, *Deum plura poſſe, quàm vult.* Docemus, objectum potentiæ divinæ eſſe τὸ δυνατὸν, ſive quod non eſt ἀδύνατον, ſeu ἀντιφατικὸν, *quod contradictionem non implicat.* Ex his duo deducimus τορίσματα, *alterum*, in Deum nullum cadere poſſe defectum, nullam imperfectionem, ac proinde eundem *non poſſe mala patrare, non poſſe peccare, non poſſe mentiri, non poſſe injuſtè agere, non poſſe ſeipſum negare, non poſſe turpia*, &c. hæc enim omnia eſſe ἀντιφατικὰ, cùm attributum ſubjecto repugnet. Nam ſi poſſet mala, non eſſet ἀυτοαγαθότης, adeoque non eſſet Deus. Si poſſet peccare, deficientis eſſet virtutis, cùm peccare ſit in agendo deficere; atque ita non eſſet omnipotens, ac proinde neque Deus. *Alterum* eſt, *Non poſſe, quæ facta ſunt, infecta reddi*, quia factum & infectum ſe habeant ut affirmatio & negatio, ens & non ens, ac proinde ἀντιφατικῶς opponantur. Quæ omnia ex Antiquitate Eccleſiaſtica ibidem confirmantur.

CAPUT V.

De creatione Cœli & Terræ, viſibilium & inviſibilium.

Ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων.

PRæcipua capita, quæ à Patribus proponuntur hoc loco credenda, ſunt duo: nempe profitentur, ſe credere, *Deum eſſe creatorem cœli & rerum inviſibilium:* eundem eſſe *creatorem terræ & rerum*

rerum visibilium. Nos, eorum secuti vestigia, tria maximè subjicimus examini: *Creationem cœli, creationem invisibilium,* & *creationem terræ cum rebus visibilibus.*

I. *Creatio Cœli.* Circa vocem οὐρανὸς consideramus

1. *Etymon.* Sunt qui οὐρανὸς deducunt à verbo ὁρᾶν. Ita Basilius Orat. 3. in Hexaëm. pag. 40. Παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἡ τοῦ οὐρανοῦ προσηγορία, *ab* ὁρᾶσθαι, videri, *deducta est* οὐρανοῦ, cœli, *appellatio.* Plato, ut testatur Eusebius Præparat. Euangel. lib. 11. pag. 304. dicitur οὐρανὸς διὰ τὸ ἄνω ὁρᾶν ποιεῖν, *quòd faciat ut sursum videamus.* Nec aliter Ambrosius in Hexaëm. *ab* ὁράω, *quasi* ὁρανὸς, *quòd sit visui pervium Cœlum & minimè densum, ut aqua & terra.* Alii derivant ab ὅρος. Aristoteles de Mundo: Οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν, ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω. Οὐρανὸν *ab etymo vocamus, quòd sit terminus eorum, quæ suprà sunt.* Eodem concedit Philo de Mundo. Alii tandem ab οὐρῶ, τὸ Φυλάττω, quòd custodiat omnia ac conservet. Verùm hæ etymologiæ omnes allusiones potiùs sunt. Est enim οὐρανὸς à Chaldaico אורא / *lux:* unde & ὁρᾶν & αὔριον, *cras, aurora, aura,* pro splendore, & *aurum.* Ipsum verò est ab אור / *lucere, illuminare.*

2. *Explicationem vocis.* Suidas: Οὐρανός ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον. *Cœlum est extrema circumferentia, in qua divinum omne constitutum est.* Gregorius Nyssenus in Hexaëm. t. 1. pag 29. Τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς συνήθως ἡ γραφὴ οὐρανὸν λέγει. *Quod capiti nostro impendet, id Scriptura cœlum vocare solet.* Et Orat. 12. contra Eunomium, t. 2. pag. 786. Ὅταν τὴν τῶν ὑποκειμένων περιοχὴν ἐξετάζωμεν, ᾧ πᾶσα ἡ ὑλικὴ περικρατεῖται Φύσις, οὐρανὸν τοῦτον προσαγορεύομεν, τὸν τῶν ὁρατῶν πάντων ὅρον γινόμενον. *Cùm inferiorum corporum ambitum exquirimus, quo omnis materialis continetur natura, hoc cœlum appellamus, quod visibilium omnium terminus efficitur.* Damascenus lib. 2. Orthod. fidei, cap. 6. pag. 81. Οὐρανός ἐστι περιοχὴ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων κτισμάτων. *Cœlum est complexus visibilium & invisibilium creaturarum.* Accuratè verò si loqui velimus, per *cœlum* Genes. 1:1. meritò intelligimus aliquid distinctum ab ea cœli parte, quæ secundo die creata est, & רקיע dicitur. Constat enim, esse *cœlum* ab eo, quod dividit inter aquas superiores ac inferiores, & in quo stellæ sunt, distinctum. Quod vocatur *Cœlum cœlorum, tertium Cœlum, Paradisus.* Vide sub *Divisione.*

3. *Causam efficientem.* Patres Nicæni ποιητὴν οὐρανοῦ, *creatorem cœli* dicunt esse Πατέρα παντοκράτορα, *Patrem omnipotentem.* Irenæus adv. hæres. lib. 1. cap. 2. dicit nos credere εἰς ἕνα θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, τὸν πεποιη-

πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, *in unum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum & terram & maria, & quæcunque in iis sunt.* Hinc Gregorius Nyſſenus Orat. 3. in reſurrect. Chriſti, t. 3. pag. 426. dicit, Μέγας ὁ οὐρανὸς, τεχνικὸν τοῦ θεοῦ δημιούργημα. *Magnum cœlum, artificioſum Dei opificium eſt.* Graviſſimè ergo hallucinati ſunt,

a. *qui cœlum dixerunt æternum eſſe.* Peripatetici aſſeruerunt, cœlum ſemper fuiſſe, & ſemper futurum eſſe. Eos intelligit Baſilius M. Homil. 1. in Hexaëm. t. 1. pag. 6. quando ſcribit: Συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ θεῷ τὸν οὐρανὸν ἀπεφήναντο. *Cœlum ab æterno cum Deo exſiſtere pronunciarunt.* Refutationem vide infrà, ubi *de Mundo.*

b. *qui ex cœlo Deum facientes illud adorarunt.* Græci Romanique per *Jovem* intellexere *cœlum.* Quod factum imitatione Orientis. De Perſis Herodotus lib. 1. Κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. *Omnem cœli gyrum vocantes Jovem.* Et Strabo lib. 16: Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. *Cœlum exiſtimantes Jovem.* In hac opinione non modò vulgus Græcorum ſtultè cum Perſis ſapiebat, ſed etiam magnus Pythagoras. Quippe & illi Æther Deus erat, ſideraque ejus eſſe Numinis oculos judicabat. Sic enim de eo Epiphanius adv. hæreſes lib. 1. hæreſi Gentilium 5. Σῶμα δὲ ὁ Πυθαγόρας λέγει εἶναι τὸν θεὸν, τουτέστιν, οὐρανόν· ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἄλλα ὥσπερ ἐν ἀνθρώπῳ, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν στοιχεῖα. *Pythagoras ait, Deum eſſe corpus, id eſt, cœlum: ejuſque oculos, cæteraſque tanquam in homine partes, Solem & Lunam conſtituit, ac reliquas ſtellas, & elementa cœleſtia.* De Gentilibus Chryſoſtomus Homil. 1. ad populum Antiochenum refert, eos ἐκπλαγέντας τὸ μέγεθος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ θαυμάσαντας αὐτοῦ τὸ κάλλος, νομίσαι αὐτὸν εἶναι θεὸν, *admiratos cœli magnitudinem, & ob ejus pulchritudinem obſtupefactos, exiſtimaſſe illud eſſe Deum.* Idem, Homil. 67. t. 6. Τινὲς τὸν ποιητὴν ἀφέντες, αὐτὸν τὸν οὐρανὸν προσεκύνησαν. *Quidam, relicto Deo, ipſum adorarunt cœlum.* Baſilius Homil. 1. in Hexaëm. pag. 6. Dixerunt, οὐρανὸν εἶναι θεὸν ἄναρχον, καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τῆς τῶν κατὰ μέρος οἰκονομίας αἴτιον, *cœlum eſſe Deum, principio carere, æternum, & rerum adminiſtrationis ſingularis cauſſam eſſe.* Hi, ab errore ſuo, vocantur *Cœlicolæ.* Veteres Gloſſæ: Ὁ σέβων τὸν οὐρανόν. *Cœlicola.* Latinam vocem retinent Græci. In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. 1. Cod. Οἱ κελικόλαι, ἐὰν μὴ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μεταδιώξωσιν, ὡς αἱρετικοὶ τιμωροῦνται. *Cœlicolæ, niſi fidem orthodoxam ſectati fuerint, tanquam hæretici puniuntur.*

c. *qui*

c. *qui cœlum ab Angelis creatum asserunt.* Hæc fuit impia Basilidis sententia, de quo Theodoretus hæret. fab. lib. cap. 4 pag. 195. Ἔφησεν, ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους δημιουργῆσαι τὸν οὐρανόν· ἐκ δὲ τῆς τούτων ἀπορροίας ἄλλους γενομένους ἀγγέλους, ἄλλον οὐρανὸν ποιῆσαι τῷ πρώτῳ προσόμοιον. *Dixit Angelos & Archangelos cœlum condidisse: Ex horum porrò defluxu productos alios Angelos, aliud cœlum fecisse primo consimile.* Sed de hoc errore plura in sequentibus.

4. *Finem*, qui est ipsius *Dei gloria*, cujus cœlum est evidentissimum testimonium Psal. 8:4. ubi Theodoretus, pag. 426. Ἱκανά φησι καὶ τὰ στοιχεῖα, τὴν σὴν, ὦ δέσποτα, δεῖξαι μεγαλουργίαν, καὶ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ σελήνη, καὶ ἥλιος, καὶ ἡ ἐν τούτοις ἐυταξία τε καὶ εὐκοσμία. *Satis idonea, inquit, ipsa elementa sunt, ut tuam, ô Domine, magnificentiam ostendant, & cœlum, & terra, & luna, & sol, & ordo ornatusque pulcherrimus, qui his inest.* Unde *cœli* dicuntur *enarrare gloriam Dei*, Psal. 19:2. Ubi Duporti Metaphrasis:

Οὐρανὸς ἐξήγγειλε μέγα κλέος Ἀθανάτοιο.
Τέκτων οἷος ἔη, σάφα δεῖξε καὶ ἄσπετος αἰθήρ,
Ὅς μιν ἐπισταμένως τεχνήσατο χερσὶν ἑῇσι.

Cœlum enunciat magnam gloriam Immortalis:
Artifex qualis sit, clarè ostendit & ingens æther,
Qui illum scienter fabricavit manibus suis.

Quomodo autem id fiat, ad præsentem locum eleganter explicat Theodoretus, pag. 466. Ἀρκεῖ καὶ μόνον φαινόμενον τῶν οὐρανῶν τὸ κάλλος καὶ μέγεθος, τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν κηρύξαι. εἰ γὰρ ὁ μεγίστην καὶ καλλίστην οἰκοδομίαν θεώμενος, τὸν οἰκοδόμον θαυμάζει· καὶ ὁ σκάφος ὁρῶν εὖ καὶ καλῶς κατεσκευασμένον, τὸν ναυπηγὸν ἐννοεῖ· καὶ τῇ θεωρίᾳ τῆς εἰκόνος ἡ τοῦ ζωγράφου συνεισέρχεται ἡ μνήμη· πολλῷ (deest μᾶλλον) δήπουθεν ἡ κτίσις ὁρωμένη πρὸς τὸν δημιουργὸν ποδηγεῖ τοὺς ὁρῶντας. *Sufficit vel sola cœlorum quæ cernitur pulchritudo atque magnitudo ad opificis magnificentiam deprædicandam. Si enim qui maximum & pulcherrimum ædificium inspicit, architectum miratur: & qui navigium videt bene & eleganter constructum, artificem considerat: & cum contemplatione imaginis subit memoria pictoris: multò magis mundi fabrica, quæ videtur, ad opificem videntes deducit.* Basilius Cæsar. in cap. 5. Jesaiæ, pag. 959. Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ἐχ ὅτι φωνὴν αἰσθητὴν ἀφιεῖσι ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι τοῖς λόγοις τῆς τοῦ κόσμου συςάσεως ἐγγυμνασάμενος, καὶ γνωρίσας ἀπάν-

 των

των κατ' οὐρανὸν τὴν διάθεσιν διὰ τούτων, οἱονεὶ Φωνὴν ἀΦιέντων, τὸ μεγαλεῖον τῆς δόξης τοῦ ποιήσαντος αὐτοὺς διδαχθήσεται. Cœli enarrant gloriam Dei : *non quòd vocem edant ſenſorio organo aurium noſtrarum perceptibilem : ſed quia animus noſter aſſuetus exercere ſe ſermonibus de conſtitutione mundi, ubi cognovit diſpoſitionem eorum omnium, quæ ſunt in cœlo, quæque quaſi vocem edunt, tum addiſcet magnificentiam gloriæ ejus, qui cœlos condidit.* Chryſoſtomus homil. 17. in 1. epiſt. ad Corinthios: Δοξάζουσι τὸν θεὸν οἱ οὐρανοὶ, οὐ Φωνὴν ἀΦιέντες, ἀλλὰ διὰ τῆς ὄψεως θαυμαζόμενοι, καὶ τὴν δόξαν εἰς τὸν δημιουργὸν ἀναΦέροντες. *Cœli Deum glorificant, non quòd vocem edant, ſed quia viſos admiramur, ipſique creatori gloriam tribuimus.* Vide eundem homil. 27. t. 5. pag. 161, 162, 163. & homil. 78. tomi ejusdem, p. 543. Gregorium Nyſſenum lib. in Hexaëm. t. 1. pag. 9, 10. Damaſcenum lib. 2. Orthod. fidei cap. 6. pag. 84.

5. *Diviſionem.* Cum Scriptura Sacra *triplex* ſtatuimus *cœlum*, nempe

α. *Aëreum*, ſeu *ſuperum.* De eo Gregorius Nyſſenus in Hexaëm. t. 1. pag. 42. dicit, Scripturam nominare *cœlum* τὸν ὅρον τοῦ παχυμερεστέρου ἀέρος, μέχρις οὗ καὶ νέΦη καὶ ἄνεμοι, καὶ ἡ τῶν ὑψιπετῶν ὀρνέων Φέρεται Φύσις, *ſpatium craſſioris aëris, quo & nubes, & venti, & excelſi volucrum volatus perveniunt.* Addit : Καὶ γὰρ καὶ νεΦέλας οὐρανοῦ λέγει, καὶ πετεινὰ οὐρανοῦ. *Etenim Scriptura & cœli nubes dicit, & volucres cœli.* Idem, eodem tractatu, pag. 29. dicit πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ vocari τὰ τὸν ἀέρα διαπετόμενα, *volatilia cœli, quæ in ipſo volant*, Matth. 6: 26. Baſilius Cæſar. Orat. *Quòd Deus non ſit autor mali*, t. 1. pag. 433. Οὐρανὸν συνήθως ἡ γραΦὴ τὸν ἀέρα καλεῖ, ὡς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τὸ, Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, τουτέστιν, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ὑψοῦνται. *Scriptura* cœlum *appellare ſolet* aërem, *ut* Volatilia cœli. · *Et*, Aſcendunt uſque ad cœlos, *hoc eſt, in aëris ſublimitatem attolluntur.* Damaſcenus lib. 2. Orthod. fidei, c. 6. pag. 83. Σύνηθες τῇ θείᾳ γραΦῇ καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν, διὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἄνω. *Solet ſcriptura divina etiam* aërem *vocare* cœlum, *quia ſuprà videtur.*

β. *Æthereum*, ſeu *ſuperius*, quod Hebræi vocant רָקִיעַ / *expanſum.* De eo Gregorius Nyſſenus in Hexaëm. t. 1. pag. 42. dicit, *ſcripturam* οὐρανόν τε καὶ στερέωμα κατονομάζειν, τὸ μετὰ τὴν ἀπλανῆ σΦαῖραν περὶ τὸ ἐντὸς θεωρούμενον, ἐν ᾧ οἱ πλανῆται τῶν ἀστέρων διαπορεύονται, cœlum & firmamentum *appellare ſpatium illud, quod inerranti ſphæræ incluſum conſideratur, in quo ſtellæ, quas errantes nominant, pervagentur.* Hoc cœlum Heſychius vocat κατηρισμένον τόπον, *locum ſtelliferum*, vel *ſtellatum.*

γ. *Su-*

γ. *Supremum*, ſeu *beatorum*; quod Apoſtolus 2. Corinth. 12: 2. *tertium cœlum*, & vſ. 4. *Paradiſum* vocat. Ad quem locum Theodoretus, pag. 256. obſervat, quoſdam dicere, per *tertium cœlum* intelligi τοῦ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν διαςήματος τὸ τρίτον, *tertiam partem diſtantiæ à terra in cœlum.* Quod omnino falſum: quî enim tertia pars diſtantiæ à terra in cœlum poſſet appellari *tertium cœlum?* Deinde, ipſe Apoſtolus ſatis clarè indicat, quid per *tertium cœlum* intelligat, nimirum ipſum *Paradiſum* in quo Macarius Homil. 25. pag. 331. dicit eſſe τὴν ἁγίαν πόλιν, τὴν εἰρηνευομένην Ιερουσαλὴμ καὶ ἀνωτάτην, *ſanctam civitatem, Jeroſolymam bello non infeſtatam & ſupremam.* Hinc Theodoretus ibidem ſubjicit, alios affirmare, ἐωρακέναι αὐτὸν τοῦ παραδείσου τὸ κάλλος, καὶ τὰς ἐν ἐκείνῳ τῶν ἁγίων χορείας, καὶ τὴν ταναρμόνιον τῆς ὑμνῳδίας Φωνὴν, *vidiſſe ipſum Paradiſi pulchritudinem, & ſanctorum in illo choreas, & modulatiſſimam hymnorum cantûs vocem.* Magis diſtinctè rem explicat Theophylactus, ad eundem Apoſtoli locum, pag. 420. Τρίτον οὐρανὸν οὕτως ἂν νοήσῃς. Ἡ γραφὴ τὸν ἀέρα καλεῖ οὐρανὸν, ὡς, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἡ δρόσος τοῦ οὐρανοῦ· Ἰδοὺ οὗτος εἷς οὐρανός. Οἶδεν οὐρανὸν καὶ τὸ στερέωμα· ἐκάλεσε γὰρ τὸ στερέωμα, οὐρανὸν· Ἰδοὺ δεύτερος οὗτος. Οἶδε δὲ καὶ τὸν ἐν ἀρχῇ δημιουργηθέντα μετὰ τῆς γῆς· Ἰδοὺ τρίτος. *Tertium cœlum ſic intelliges: Scriptura* aërem *vocat* cœlum, *ut*, Volucres cœli, *&*, Roscœli. *En illud unum cœlum. Nec non* firmamentum *cœlum vocat*, Vocavit enim firmamentum cœlum: *en cœlum iſtud ſecundum. Illud etiam in principio cum terra creatum*, cœlum *vocat. Ecce tertium cœlum.* De hoc tertio cœlo multa Gregorius Nyſſenus in Hexaëm. pag. 41. ubi tandem de ſancto Paulo ſic ſcribit: Κατέλιπε γὰρ τὸν ἀέρα· παρέδραμε καὶ τὴν διὰ μέσου τῶν ἀςέρων κυκλοφορίαν. ἐπέρασε δὲ καὶ τὴν ἄκραν τῶν αἰθερίων ὅρων περιβολὴν, καὶ ἐν τῇ στασίμῳ καὶ νοητῇ Φύσει γενόμενος, εἶδε τὰ τοῦ παραδείσου κάλλη, καὶ ἤκουσεν ἃ ἀνθρωπίνη Φύσις οὐ Φθέγγεται. *Relicto enim aëre, ſuperatoque medio illo ſpatio, in quo errantium ſtellarum orbes verſantur, ſummum ætheriorum finium ambitum tranſcendit, & ad firmam illam, quæ ſola mente percipitur, naturam perveniens, Paradiſi pulchritudinem vidit, & audivit ea, quæ humana natura non loquitur.* Hoc cœlum vocatur οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, *cœlum cœlorum*, 1. Reg. 8: 27. Pſal. 148: 4. Damaſcenus lib. 2. Orthod. fidei, cap. 6. pag. 83. Ἔστιν οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, ὁ πρῶτος οὐρανὸς, ἐπάνω ὑπάρχων τοῦ στερεώματος. *Eſt cœlum cœlorum, primum nempe cœlum, quod ſupra firmamentum exſiſtit.* Vocatur θρόνος θεοῦ, *thronus Dei*, Matth. 5: 34. Act. 7: 49. Pſal. 10: 5. Baſilius Cæſar. in Jeſaiam, viſione 2 t. 1. pag. 813. θρόνος θεοῦ λέγεται ὁ οὐρανὸς, ἐκ τοῦ τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις παγίως ἐν αὐταῖς τὴν

τοῦ θεοῦ γνῶσιν ἐνιδρυμένην ἔχειν. Thronus Dei *dicitur cælum, quòd cæleſtes illæ virtutes in ſe retineant ſtabiliter inſidentem Dei cognitionem.* Damaſcenus lib. 1. Orthod. fidei, cap. 16. pag. 57. Ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ θρόνος· ἐν αὐτῷ γάρ εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν. *Cælum* thronus *ejus eſt: in eo enim ſunt Angeli, qui voluntatem ipſius faciunt, eumque ſemper glorificant.* Vocatur ſanctorum *patria cæleſtis.* Baſilius Cæſarienſis, ut teſtatur Gregorius Nyſſenus Orat. de Baſilio, t. 3. pag. 484. frequenter dicebat, Μία πατρὶς ἀνθρώπων, ὁ παράδεισος· πᾶσα δὲ γῆ, ὡς κοινὴ τῆς φύσεως ἐξορία. *Una hominum patria, paradiſus: omnis verò terra, quaſi commune naturæ exilium.* Idem Nyſſenus in vita Gregorii Thaumaturgi, t. 3. pag. 535. Τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ μία τετίμηται πατρὶς, ὁ παράδεισος. *Noſtro judicio una in precio & honore eſt patria, paradiſus.* Vocatur *Jeroſolyma cæleſtis*, quam Euſebius, Demonſtrat. Euang. lib. 4. pag. 126. appellat οὐρανόπολιν, τὴν ἀληθῆ Ἱερουσαλήμ, *civitatem cæleſtem, verè Jeroſolymam:* Michaël Syngelus, in vita Dionyſii Areopagitæ, pag. 367. πανσεβάσμιον Ἱερουσαλήμ, τὴν πάντων χριστιανῶν κοινομήτορα, *celeberrimam Jeroſolymam, communem omnium Chriſtianorum matrem:* Cyrillus Alexand. lib. 9. in Joh. pag. 766. λαμπρὰν τῶν ἁγίων καλλίπολιν, *ſplendidam ſanctorum civitatem.* Hujus urbis cives ſunt omnes electi; ſunt τῆς πόλεως τῆς ἀνωτάτης πολῖται, dicunt enim cum Apoſtolo ad Philipp. 3:20. Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Etenim, ut Tatianus Aſſyrius adv. Græcos, cap. 33. Κόσμου μὲν ἡ κατασκευὴ καλή· τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πολίτευμα φαῦλον. *Mundi quidem fabrica pulchra: ratio verò in eo vivendi mala: nobiſque*, quod Seneca epiſt. 102. *Patria eſt, quodcunque ſuprema & univerſa circuitu ſuo cingit.* Ut verè liceat Luciani illud in Hermot. nobis uſurpare, Ὁρᾷς, ὡς ἀ μάτην, οὐδὲ περὶ μικρῶν κάμνομεν, πολῖται ἐπιθυμοῦντες γενέσθαι οὕτω καλῆς καὶ εὐδαίμονος πόλεως. *Vides, nos non fruſtra, neque de rebus parvis laborare, cùm cives fieri deſideremus adeò pulchræ & felicis civitatis.* Liceat nobis cum Anaxagora, referente Laërtio lib. 2. digitum in cœlum intendentibus, dicere: Αὕτη πατρὶς, *hæc patria.* Siquidem Chriſtiani genuini ſunt οὐρανοπολῖται, ut Iſidorus Peluſiota, lib. 2. epiſt. 251. eos vocat. Oecumenius in cap. 9. ad Hebræos, pag. 843. Οὐρανοπολῖται εἰσὶν οἱ πιστοὶ, εἰ καὶ ἐπὶ γῆς τέως πολιτεύονται. *Fideles, licet in hoc adhuc degant mundo, nihilominus cœli cives ſunt.* Ammonius in Catena, ad Joh. 17: 16. pag. 413. de Apoſtolis: Οὐρανοπολῖται γεγόνασι, καὶ οὐδὲν ἔχουσι πρὸς τὴν γῆν κοινόν. *Cœli cives facti ſunt, & nihil habent cum mundo commune.* Ita Apoſtolus Paulus, quia in hoc tertium raptus fuit cœlum, à Chryſoſtomo, Homil. 79. t. 6. vocatur

catur οὐρανοπολίτης. Præclarè etiam idem Homil. 79. in Johannem: Οὐδὲ γὰρ ἴσασιν ὅπερ ἐσμὲν οἱ ὑβρισταὶ, οἷον, ὅτι πολῖται τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀπογεγραμμένοι πατρίδα. *Conviciatores ignorant quid ſimus, exempli gratiâ, quòd ſimus cives cœlorum, & conſcripti in ſublimem Jeroſolymam.* Optimè etiam Philo de Agricultura: Παροικεῖν, ὃ κατοικεῖν ἤλθομεν· τῷ γὰρ ὄντι πᾶσα ψυχὴ σοφοῦ, πατρίδα μὲν οὐρανὸν, γῆν δὲ ξένην ἔλαχεν. *In hunc mundum venimus, ut in eo, tanquam peregrini & advenæ diverſemur, non ut habitemus: revera enim omnis anima ſapientis patriam quidem cœlum, terram verò peregrinam ſortita eſt.* Ita de Chriſticolis Juſtinus, epiſt. ad Diognet. Πᾶσα ξένη, πατρὶς ἐστιν αὐτῶν· καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη. *Omnis peregrina terra, patria eorum eſt: & omnis patria, peregrina terra.* Ovidius, Faſt. lib. 1.

Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor,
Et volucri vacuo quicquid in orbe patet.

Meliùs longè acutiſſimus Owenus:

Eſt domi ubique bonus, ſapiens non exſulat uſquam;
Omne ſolum forti patria, & omne ſalum.
Exſilium eſt, ubicunque malè eſt: patria eſt, ubi contra.
Patria ubique bonis, exſiliumque malis.

Anonymus:

Omne ſolum forti patria eſt. Fortiſſimus ille eſt,
Cui cœlum patria eſt, atque ſolum exſilium eſt.

In Homeri epitaphio, è veteri marmore à Falkenburgio ad Nonni Dionyſiaca repræſentato: Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα. *Patria mihi omnis terra.* Gregorius Nazianzenus Orat. 28. pag. 483. Ἔστι μοὶ πατρὶς, ὦ οὗτοι, περιγραπτος, ᾧ πᾶσα πατρὶς, καὶ οὐδὲ μία. *Eſt mihi, ô viri, circumſcripta patria, cui & omnis terra, & nulla terra patria eſt.* Sed tandem rurſus in viam. Cùm ſcriptura, conſentientibus etiam ſcriptoribus Eccleſiaſticis, triplex agnoſcat cœlum, minùs ſcripturæ convenienter illi loquuntur, qui duplex tantùm admittunt cœlum. Ex eorum numero eſt Suidas, cujus verba ſunt: Οὐρανοὶ δυο· ὁ σὺν τῇ γῇ γεγενημένος, καὶ ὁ ὕστερον μέσον τῶν ὑδάτων προσταχθεὶς γενέσθαι· ὃν καὶ στερέωμα προσηγόρευσε. *Cœli duo ſunt: unum quidem cum ipſa terra creatum: alterum verò poſtea in medio aquarum exſtare juſſum, quod & firmamentum* Deus *vocavit.* Theodoretus quæſt. 11. in

in Geneſin, pag. 10. Ὁ τῷ δευτέρῳ διαπιςῶν οὐρανῷ ἔξω βαίνει τῆς εὐθείας ὁδοῦ· καὶ ὁ πλείους πειρώμενος ἀριθμεῖν, μύθοις ἕπεται, τῆς τοῦ θείου πνεύματος διδασκαλίας καταφρονῶν. Πληθυντικῶς δὲ ἡ θεία γραφὴ τοὺς οὐρανοὺς ὀνομάζει, λέγουσα, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, ἐπειδὰν τῶν Ἑβραίων ἡ γλῶσσα οὔτε τὸν οὐρανόν, οὔτε τὸ ὕδωρ οἶδεν ἑνικῶς ὀνομάσαι. *Qui non credit, ſecundum eſſe cælum, extra rectam ſemitam incedit: qui verò plures numerare conatur, adhæret fabulis, poſtpoſitâ divini Spiritûs doctrinâ. Pluraliter autem divina Scriptura* cœlos *nuncupat, dicens,* Cœli cœlorum, *quoniam Hebraica lingua neque* cœlum, *neque* aquam *ſingulari numero appellare novit.* Eadem repetit ad vſ. 2. Pſ. 19. pag. 466. Poteſt tamen hoc ἐναντιοφανὲς tolli, ſi dicamus geminum eſſe *cælum*, unum quod *ſenſum mortalium omnem fugit*, & demum poſt mundi innovationem à ſanctis habitabitur; & alterum quod *ſenſus noſtros ferit*, in quo vel vivimus, ut in *Aëre*, vel quod ſtupentes contuemur, ut *cælum ignibus rutilans.*

II. *Creatio inviſibilium.* Patres Nicæni confitentur, Deum eſſe creatorem τῶν ἀοράτων, *inviſibilium.* Ἀόρατον, juxta Heſychium eſt, μὴ θεωρούμενον, *quod non videtur.* Vel, juxta Baſilium Orat. 2. in Hexaëmeron, Ἀόρατόν ἐςιν, ὃ μὴ πέφυκεν ὀφθαλμοῖς σαρκὸς καθορᾶσθαι, ὡς ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος. Inviſible *eſt, quod corporeis oculis cerni nequit, ut noſtra mens.* Greg. Nyſſenus de iis, qui præmaturè abripiuntur, t. 3. pag. 325. ἀόρατον dicit eſſe τὸ νοητὸν καὶ ἀσώματον, *quod intellectu percipitur, & incorporeum eſt.* Ergo ἀόρατον idem quod νοητόν. Heſychius: Νοητὸν, τὸ νοούμενον. *Illud dicitur* νοητὸν, *quod mente percipitur.* Idem: Νοητὰ, τὰ μὴ ὁρώμενα. *Intelligibilia ſunt, quæ non cernuntur.* Suidas: Νοητὰ, τὰ μὴ ὁρατὰ, καὶ ἁπλῶς τὰ μὴ αἰσθητά. *Intelligibilia ſunt, quæ non cernuntur: & ſimpliciter, quæ non ſunt ſenſilia.* Greg. Nyſſenus Homil. 6. in Canticum, t. 1. pag. 555. Νοητὸν λέγομεν, τὸ ὑπερπίπτον τὴν αἰσθητικὴν κατανόησιν. *Illud* νοητὸν *dicimus, quod omnem ſuperat ſenſus perceptionem.* Νοούμενον etiam idem quod ἀόρατον. Hinc Euſebius Pamphili ad Philoſophum in Concilio Nicæno, parte 2. cap. 19. pag. 125. dixit: Ὁ Υἱὸς τῇ βουλῇ τοῦ Πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ δεδημιούργηκε πᾶσαν τὴν κτίσιν, τήν τε ἐπουράνιον καὶ ἐπίγειον, τήν τε ὁρωμένην καὶ νοουμένην. *Filius Patris & ſuâ ſententiâ vel conſilio omnem creavit creaturam, tum cæleſtem, tum terreſtrem; tum eam, quæ ſub aſpectum cadit, & eam quæ intelligentiâ percipitur.* Quæ Patres Nicæni vocant ὁρατὰ, ea Euſebius appellat κτίσιν ἐπίγειον καὶ ὁρώμενον: quæ Nicæni, ἀόρατα, Euſebius κτίσιν ἐπουράνιον καὶ νοουμένην. Porrò per τὰ ἀόρατα, *res inviſibiles*, in hoc Symbolo intelligi *Angelos*, extra dubitationem poſitum eſt: de

iis

iis ergo deinceps, quæ huic loco ſunt accommodata, ex antiquitate producemus. Occurrit autem

1. *Explicatio nominis.* Ἄγγελος eſt officii nomen, non naturæ: Angeli enim ſemper ſunt Spiritus, ſed cùm mittuntur, vocantur *Angeli*, ut obſervat Iſidorus in Originibus. Auguſtinus in Pſal. 103. *Angelus officii nomen eſt, non naturæ: quæris nomen ejus naturæ, Spiritus eſt: quæris officium, Angelus eſt.* Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone: Ἄγγελος λέγεται, διὰ τὸ ἀγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις, ὅσαπερ βούλεται αὐτοῖς ἀγγεῖλαι ὁ τῶν ὅλων ποιητής. Angelus *dicitur, quia rerum omnium creator per eum annunciat, quæcunque hominibus annunciare vult.* Origenes lib. 5. contra Celſum, pag. 233. Τούτους ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν. *Ex officio eos* Angelos *vocare docti.* Cyrillus Alexand. in Catena in cap. 1. Joh. pag. 21. Τὸ ἄγγελος ὄνομα λειτουργίας μᾶλλόν ἐςιν, ἤπερ οὐσίας σημαντικόν. Angelus *officii potiùs nomen eſt, quàm ſubſtantiæ.* Similia occurrunt apud eundem in Actis Epheſinis, pag. 148. Chryſoſtomus Homil. 3. de Incomprehenſibili, t. 6. pag. 407. Ἄγγελος λέγεται, ἐπειδὰν τὰ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀγγέλλει. Angelus *dicitur, quia quæ Dei ſunt hominibus annunciat.* Et Theodoretus in Pſal. 149. Ἄγγελοι λέγονται, ὡς τὰ θεῖα διαπορθμεύοντες ῥήματα. Angeli *vocantur, quia divina ad nos afferunt verba.*

2. *Definitio.* Athanaſius de communi eſſentia trium perſonarum, t. 1. pag. 238. Angelum ita definit: Ἄγγελός ἐςι ζῶον λογικὸν, ἄϋλον, ὑμνολογικὸν, ἀθάνατον. *Angelus eſt animal ratione præditum, materiæ expers, laudes decantans, immortale.* Eadem definitio repetitur quæſt. 30. ad Antiochum, t. 2. pag. 342. Damaſcenus lib. 2. Orthod. fidei, cap. 3. pag. 68. Ἄγγελός ἐςιν οὐσία νοερὰ, ἀεικίνητος, αὐτεξούσιος, ἀσώματος, θεῷ λειτουργοῦσα, κατὰ χάριν ἐν τῇ Φύσει τὸ ἀθάνατον ἐιληφυῖα. *Angelus eſt ſubſtantia intelligens, ſemper mobilis, liberi arbitrii, corporis expers, Deo miniſtrans, immortabilitatem in natura ſecundum gratiam conſecuta.*

3. *Cauſſa efficiens.* Deum Angelos creaſſe, teſtantur Patres Nicæni, quando eum ἀοράτων ποιητὴν eſſe confitentur: quemadmodum enim Deus omnia ex nihilo produxit, ita etiam Angelos. Teſtis eſt Apoſtolus ad Coloſſ. 1:16. Optimè Theodoretus quæſt. 2. in Geneſin, t. 1. pag. 4. Ὅτι κτιςὴ ἔχουσι Φύσιν καὶ ἄγγελοι, καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐςιν ἀσώματον, πλὴν τῆς ἁγίας τριάδος, ἡ θεία σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει γραφή. *Angelos, & Archangelos, & ſiquid aliud eſt incorporeum, ſanctâ Trinitate excepta, naturam habere creatam, divina ſcriptura nos clarè docet.* Non audiendus ergo impius Julianus, qui, teſte Cyrillo Alexandrino, lib. 2. adv. eum, pag. 49.

49. ex eo, quòd Moſes non facit mentionem creationis Angelorum, inferre voluit, τὸν θεὸν κατὰ τὸν Μωσέα, ἀσωμάτων οὐδενὸς ποιητὴν εἶναι, *Deum, ex ſententia Moſis, incorporeorum non eſſe creatorem.* Ita ſentientes Juſtinianus damnat. Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. 3. ex Novellis, tit. 3. ſect. 4. ex Nov. 132. Biblioth. Juris Can. pag. 1259. refert, eum decreviſſe, *è quovis loco expellendos eſſe* τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας κτίσμα εἶναι θεοῦ τοὺς ἀγγέλους, *qui non confitentur, Angelos eſſe Dei creaturam.* Lapſus proinde graviter Origenes, qui Angelos πρὸ τῶν αἰώνων fuiſſe, aſſerit Homil. 1. in Geneſin, Homil. 4. in Jeſaiam, Tractatu 9. in Matthæum, & in libro περὶ ἀρχῶν. De eo Leontius de Sectis, Act. 10. pag. 548. Περὶ τῆς προϋπάρξεως ἐδόξαζεν οὕτως, ὅτι πρὸ τῶν αἰώνων νόες ἦσαν πάντες καθαροὶ, καὶ οἱ δαίμονες, καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ οἱ ἄγγελοι, λειτουργοῦντες τῷ θεῷ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιοῦντες. *De præexiſtentia tradebat, ante ſecula mentes fuiſſe, ac puras quidem omnes, tum dæmones, tum animas, tum Angelos, miniſteria divina obeuntes, ac Dei mandatis obtemperantes.* Si Angeli πρὸ τῶν αἰώνων exſiſterent, utique æterni eſſent. Dionyſius Areopagita cap. 5. de Div. Nominibus, pag. 564. *Deus eſt* ὁ ἀϊὼν τῶν αἰώνων, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, *ævum ævorum, exſiſtens ante omne ævum.* Theodoretus in cap. 1. ad Hebræos: Περὶ τοῦ θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡ παλαιὰ γραφὴ λέγει· Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἀντὶ τοῦ, ὁ ἀεὶ ὤν. *De Deo & Patre vetus dicit ſcriptura:* Qui eſt ante ſecula, *pro, qui eſt ſemper.* Gregorius Nyſſenus Orat. 2. contra Eunomium, t. 2. pag. 469. Τὸ πρὸ τοῦ αἰῶνος, ταυτόν ἐςι τῷ ἀϊδίῳ κατὰ τὴν ἔννοιαν, οὕτω τῆς προφητείας ἡμῖν ἑρμηνευούσης τοῦ θεοῦ τὸ ἀίδιον, ἐν οἷς φησιν, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. *Illud*, ante ſeculum, *idem eſt quod* ab æterno *ſecundum ſenſum, ſic prophetia Dei æternitatem nobis interpretante, dum ait, Qui eſt ante ſecula.* Angelos eſſe creaturas, patet ex Pſal. 104: 4. *Qui facit Angelos ſuos Spiritus, miniſtros ſuos ignem flammantem.* Ad quæ Theodoretus, pag. 809. Ἔδειξεν ὃ τῶν ὁρατῶν αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων δημιουργόν. *Oſtendit ipſum*, ſc. Deum, *opificem eſſe non modò viſibilium rerum, ſed etiam inviſibilium.* Confer Hebr. 1: 7. Eodem loco ventos ac meteora ignea, & Angelos ac miniſtros Dei ponit Pſaltes, atque utroſque facturam Dei eſſe aſſerit. Adde Coloſſ. 1: 16. Ergo non fuerunt ab æterno, quia facti fuerunt. Quod enim factum eſt, ex nihilo factum eſt, & duratione præditum eſt partes habente. Si æterni eſſent, nec annihilari poſſent, nec alterari in tempore, aut locum mutare, vel perfici lætitia, ſapientiæ divinæ cognitione, beatitudine ac gloria. Neque quidquam, quod ἐγένετο, hoc eſt, *eſſe incepit*, poteſt dici ὅτι ἦν ἐν ἀρχῇ,

quòd

quòd fuerit in initio. Quare nec Filius Dei, *qui fuit in initio*, ad ordinem creatorum ſpirituum pertinet, nec Angeli ante mundum, τὸν ἐν ἀρχῇ γεγονότα, Geneſ. 1: 1. conditi ſunt.

Cùm ergo Angeli à Deo ſint creati, non immeritò quæritur, *Cur Moſes in hiſtoria creationis, illorum expreſſam mentionem non faciat?* Reſpondemus, veteres duas maximè hujus rei rationes afferre.

α. *Prima ratio*, cur Moſes creationis Angelorum nullam mentionem faciat, hæc eſt, quia rerum duntaxat viſibilium creationem ſibi propoſuit commemorandam, eum nempe in finem, ut inde τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ diſceremus, ad Roman. 1: 21. utque ipſe ſe ad vulgi & rudiorum captum accommodaret. Hanc nobis rationem inculcat Chryſoſtomus in Pſal. 8. ubi ad vſ 4. interrogat: Διατί μηδὲν περὶ ἀσωμάτων δυνάμεων διαλέγεται, καὶ ἐκεῖθεν δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν δημιουργίαν; *Cur nihil de potentiis incorporeis differit, atque inde ejus demonſtrat creationem?* & reſpondet: Ὅτι τέως τὸ σπουδαζόμενον τότε ἦν περὶ τῶν Φαινομένων αὐτοὺς μαθεῖν. — Πάντα ἀεὶ τὸν λόγον ἐν τοῖς Φαινομένοις ἀναλίσκει, πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀκουόντων ἅπαντα πραγματευόμενος· παχύτεροι γὰρ ὄντες, ἀπὸ τῶν Φαινομένων μᾶλλον ἐνήγοντο, ἢ ἀπὸ τῶν ἀοράτων. *Quia adhuc id unum agebatur, ut diſcerent ea, quæ oculis ſubjecta ſunt. — Omnem ſemper ſermonem inſumit in res viſibiles, omnia ad auditorum ſalutem referens. Cùm enim rudes adhuc eſſent, rebus ſub aſpectum cadentibus magis, quàm obtutum oculorum fugientibus movebantur.* Eodem concedit Jobius Monachus in Bibliotheca Photii, Cod. 222. pag. 597. Διὰ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, ὡς δι' εἰκόνος, ὁ Μωϋσῆς τὸν τεχνίτην αὐτοῦ καὶ δημιουργὸν ἐβούλετο τοῖς νομοθετουμένοις ὑποδεικνύναι. ἅτε δὴ παχυτέροις οὖσι τηνικαῦτα, καὶ μόλις ἐκ τῶν αἰσθητῶν καὶ συντρόφων αὐτοῖς δυναμένοις κατανοεῖν τὸν δημιουργὸν καὶ τεχνίτην τῶν ὁρωμένων. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς περὶ ἀγγέλους διηγήσεως οὐκ ἐνῆν κατορθοῦν· ἐξ ἀδήλων γὰρ, καὶ οὐκ ἐκ Φαινομένων τοῦ ἀδήλου τὴν γνῶσιν παρέχειν, ἀσύμφορόν τε καὶ λίαν ἀσθενές. *Per ſenſibilem mundum, tanquam per imaginem, voluit Moſes artificem ejus & creatorem iis, quibus legem ferebat, oſtendere: qui, cùm tum adhuc craſſiores eſſent, & vix è ſenſilibus atque cognatis rebus eorum, quæ videntur, creatorem poſſent cognoſcere. Illud autem, cœpta ab Angelis narratione, rectè conſici non poterat. Ex ignotis enim, non autem ex apparentibus notitiam ignoti parare velle, inutilis ſanè conatus eſt & valde infirmus.* Et mox. pag. 600. Εἰ τῶν ἀοράτων τὰ ὁρατὰ ἐγγυτέρω πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς γνῶσιν ἐπιτηδειότερα· εὐλόγως τῶν αἰσθητῶν παραδιδοὺς τὴν γένεσιν ὁ Μωσῆς, τὰ μείζω τέως τοῖς εἰσαγομένοις, διὰ τὸ δυσέφικτον, καὶ πολλῆς παιδαγωγίας δεόμενον, παρατρέχει. *Si viſibilia nobis viciniora, atque ad*

cognoſcendum aptiora, quàm inviſibilia ſunt, rectè ſenſibilium tradens ortum Moſes, majora tantiſper rudibus tradere, ob inacceſſam difficultatem, & quia multa indigerent inſtructione, præterit. Εἰσαγόμενοι ſunt, qui alias vocantur ἀρχόμενοι, *quibus prima Religionis rudimenta traduntur.* Origenes lib. 3. contra Celſum, pag. 142. docet, Chriſtianos auditores ſuos diſtinguere, nec promiſcuè omnes ad audiendum Dei verbum admittere, ſed privatim priùs examinatos, τὸ τηνικάδε αὐτοὺς εἰσάγειν, ἰδίᾳ μὲν ποιήσαντας τάγμα τῶν ἄρτι ἀρχομένων καὶ εἰσαγομένων, καὶ οὐδέπω τὸ σύμβολον τοῦ ἀποκεκαθάρθαι ἀνειληφότων, &c. *tum demum introducere, diſtinctis ordinibus, altero recens admiſſorum, necdum aſſecutorum luſtrationis ſymbolum,* &c. Et pag. ſequenti, de S. Paulo loquens: Ὁ δ' αὐτὸς ἐπιςάμενος μὲν τινὰ τροφὴν εἶναι τελειοτέραν ψυχῆς, τὰ δὲ τῶν εἰσαγομένων παραβάλλεσθαι γάλακτι νηπίων, Φησί· Καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ σερεᾶς τροφῆς. *Idem verò ſciens, alium cibum perfectiorem animæ, cæterùm inſtitutiones novellorum ſimiles eſſe lacti infantum, dicit, ad* Hebr. 5: 12. *Facti eſtis tales, ut lacte vobis ſit opus, non ſolido cibo.* Per γάλα intelligit Apoſtolus *doctrinam catecheticam,* τοῖς εἰσαγομένοις proponi ſolitam: hinc Baſilius Cæſar. Homil. in Proverbia dicit, γάλα notare τὴν εἰσαγωγικὴν, καὶ ἁπλουσέραν τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίαν, *quaſi introductariam & ſimpliciorem Evangelii doctrinam:* & Cyrillus Jeroſol. Catech. 4. Illuminat. pag. 4. νηπιωδεσέραν καὶ γαλακτώδη εἰσαγωγὴν, *infantibus accommodata & lacti reſpondentia rudimenta:* Euſebius, Demonſtrat. lib. 7. pag. 201. νηπιώδη καὶ εἰσαγωγικὸν λόγον, *infantibus aptum & prima rudimenta docentem ſermonem.* Cyrillus Alex in cap. 66. Jeſaiæ, pag. 913. Γάλα ἐςὶ νηπιοτρεπὴς τροφὴ, τουτέςιν, ὁ τρυφερὸς καὶ ἁπλοῦς τῆς κατηχήσεως λόγος. *Lac eſt infantibus conveniens alimentum, id eſt, tener & ſimplex inſtitutionis catecheticæ ſermo.* Euſebius, Præparat. lib. 12. pag. 337. Παρ' ἡμῖν τοῖς μὲν ἄρτι εἰσαγομένοις καὶ τὴν ἕξιν ἀτελέστιν, ὡς ἂν τὰς ψυχὰς νηπίοις, ἁπλούσερον ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀνάγνωσις παραδίδοται. *Apud nos iis quidem, qui novelli ſunt, & habitum inchoatum atque imperfectum habent, tanquam animo adhuc infantibus, ſimplicior in divinis ſcripturis lectio traditur.* His εἰσαγομένοις opponit ibidem τοὺς τὴν ἕξιν προβεβηκότας, καὶ πολιὰς τὸ Φρόνημα, *eos, qui in habitu illo aliquo uſque progreſſi, & intellectu ſenes ſunt.* Sed de his alibi plura.

β. *Altera*, juxta veteres, *ratio* eſt, Moſen propterea creationis Angelorum non meminiſſe expreſsè, ut omnem hac ratione idololatriæ occaſionem præcideret. Hanc rationem affert Chryſoſtomus, Homil. 1. in Geneſin, t. 1. pag. 8. Ἐπειδὰν Ἰουδαίοις διελέγετο, τοῖς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένοις,

μένοις, καὶ οὐδὲν νοητὸν φαντασθῆναι δυναμένοις, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τέως αὐτοὺς ἀνάγει πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, ἵνα ἐκ τῶν δημιουργημάτων τὸν τεχνίτην τοῦ παντὸς καταμαθόντες, προσκυνήσωσι τὸν κατεργασάμενον, καὶ μὴ ἐναπομείνωσι τοῖς κτίσμασιν. Εἰ γὰρ καὶ τούτου γινομένου οὐκ ἐπαύσαντο τὰ κτίσματα θεοποιοῦντες, καὶ περὶ τὰ ἀτιμότατα τῶν ἀλόγων τὸ σέβας ἀποδεικνύμενοι, ποῦ οὐκ ἂν μανίας ἐξώκειλαν, εἰ μὴ τοσαύτῃ τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο; *Quoniam cum Judæis loquebatur, qui præsentium amore tenebantur, neque quidquam, quod sub sensum cadit, animo suo fingere poterant, ab iis, quæ sensu comprehenduntur, eos adhuc ad totius universi creatorem deducit, ut ex rebus creatis Creatorem omnium edocti, adorent eum, qui hæc fecit, neque creaturis adhæreant. Si enim, hoc etiam facto, non cessabant ex creaturis deos facere, abjectissimisque brutis honorem tribuere divinum, quo, quæso, vesaniæ non fuissent prolapsi, si se ad eorum non tantopere demisisset captum?* Quid συγκατάβασις & συγκαταβαίνειν significent, cap. 5. Observationum nostrarum sufficienter expositum. Theodoretus, quæst. 2. in Genesin interrogat: *Cur Moses non meminit creationis Angelorum?* & respondet: Οὐδὲν ἱερρὸν εἶχον, οὐδὲ βέβαιον οἱ νομοθετούμενοι· αὐτίκα γοῦν μετὰ τὰ πολλὰ καὶ ἄφραστα θαύματα, τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου θεὸν ἀνηγόρευσαν. οἱ δὲ τὰ τῶν κτηνῶν ἐνδάλματα ῥᾳδίως οὕτως θεοποιήσαντες, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, εἰ τῶν ἀοράτων Φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; *Qui lege regebantur, nihil solidi nihilque firmi habebant. Mox enim post multa & ineffabilia miracula, imaginem vituli Deum proclamarunt. Quodsi tam facilè sibi deos finxerunt è jumentorum simulacris, quid non patraturi fuissent, siquidem invisibilis naturæ notitiam fuissent assecuti?* Apud Athanasium, quæst. 4. ad Antiochum, t. 3. pag. 333. Γινώσκων ὁ θεὸς τὸ φιλείδωλον καὶ πολύθεον τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν Ἰουδαίων, τούτου χάριν ἀπέκρυψεν ἐν τῇ Γενέσει τὸν περὶ τῶν ἀγγέλων λόγον, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὺς θεοποιήσωσιν ὡς θεούς. *Quoniam Deus novit, homines, præcipuè autem Judæos, ad idolorum cultum proclives esse, deorumque multitudinem credere, propterea occultavit in Genesi sermonem de Angelis, ne illos quoque, tanquam deos, colerent.*

De tempore autem creationis Angelorum, non est eadem veterum sententia.

4. Alii statuunt, Angelos ante mundum esse creatos. Gregorius Nazianzenus Orat. 38. pag. 617. ait, *priùs creatas fuisse* τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίας, *angelicas & cœlestes virtutes, postea verò* δεύτερον κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον, *alterum mundum, materiâ constantem & aspectabilem.* Et Carmine Jambico 15. pag. 198. Φύσις δ' ἄϋλος, ἄγγελος, πρώτη κτίσις. *Natura autem materiæ expers, Angelus, prima creatura est.* Damascenus lib. 2. Orthod. fidei, cap. 3. pag. 71. testatur, se Gregorio Nazianzeno

in his σύμψηφον esse, additque rationem, Ἔπρεπε γὰρ, πρῶτον τὴν νοε
ὐσίαν κτισθῆναι, καὶ οὕτω τὴν αἰσθητήν. *Oportebat enim, primùm substanti*
intellectualem creari, atque sic sensibilem. Paracletice, pag. 57. Deum
alloquitur: Ἀΰλους καὶ νοερὰς τοὺς ἀγγέλους προϋπέστησας τῶν ὁρωμένων ἁπάντ
Immateriales & intellectuales Angelos ante omnes res visibiles produxisti. I
silius Homil. 1. in Hexaëm. pag. 7. Ἦν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γε
σεως κατάστασις, ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα, ἡ ὑπέρχρονος, ἡ αἰωνία,
ἀΐδιος. Δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων κτιστὴς καὶ δημιουργὸς ἀπετέλεσε, Φ
νοητὸν πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν Φιλούντων τὸν Κύριον, τὰς λογικὰς καὶ ἀοράτο
Φύσεις, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν νοητῶν διακόσμησιν, ὅσα τὴν ἡμετέραν διάνοιαν ὑπερβα
νει. *Erat status quidam mundi creatione superior, abstractis illis à concretio*
materiæ potentiis Mundo præstantioribus pro decoro accommodatus, tempor
etiam conditione anterior, æternus nimirum ac perpes. Creaturas autem i
ipso creator omnium atque opifex perfecit lucem spiritualem, eorum beatitu
dini accommodam, qui Dominum amant, naturas ratione præditas & invisi-
biles, omnesque beatarum mentium ordines, quotquot mentem nostram super-
rant. Cæsarius, quæst. 61. pag. 142. de Diabolo sic scribit: Ὑπάρχων
ἀρχάγγελος, τῶν ὑπερκοσμίων καταβάσεις, ὑπῆρχε τῇ πράξει ἐχθρὸς, μήπω γενο-
μένου τοῦ ὁρατοῦ τούτου κόσμου, μηδὲ ὑπάρχοντος τοῦ παρ' αὐτοῦ ὑπαχθέντος ἀνθρώ-
που. *Cùm exsisteret archangelus, è cœlo dejectus, ipso facto hostis fuit, cùm*
aspectabilis hic mundus nondum esset creatus, neque exsisteret ab ipso seductus
homo. Ex Latinis quoque Patribus eandem secuti sunt opinionem Hila-
rius lib. 12. de Trinitate, & lib. contra Auxentium Arianum: Hieronymus in epist. ad Titum cap. 1. Ambrosius lib. 1. in Hexaëm. cap. 5. & Præfat. in Psalmos. Qui verò ita senserunt, id fecerunt, adducti loco, qui legitur Jobi 38: 7. & quem LXX. Interpretes ita reddiderunt: Ὅτε ἐγένετο ἄστρα, ἤνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου. Patet hoc ex Chrysostomo, apud quem lib. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, cap. 7. postquam docuisset, *omnia propter hominem esse creata*, sequentia legas: Οὐδὲ γὰρ ἄγγελοι ταύτης (τῆς κτίσεως) ἐδέοντο. Πῶς γὰρ οἱ καὶ πρὶν γενέσθαι αὐτὴν, ὄντες; Ὅτι γὰρ ἐκεῖνοι πολλῷ ταύτης πρεσβύτεροι, ἄκουε τί φησιν ὁ θεὸς, τῷ Ἰὼβ διαλεγόμενος· Ὅτε ἐγέ-
νετο ἄστρα, ἤνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου. *Neque enim Angeli illa* (creatura) *indigebant: quomodo enim indiguissent, qui, priusquàm illa exsisteret, erant? Illos autem ista multò antiquiores esse, audi quid Deus dicat, cum Jobo loquens: Quando facta sunt sidera, omnes me Angeli mei laudaverunt.* Olympiodorus Catenâ in Jobum, pag. 542. ad hunc ipsum locum ita scribit: Ἀπὸ τούτου δῆλον, ὅτι πρῶτοι οἱ ἄγγελοι τοῦ κόσμου γεγένηνται. *Hinc patet, Ange-*

Angelos mundo priores fuisse. Id autem ex isto loco minimè exsculpi posse, docet Theodoretus quæst. 4. in Genesin, ubi ad objectionem: *Angeli fuerunt ante cœlum & terram, alioqui Deus ab ipsis laudari non potuisset*, ita respondet: Οὐ δεῖται τῶν ὑμνούντων ὁ δεσπότης θεός· ἀνενδεὴς γὰρ ἔχει τὴν Φύσιν, δι' ἀγαθότητα δὲ μόνην καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις, καὶ πάσῃ τῇ κτίσει τὸ εἶναι δεδώρηται. Ποίαν δὲ καὶ λειτουργίαν εἶχον πρὸ τῆς κτίσεως ὄντες, οὐδενὸς ὄντος τοῦ τῆς ὠφελείας τούτων προσδεομένου; Ὅτι γὰρ εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων κηδεμονίαν ὑπουργοῦσι τῷ τῶν ὅλων θεῷ, μάρτυς ὁ θεῖος ἀπόστολος, βοῶν, οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, κλ. *Non indiget Dominus Deus laudatoribus, quippe qui naturâ nullius indiget: sed sola bonitate ductus, Angelis, Archangelis, & universæ creaturæ largitus est, ut essent. At verò, quonam ministerio fungebantur Angeli, qui creationem præcedebant, cùm nullus esset, qui eorum indigeret operâ? Quòd enim ad ministerium hominum Deo universorum inserviant, testis est divinus Apostolus, clamans: Nonne omnes sunt spiritus ministratorii*, &c. Mox subjicit, *Eos, qui Angelos cœli & terræ creationem præcedere statuant, maximè abuti adducto Jobi loco*, & respondet, Καὶ οὐ συνορῶσιν ὡς τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ σὺν τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ τὰ ἄστρα παρήγαγεν ὁ τῶν ὅλων θεός. *Et non animadvertunt, die quarto unà cum sole & luna universorum Deum astra produxisse.* Tandem verò fatetur, dummodo credamus & confiteamur, ὡς πάντα τὰ ὄντα, πλὴν τῆς ἁγίας τριάδος, κτιστὴν ἔχει τὴν Φύσιν, *omnia quæcunque exstant, excepta Sancta Trinitate, naturam habere creatam*, τῷ τῆς εὐσεβείας οὐ λυμαίνεσθαι λόγῳ, τὸ πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς γεγενῆσθαι λέγειν τῶν ἀγγέλων τοὺς δήμους, *Si quis Angelorum turbas ante cœlum & terram conditas esse dixerit, id pietatis verbum minimè offendere.* De loco Jobi consuli possunt Commentatores. Id monuisse sufficiat, hanc opinionem è Schola Platonis fuisse haustam, qui asserebat, τὰ νοητὰ τῶν αἰσθητῶν εἶναι πρεσβύτερα.

b. Alii docent, Angelos cum aspectabili hoc mundo fuisse creatos. Ubi tamen rursus divortia sunt sententiarum.

a. Alii enim volunt, Angelos creatos esse cum ipso cœlo ac terra, ac proinde primo die, in quorum sententiam etiam nos concedimus. Hanc assertionem tuetur Epiphanius hæresi 65. pag. 264. Στερεώματος γῆς καὶ οὐρανοῦ, καὶ ἀρχαγγέλων ἅμα σὺν τούτοις γεγονότων. εἰ μὴ γὰρ ἅμα οὐρανῷ καὶ γῇ, ἄγγελοι ἐκτίσθησαν, ἐν ᾗ ἂν ἔλεγε τῷ Ἰὼβ, ὅτι, ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ἤνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου φωνῇ. *Firmamentum cœli & terræ, & Archangeli simul cum his facti sunt: si enim non simul cum cœlo & terra Angeli etiam creati fuissent, non dixisset Deus ad Jobum, cùm facta fuissent astra, omnes me*

Angeli mei voce laudarunt. Idem, lib. de Menſuris & ponderibus, pag. 541. Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησε τοὺς ἀνωτέρω οὐρανούς, — τὰ πνεύματα τὰ λειτουργοῦντα ἐνώπιον αὐτοῦ. *Primo die creavit ſuperiores cœlos, — ſpiritus miniſtrantes coram ipſo.* Theodoretus, quæſt. 4. in Geneſin: Εἰκὸς τοὺς ἀγγέλους σὺν οὐρανῷ δημιουργηθῆναι καὶ γῇ· ἵνα καὶ τὸ Φῶς ὁρῶντες ἐξ οὐδενὸς ὑποκειμένου δημιουργούμενον, καὶ τὸ στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος συμπηγνύμενον, — γνῶσι δι' ὧν ὁρῶσιν, ὅτι καὶ αὐτοὶ κτιστὴν ἔχουσι τὴν Φύσιν, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι δεξάμενοι. *Veriſimile eſt, Angelos unà cum cœlo & terra creatos eſſe, ut lucem de nihilo factam contuentes, & firmamentum in medio aquæ compactum, — ſe ipſos pariter ex iis, quæ cernebant, intelligerent creatam habere naturam, & à Deo ut eſſent accepiſſe.*

β. Alii verò de die, quo Angeli fuerint creati, partim ἐτέχθσι, partim dubitanter loquuntur. Autor Quæſtionum ad Antiochum, apud Athanaſium, t. 2. pag. 333. quæſt. 3. Οὔτε πόθεν, οὔτε πῶς γεγόνασιν οἱ ἄγγελοι, δυνατὸν Φύσει ἀνθρωπίνῃ εἰπεῖν· εἰ μὴ τοῦτο μόνον, ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι λόγῳ θεῷ γεγόνασι. τὸ δὲ πότε, οἱ μὲν Φασι τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, οἱ δὲ πρὸ τῆς πρώτης ἡμέρας. *Neque unde, neque quomodo creati ſint Angeli, natura humana explicare poteſt: id ſolùm dicere poteſt, eos, cùm antea non eſſent, creatos fuiſſe per Dei Verbum. Ad tempus verò quod attinet, alii quidem dicunt primo die, alii verò ante primum diem,* ſc. Angelos eſſe creatos. Stephanus Gobarus in Biblioth. Photii, Cod. 232. pag. 896. utramque proponit ſententiam, ὅτι πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως καὶ ἀγγέλους ὁ θεὸς ἔκτισε· καὶ ὅτι οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ τῆς κοσμογενείας ἡμέρᾳ. *Ante mundi creationem Deus Angelos creavit. Et non ſic, ſed primo creationis die,* juxta alios nimirum. Atque ex his jam patet, ſatis temere Jacobum Pamelium ad cap. 1. Novatiani de Trinitate, pag. 1055. aſſerere, *Non modò Novatiani hanc fuiſſe ſententiam, ſed etiam B. Hieronymi in cap. 1. epiſt. ad Titum, tum* Græcorum omnium, *quòd* Angeli priùs, *id eſt, ante omnem creaturam* inſtituti fuerint, *id eſt, creati.*

4. *Proprietates* Angelorum ſequuntur, quales ſunt,

ℵ. Quòd ſint ἀσώματοι, *incorporei.* Hinc Ignatius in epiſt. ad Trall. *Angelos* vocat ἀσωμάτους Φύσεις, *naturas incorporeas:* Euſebius, Demonſtrat. lib. 4. pag. 105. ἀσωμάτους καὶ νοερὰς Φύσεις, *incorporeas & intellectuales naturas:* Chryſoſtomus Homil. 17. t. 6. νοερὰς καὶ ἀσωμάτους δυνάμεις, *intellectuales & incorporeas poteſtates:* & Homil. 107. t. 5. ἀσωμάτους ἀγγέλους, *incorporeos Angelos:* in Pſal. 45. ἀσωμάτους ἐννοίας, *incorporeas mentes:* Theodoretus in cap. 8. Cantici ἀΰλους τάξεις, *ordines à materia liberos.*

Vide

Vide plura in ſequentibus. Nec huic incorporeæ Angelorum naturæ repugnat,

a. Quòd ipſis in S. Scriptura tribuuntur membra humana: id enim fit metaphoricè tantùm. Clemens Alexandrinus ſtromat. lib. 6. pag. 643. *Οὐχ ὡς ἡμῖν τὰ ὦτα, οὕτως ἐκείνοις ἡ γλῶττα· οὐδ' ἂν ὄργανά τις δόξῃ Φωνῆς ἀγγέλοις, χεῖλη λέγω, καὶ τὰ τούτοις παρακείμενα, καὶ Φάρυγγα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ σπλάγχνα, καὶ πνεῦμα, καὶ πλησσόμενον ἀέρα· πολλοῦ γε δεῖ. Non, ut nobis ſunt aures, ita illis* (Angelis) *eſt lingua; neque inſtrumenta vocis quis aſſignaverit Angelis, labra, inquam, & quæ propter ea ſita ſunt, & guttur, & arteriam, & viſcera, & ſpiritum, & aërem, qui pulſatur. Minimè verò.* Non eſt contrarius Apoſtolus 1. Corinth. 13: 1. Ibi enim per *linguam Angelorum* non intelligitur *σαρκὸς ὄργανον, carnis inſtrumentum;* ſed oluit Apoſtolus *τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ὁμιλίαν τῷ γνωρίμῳ παρ' ἡμῖν τρόπῳ αἰσθαι, inter illos colloquium, modo nobis noto, ſignificare*, ut explicat ryſoſtomus, Homil. 32. in 1. ad Corinth. pag. 452. *Angelorum lingua ἡ νοερὰ πρὸς τὸ ἀλλήλοις διαδιδόναι τὰ θεῖα νοήματα δύναμις, intellectualis vis, ſibi mutuo divinarum rerum intellectum, ac divinas cogitationes imper-*, ut Theophylactus ad Pauli locum notat, pag. 273. *Ἀγγέλων γλώτ-ᾳ αἰσθητὰς λέγει, ἀλλὰ νοητάς τινας, δι' ὧν καὶ τῶν ὅλων ὑμνοῦσι θεὸν, καὶ οις προσδιαλέγονται. Angelorum linguas dicit, non quæ ſenſu, ſed quæ entiâ percipiuntur, per quas & univerſorum Deum laudant, & inter quuntur.* Eodem modo Theodoretus ad eundem locum, t. 3. 5. Conſulatur etiam Oecumenius ad locum Apoſtoli, pag. 464. aſcenus Orthod. fidei lib. 2. cap. 3. pag. 69.

uòd Angeli ſæpius ſub forma corporea apparuerunt, quia corpora gelis non fuerunt eſſentialia, ſed accidentalia tantùm. Apud um, quæſt. 29. ad Antiochum, t. 2. pag. 342. *Τί οὖν; οὐδὲ οἱ ' οὐσίαν Φαίνονται ἐπὶ τῆς γῆς τοῖς ἀνθρώποις; δυσαμῶς· ὅτε γὰρ δύναται θαλμὸς θεωρῆσαι οὐσίαν ἄφθαρτον. Quid igitur? annon Angeli ſecun- m apparent hominibus in terra? Nequaquam: neque enim poteſt noxius oculus eſſentiam videre à corruptione immunem.* Ad nu- ntatem Dei varias adumbrant perſonas, velut in ſcena qua- doretus in cap. 1. Ezechielis, pag. 309. dicit, Prophetas *τὰς τῶν ἀοράτων τὰς Φύσεις, ἀλλ' εἰκάσματά τινα, καὶ ἐκτυπώμα- την ὑπὸ τοῦ μεγαλοδώρου δεικνύμενα, eorum, qui cerni nequeunt, ſed ſimilitudines quaſdam, & formas, ab eo, qui magna lar- quemque uſum oſtenſas.* Idem, in cap. 1. Zachariæ, pag. 886.

886. ὁρῶνται αὐτῶν οὐχ αἱ Φύσεις· ἀσώματοι γὰρ αὗται· ἀλλὰ κατὰ χρείαν ἑκάστῳ ἐκτυποῖ τούτων τὴν θεωρίαν ὁ τούτων καὶ τῶν ἁπάντων δεσπότης. — οὐ πολύμορφοι, ἀλλ' ἀσώματοι αἱ νοηταὶ Φύσεις, πρὸς δὲ τὸ χρήσιμον ὁ τούτων δεσπότης σχηματίζει τὰς θεωρίας. *Videntur earum* (invisibilium virtutum) *non naturæ, illæ enim incorporeæ sunt: sed prout in singulis est opus, illarum speciem conformat qui & illarum ac rerum omnium Dominus est.* — *Non multiformes, sed incorporeæ sunt spirituales naturæ, atque ut opus est, naturæ Dominus illarum format visiones.* Et Damascenus Orthod. fidei lib. 2. cap. 3. pag. 70. Μετασχηματίζονται οἱ ἄγγελοι, πρὸς ὅπερ ἂν ὁ δεσπότης κελεύσοι θεός· καὶ οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφαίνονται, καὶ τὰ θεῖα αὐτοῖς ἀποκαλύπτουσι μυςήρια. *Transfigurantur Angeli, quomodocunque dominator jusserit Deus: atque sic hominibus apparent, & divina ipsis revelant mysteria.* De his talibus Angelorum apparitionibus duo maximè observanda sunt. *Alterum* est, corpora, in quibus apparuerunt Angeli, non fuisse inania Φαντάσματα, seu, eos non apparuisse in phantasmate putativæ carnis, sed *tantam*, ut ait Tertullianus, *corporis gestasse veritatem, ut & pedes eorum laverit Abraham, & eorum manibus ereptus sit Sodomitis Loth.* Corpora, quod *alterum* hoc loco observandum, in quibus apparuerunt Angeli, non sua, sed peregrina non naturaliter ipsis unita: quia iis non egent Angeli, ut animæ humanæ, perfectionis suæ caussa: sed libera voluntate, συγκαταβατικῶς assumtas fuisse, ut cum hominibus οἰκονομικῶς conversarentur. Quomodo iidem ediſſe dicantur, & quis eorum sit cibus, paucis considerare, non erit ab instituto nostro alienum. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone pag. 71. vult Angelos cibo uti, diverso tamen à cibo nostro, Ejus verba ad objectionem Tryphonis, *Angelos Abrahamo visos edisse*, hæc sunt = Κἀγὼ ἀπεκρινάμην, ὅτι μὲν βεβρώκασι, γέγραπται· εἰ δὲ τοὺς τρεῖς ἀκούσαιμεν λελέχθαι βεβρωκέναι, καὶ μὴ τοὺς δύο μόνους, οἵτινες ἄγγελοι τῷ ὄντι ἦσαν, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δῆλόν ἐςιν ἡμῖν, τρεφόμενοι, κἂν μὴ ὁμοίαν τροφὴν, ἥπερ οἱ ἄνθρωποι χρώμεθα, τρέφονται. *Ego verò respondi, scriptum quidem est, eos edisse = si verò tres audiremus dictos edisse, nec duos duntaxat, qui revera Angeli erant, & in cœlis, manifestum nobis est, eos edisse, quamvis non talem cibum, quali nos homines utimur.* Hanc sententiam suam inde probat, quia *Manna* vocetur ἄρτος ἀγγέλων, Psal. 78: 25. Ubi tamen observandum, Psalmum hunc *Manna* non vocare *panem Angelorum*, sed *panem heroum, fortium*, vel *potentium:* quod non ita accipiendum, quasi Angeli tali pane, aut alio cibo vescantur; sed quòd, ut Chaldæus Paraphrastes exponere videtur, Man fuerit demissum ex loco habitationis Angelorum;

vel,

vel, quòd ipsi cœlites Angeli, voluntatis divinæ administri, hunc panem suppeditarint. Ita exponit doctissimus S. Scripturæ interpres, Theodoretus, ad hunc locum, pag. 707. Ἄρτον ἀγγέλων καλεῖ, ὡς δι' ἀγγέλων χορηγηθέντα· ἄγγελοι γὰρ, ὡς ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς ἐδιδάχθημεν, τοῖς θείοις νεύμασιν ὑπουργοῦσι. Panem Angelorum *vocat*, *veluti per Angelos subministratum: Angeli enim, ut ex divinis scripturis accepimus, divinis nutibus subserviunt.* Idem, quæst. 29. in Exodum, pag. 93. *Vocatur panis Angelorum*, ὡς ἀγγέλων τῇ τούτου δωρεᾷ διακενουμένων· ἡ γὰρ ἀσώματος φύσις οὐ δεῖται τροφῆς. Οὕτως ἄρτος οὐρανοῦ προσηγορεύθη, ἐπειδὰν ἄνωθεν κατηνέχθη, οὐκ ἐξ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀέρος. Οὕτω καὶ πετεινὰ οὐρανοῦ προσηγόρευται τὰ τὸν ἀέρα διαπερῶντα, *propterea quòd ministerio Angelorum datus est: nam incorporea natura cibo non indiget. Sic etiam appellatur* panis cœli, *quia superne veniebat, non ex ipso cœlo, sed ex aëre.* Ita & volucres cœli dictæ sunt, quæ per aërem volant. Suidas: Μάννα· ἡ ἄνωθεν χορηγουμένη τροφή. Καὶ Δαυίδ· Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος· τουτέστι τοῦτο, ὃ καὶ ἄρτος ἀγγέλων λέγεται, ὡς ὑπ' ἀγγέλων χορηγούμενος. Manna: *cibus superne suppeditatus. Et David:* Panem Angelorum comedit homo. *Hoc est id, quod & panis Angelorum vocatur, ut ab Angelis suppeditatus.* Vocatur ἄρτος οὐρανοῦ Psal. 78:24. Exodi 16:4. ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Vide etiam Nehemiæ 9:15. Ps. 105:40. Joh. 6:31. Theodoretus in Psal. 78. Ἄρτον οὐρανῦ, ὡς ἄνωθεν ἐνεχθέντα καλεῖ· καὶ τοὺς ἀεροπόρους γὰρ ὄρνιθας, πετεινὰ οὐρανοῦ ἡ θεία προσαγορεύει γραφή. Panem cœli, *tanquam superne delatum vocat. Nam & aves, quæ per aërem meant*, volucres cœli *sacra scriptura nuncupat.* Et in Psal. 105. pag 823. Καὶ δεηθεῖσιν ἄρτων, ἄνωθεν ἐχορήγησε τούτους, διὰ τῶν νεφελῶν ἐχ ὑετὸν, ἀλλ' αὐτὴν δωρησάμενος τὴν τροφήν. *Et illis, qui panibus indigebant, suppeditavit eos, per nubes non pluviam, sed ipsam largitus alimoniam.* Sed redeamus ad Angelos, qui Abrahamo apparuerant. De iis rectè Athanasius t. 2. pag. 320. Ὥσπερ ἄνδρες φανέντες οἱ ἄγγελοι, ἐκ ἦσαν ἄνδρες τῇ φύσει· οὕτως οὐδὲ ἐσθίειν νομισθέντες ἤσθιον φύσει· τὸν φιλόξενον δὲ τρόπον τοῦ Ἀβραὰμ ἐτίμων τῷ σχήματι τῆς μετουσίας, ζηλωτὴν αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν ἀποφαίνοντες. *Quemadmodum Angeli, qui in forma virorum apparuerunt, non erant viri naturâ: ita, etiamsi edere visi sint, non tamen ederunt naturâ: hospitalitatem verò Abrahami honorabant externâ consortii specie, hac ratione ostendentes & declarantes, ejus virtutem æmulatione dignam esse.* Et Theodoretus quæst. 69. pag. 53. Εἰ τὸν νοῦν ἀναπτύσσωμεν, ὡς ὤφθησαν ἔφαγον. ὥστερ γὰρ ἀσώματον ἔχοντες φύσιν, καὶ αὐτοὶ, καὶ ὁ τούτων δεσπότης, σώματα ἔχειν ἔδοξαν, οὕτως γὰρ ἐωράθησαν· ὕτως ἐσθίοντες ὤφθησαν, οὐ σώματι καὶ γαστρὶ τὴν τροφὴν προσ-

ενεγκόντες· οὔτε γὰρ εἶχον σώματα· ἀναλώσαντες δὲ αὐτὴν ὡς ἠθέλησαν. *Si mentem* horum verborum *excutiamus*, *quemadmodum apparuerunt*, *ita etiam comederunt*. *Quemadmodum enim illi*, *cùm incorpoream habeant naturam*, *tamen & ipsi & eorum Dominus visi sunt habere corpora*, *ita enim apparuerunt*: *sic visi sunt edere*, *non cibum inferentes in os & ventrem*, *neque enim corpora habebant*; *sed consumentes cibum prout voluerunt*. Inter hos verò Angelos, qui Abrahamo apparuerunt, erat etiam ipse Dei Filius, qui sæpe in præludium incarnationis sub veteri Testamento apparuit. Ita, in loco modò adducto, dicit Theodoretus, non tantùm Angelos apparuisse, sed etiam eorum Dominum. Synesius in epistolis: Ἡ Φιλοξενία τὸν Ἀβραὰμ θεῷ πετοίηκεν ἑστίατορα. *Hospitalitas Abrahamum Dei convivam fecit*. Clarius adhuc Chrysostomus, quando Homil. 10. t. 5. pag. 43. Abrahamum his compellat verbis: Ὤφθη σοὶ χριστός, ὦ θαυμάσιε, ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος δύο, καὶ γέγονας διὰ φιλοξενίας καὶ θεῷ καὶ ἀγγέλοις ὁμόσκηνος. — ὤφθη σοὶ χριστὸς ἐν ἀνθρώπου σχήματι, τῆς θείας αὐτοῦ καὶ σωτηρίου ἐπιδημίας παραφαίνων σοὶ τὰ μυστήρια. *Apparuit tibi Christus*, *ô admirabilis vir*, *à duobus Angelis stipatus*, *& per hospitalitatem factus es Dei & Angelorum contubernalis*. — *Apparuit tibi Christus in forma humana*, *divini & salutaris adventus sui exhibens tibi mysteria*. Consentit Sozomenus lib. 2. cap. 4. pag. 22. de hac ipsa apparitione sic scribens: Τότε ἐπεφάνη τῷ εὐσεβεῖ ἀνδρὶ, χρόνοις ὕστερον ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἀνθρωπείου γένους διὰ τῆς παρθένου φανερῶς αὐτὸν ἐπιδείξας. *Tunc apparuit* Filius Dei *pio illi viro*, nempe Abrahamo, *qui longo tempore post ad salutem generis humani per Virginem seipsum manifestò ostendit*. Sic Athanasius Orat. 4. contra Arianos, t. 1. pag. 464. & 465. pluribus probat, Genes. 48: 16. per *Angelum* non intelligi Angelum creatum, sed ipsum Dei Filium. Verba ejus inter alia sunt: Οὐ τῶν κτισθέντων, καὶ τὴν φύσιν ἀγγέλων ὄντων, ἕνεκα, συνῆπται τῷ κτίσαντι αὐτοὺς θεῷ· οὐδὲ ἀφεὶς τὸν τρέφοντα αὐτὸν θεὸν παρ' ἀγγέλου τὴν εὐλογίαν ἤτει τοῖς ἐγγόνοις· ἀλλ' εἰρηκώς, Ὁ ῥύομένός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, ἔδειξε μὴ τῶν κτισθέντων τινὰ ἀγγέλων, ἀλλὰ τὸν Λόγον εἶναι τοῦ θεοῦ, ὃν τῷ πατρὶ συνάπτων ἠύχετο· δι' οὗ, καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ, ῥύεται ὁ θεός. *Non ex creatis*, *& naturâ Angelis exsistentibus*, *unum cum Deo*, *eorum creatore*, *conjunxit* Jacobus Patriarcha: *neque relicto Deo nutritore suo*, *ab Angelo benedictionem petiit nepotibus*: *sed*, *cùm dixisset* Qui me ex omnibus malis eripuit, *ostendit*, *non ex creatis Angelum aliquem*, *sed Dei Verbum esse*, *quod*, *cum Patre conjungens*, *precatus est*: *per quod etiam*, *quos vult*, *Deus eripit*. Eadem est sententia Cyrilli Alexandr. lib. 6. Glaph. in Genesin, pag. 210. & in Thesauro, Assert. 12. p. 116.

Sic

Sic Exodi 3. *Angelus dicitur Moſi in rubo apparuiſſe, deinde verò Deus cum illo locutus eſſe.* Ad quem locum Theodoretus, quæſt. 5. in Exodum, pag. 78, 79. Ὅλον τὸ χωρίον δείκνυσι θεὸν ὄντα τὸν ὀφθέντα· κέκληκε δὲ αὐτὸν καὶ ἄγγελον, ἵνα γνῶμεν, ὡς ὁ ὀφθεὶς οὗτός ἐστιν ὁ θεὸς καὶ Πατήρ· τίνος γὰρ ἄγγελος ὁ Πατήρ; ἀλλ' ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. *Univerſus ille locus demonſtrat, Deum eſſe, qui apparuit. Vocavit autem illum* Angelum, *ut cognoſcamus, eum, qui viſus eſt, non eſſe Deum Patrem: cujus enim Angelus Pater? ſed unigenam Filium, magni conſilii Angelum.* His gemina habet idem quæſt. 89. in Geneſin, pag. 64. Cur autem Filius Dei vocetur *Angelus*, Gregorius Nyſſenus Orat. 11. contra Eunomium, t. 2. pag. 699. hanc reddit rationem: Ὥσπερ ὁ ἡμέτερος λόγος τῶν τοῦ νῷ κινημάτων μηνυτής τε καὶ ἄγγελος γίνεται· οὕτω φαμὲν καὶ τὸν ἀληθινὸν λόγον, τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα διαγγέλλοντα τοῦ ἰδίου Πατρὸς τὴν βουλὴν τῇ ἐνεργείᾳ τῆς ἀγγελίας ἐπονομαζόμενον, ἄγγελον λέγεσθαι. *Quemadmodum noſter ſermo mentis motuum index eſt & internuncius: ſic etiam dicimus, verum Verbum, quod in principio proprii Patris conſilium nunciavit, ob nunciandi munus, quo fungitur,* Angelum *dici.* Et Chryſoſtomus Catenâ in cap. 17. Johannis, pag. 409. Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος λέγεται ὁ Υἱὸς τοῦ θεοῦ, τῶν τε ἄλλων ἕνεκεν ὧν ἐδίδαξε, καὶ προηγουμένως, ὅτι τὸν Πατέρα εἰς ἀνθρώπους κατήγγελε. Magni Conſilii Angelus *dicitur Filius Dei, cùm aliorum, quæ docuit gratiâ, tum præcipuè, quòd Patrem hominibus annunciavit.*

Quanquam autem maxima veterum pars in eo amicè & conſtanter conſpiret, quòd Angeli à mole corporea ſint liberi; reperti tamen etiam ſunt, qui in contrariam delapſi ſententiam, vel diſertè Angelis quædam aſſignarunt corpora, vel dubiè de re tota ſunt locuti. Theognoſtus Alexandrinus in Bibliotheca Photii, Cod. 106. pag. 280. *Angelis tribuit corpora, ſed* σώματα λεπτὰ, *corpora tenuia.* Eadem fuit ſententia Macarii Ægyptii, ut patet ex ſequentibus Homil. 4. pag. 47. verbis: Ἔκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν σῶμά ἐστιν· ὁ ἄγγελος, ἡ ψυχὴ, ὁ δαίμων. ὅτι κἂν λεπτὰ ὦσιν ὅμως ἐν ὑποστάσει καὶ χαρακτῆρσι καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς φύσεως αὐτῶν σώματα τυγχάνει λεπτὰ, ὥσπερ ἐν ὑποστάσει τοῦτο τὸ σῶμα παχύ ἐστιν. *Unumquodque ſecundum propriam naturam corpus eſt, Angelus, anima, dæmon: quoniam, licet tenuia ſint, tamen ſubſtantiâ, charactere & imagine, ſecundum ſubtilitatem naturæ ſuæ corpora ſunt ſubtilia, quemadmodum hoc corpus ſubſtantiæ ſuæ reſpectu craſſum eſt.* Gregorius Nazianzenus autem, Orat. 34. pag. 560. dubius & anxius animi pendet. *Angelum*, vocat νοητὴν φύσιν, *naturam, quæ nonniſi ratione & intelligentiâ percipiatur*; & addit,

πλὴν ἡμῖν γε ἀσώματος ἔςω, ἢ ὅτι ἐγγύτατα, *ſed ſit ſanè nobis ille incorporeus aut quàm proximè ad hoc accedat.* Oratione tamen eadem, pag. 541. diſputat contra eos, qui Angelis corpora tribuunt, & rogat, Πόθεν, ὅτι ἄγγελοι σώματα, καὶ τίνα ταῦτα; *Unde probabunt, Angelos corporibus conſtare, & quibus tandem corporibus?* Idem, Orat. 38 pag. 617. Angelos dicit eſſe εἴτε νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ οἷον ἄϋλον καὶ ἀσώματον, εἴτέ τινα Φύσιν ἄλλην ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων, *ſive intelligentes ſpiritus, ſive ignem velut à materiæ expertem & incorporeum, ſive aliam quandam naturam, quàm proximè ad dictas accedentem.* Origenes etiam lib. 2. περὶ ἀρχῶν, cap. 2. Angelis tribuit corpora. Tertullianus lib. de carne Chriſti, cap. 6. pag. 556. aſſignat quidem *Angelis corpus, ſed ſui generis.* At Tertulliano omnis natura corpus eſt, etiam Deus, quem tamen credit eſſe ſpiritum. Vide eum adv. Praxeam cap. 7. pag. 846. lib. de Pœnitentia, cap. 3. lib. adv. Hermog. cap. 25. & lib. de Carne Chriſti cap. 11. Hunc errorem obſervarunt jam olim Auguſtinus, Fulgentius, & alii. Auguſtinus tamen lib. de Hæreſibus cap. 86. Tertullianum hisexcuſat verbis: *Potuit Deum dicere corpus, quia non eſt nihil, non eſt inanitas, non eſt corporis vel animæ qualitas, ſed ubique totus, & per locorum ſpatia nulla partitus, in ſua tamen natura atque ſubſtantia immutabiliter permanet.*

Quodſi nunc in hujus erroris originem inquirere lubeat, deprehendemus, veteres eò fuiſſe delapſos ex falſæ cujuſdam opinionis præjudicio. Cùm enim cernerent Geneſ. 6: 2. *Filios Dei filias hominum accepiſſe*, per *filios Dei* intellexerunt *Angelos*, coſque cum mulieribus conſuevisſe voluerunt, quod, ſi prorſus eſſent ἀσώματοι, fieri non potuiſſe exiſtimarunt, atque inde natos gigantes, vel dæmones ſomniarunt. In hac verò opinione maximè confirmati fuerunt autoritate commentitii libri Enochi, qui expreſsè docet, *Angelos, corporibus aſſumtis, cum filiabus hominum coiviſſe.* Vide Joſephi Scaligeri Notas ad Chronicon Euſebii Græcum, pag. 404. ubi ἀποσπασμάτιον habes ex hoc ὑποβολιμαίῳ Enocho. Hunc autem errorem plures ex veteribus hauſerunt. Unum tantùm & alterum audiamus, reliquos nominemus. Juſtinus Martyr apol. ad Senatum Romanum, pag. 130. Οἱ δ' ἄγγελοι παραβάντες τήν δε τήν τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν, καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες. *Angeli verò hunc tranſgreſſi ordinem*, nempe in quo à Deo erant creati, *mulierum coitu victi ſunt, & filios procrearunt, qui dæmones vocantur.* Athenagoras Legat. pro Chriſtianis, pag. 26. Ἐκεῖνοι μὲν εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων, καὶ ἥττους σαρκὸς εὑρεθέντες. — ἐν μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἐχόντων, οἱ καλοῦ-

Digitized by Google

λούμενοι ἐγεννήθησαν γίγαντες. *Illi quidem amoribus virginum capti, & à carne victi. — Ex amatoribus igitur virginum, qui gigantes vocantur, nati sunt.* Eadem opinione imbutus fuit Clemens Alexandr. Pædag. lib. 3. *in fine* cap. 2. pag. 222. ſtromat. 5. pag. 550. & ſtromat. 3. pag. 450. Methodius apud Photium, Cod. 234. pag. 908. in Oratione de Reſurrectione: Stephanus Gobarus, apud eundem, Cod. 232. pag 897. num. 26. Euſebius, præparat. Euangel. lib. 5. cap. 4. pag. 111. Joſephus etiam *Antiquitat.* Jud. lib. 1. cap. 4. Ex Patribus Latinis Tertullianus lib. de idololatria, cap. 9. num. 47. pag. 241. lib. de Habitu mulieb. cap. 2. *um. 17. pag. 257.* lib. de cultu fœm. cap. 10. num. 56. pag. 267. lib. velandis Virginibus, cap. 7. num. 52. pag. 312. lib. 5. adv. Marcionem, *cap. 18.* num. 291. pag. 801. Lactantius lib. 2. div. Inſtitut. cap. Ambroſius lib. de Noë, cap. 4. Cyprianus de diſciplina & habitu virum: *Sulpitius* Severus hiſt. ſacræ lib. 1. cap. 2. & alii plures.

Cauſſam erroris dedit, quòd vetus editio Græca, quam ſecuti ſunt, *Philonem*, legeret οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, & Latina, vel Ambroſio, Auino, Procopio teſtibus, *Angeli Dei*, pro eo, quod poſtea lectum nitur, οἱ Υἱοὶ τοῦ θεοῦ, & Latinè *Filii Dei:* quam utramque lectionem empore agnovit Auguſtinus lib. 15. de Civitate Dei, cap. 23. notat , in quibuſdam Codicibus LXX. Interpretum Legi, οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ. Cyrillus tamen lib. 9. contra Julianum, pag. 296. vat, *veriorem* ſcripturam habere, οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ. At idem, lib. 2. h. in Geneſin, pag. 28. teſtatur, quædam exemplaria expreſsè leἸδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. Et lib. 9. adv. um, pag. 296. quoſdam, poſt editam LXX. Interpretum verſio- pro οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, ſcripſiſſe aſſerit, υἱοὶ τῶν δυναστευόντων. Et adv. op. cap. 17. pag. 385. Οἱ μὲν, υἱοὶ τῶν δυναστευόντων, οἱ δὲ, υἱοὶ τῶν δυναστῶν. es tamen ex ipſis etiam veteribus hanc τερατώδη opinionem partim ν, partim κατὰ θέσιν refutarunt.

ετ' ἄρσιν docuerunt, per *Filios Dei* non poſſe *Angelos* intelligi. Ra-

orum ſunt:

Angeli in Scriptura nuſquam vocentur υἱοὶ θεοῦ. Ita argumentatur omus Homil. 22. in Geneſin, t. 1. pag. 155. Δειξάτωσαν, τοῦ υἱοὶ θεοῦ προσηγορεύθησαν. Ἀλλ' ἂν οὐκ ἔχοιεν οὐδαμοῦ δεῖξαι· ἄνθρωποι μὲν ησαν υἱοὶ τοῦ θεοῦ, ἄγγελοι δὲ οὐδαμῶς. *Oſtendant*, (nempe qui vo- r *filios Dei* intelligendos eſſe *Angelos*) *ubinam* Angeli *vocati ſint Sed non poſſunt uſpiam oſtendere: homines enim vocati quidem*

ſunt.

sunt filii Dei, *Angeli verò neutiquam.* Confidenter satis loquitur Chrysostomus. Verum quidem est apud LXX. Interpretes, quos solos consuluerat, Angelos nunquam vocari υἱοὺς θεοῦ, *filios Dei:* at in contextu originali Jobi 1:6. & 38:7. disertè nominantur בני אלהים quod tamen LXX. Interpretes non reddunt υἱοὶ τοῦ θεοῦ, sed clariùs adhuc, ad omnem ambiguitatem tollendam, ἄγγελοι τοῦ θεοῦ.

Quia Angeli sint incorporei. Theodoretus quæst. 47. in Genesin, ex verbis Genes. 6:3. ita argumentatur: Ἔδει αὐτοὺς συνιδεῖν ἐντεῦθεν, ὡς οὔτε σάρκας ἔχει τῶν ἀσωμάτων ἡ Φύσις, οὔτε χρόνῳ ῥητῷ περιωρισμένην ἔχουσι τὴν ζωήν· ἀθάνατοι γὰρ ἐκτίσθησαν. *Oportebat eos* (qui Angelos intelligunt) *inde perspicere, naturam incorpoream non habere carnem, neque* Angelos *vitam habere tempore definitam: immortales enim creati sunt.* Basilius Seleuciensis Orat. 6. pag. 31. Πῶς ἄσαρκος Φύσις ἀγγέλων, ἐπιθυμίᾳ τῶν σωμάτων ἡλίσκετο; νόμοις γὰρ προσφόροις ἑκάστην Φύσιν ὁ δημιουργὸς ἠσφαλίσατο, καὶ πέπηγεν ἐν τοῖς ἑαυτῶν μέτροις καὶ ὅροις τὰ κτίσματα. *Quomodo carnis expers Angelorum natura corporum amore capiebatur? Creator enim quamlibet naturam convenientibus Legibus muniverat, & creaturas intra terminos & metam suam stabiliverat.* Autor quæstionum ad Antiochum, apud Athanasium, t. 2. pag. 352. Quæst. 57. Υἱοὶ θεοῦ, οἱ υἱοὶ τοῦ Σήθ· ἐπεὶ ἀσώματος Φύσις οὔτε σωμάτων ἐρᾷ, οὔτε γυναιξὶ συμπλέκεται. *Filii Dei, sunt filii Sethi: natura enim corporis expers neque corpora amat, neque cum mulieribus miscetur.*

Quia hac ratione Angeli, non homines fuissent puniendi. Notum autem est, homines in universali eluvione interneccione fuisse deletos. Hoc argumento utitur Theodoretus quæst. 47. in Genesin. Εἰ ἄγγελοι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπεμίγησαν θυγατράσιν, ἠδίκηνται οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῶν ἀγγέλων· βίᾳ γὰρ δηλονότι τὰς τούτων θυγατέρας διέφθειραν. Ἠδίκηνται δὲ καὶ παρὰ τοῦ πεποιηκότος θεοῦ, ὑτὲρ ἀγγέλων λελαγνευκότων αὐτοὶ κολαζόμενοι. Ἀλλὰ ταῦτα οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι φάναι τολμῆσαι τὸν τοῦ ψεύδους Πατέρα. *Quodsi Angeli filiabus hominum permixti fuissent, homines ab Angelis essent injuriâ affecti, quia per vim horum filias corrupissent. Injuriam quoque passi essent à Deo creatore, eò quòd pro Angelis, qui libidinosi fuerant, ipsi puniti essent. Verùm hæc, ut arbitror, ne pater quidem mendacii dicere auderet.*

b. Κατὰ θέσιν docuerunt, per *filios Dei* intelligendos esse *Sethi posteros* quia in ipsius familia cultus Dei, à quo posteri Caini desciverant, instauratus & constitutus fuerit. Ita sentit Chrysostomus homil. 22. in Genesin: Ἔθος τῇ γραφῇ καὶ τοὺς ἀνθρώπους, υἱοὺς θεοῦ καλεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἀπὸ τοῦ Σὴθ οὗτοι κατῆγον τὸ γένος, τοῦ τὸν ὑπ' αὐτοῦ τεχθέντα προσαγορεύοντος Ἐνὼς, ἐξ ἐνε-

νο-

νοὺ λοιτὸν οἱ ἐξῆς τικτόμενοι υἱοὶ θεῦ προσηγορεύθησαν παρὰ τῆς θείας γραφῆς, διὰ τὸ μιμεῖσθαι μέχρις ἐκείνου τῶν προγόνων τὴν ἀρετήν. *Solet ſcriptura etiam homines* filios Dei *vocare. Cùm igitur illi à Setho deſcenderint, qui ex ſe genitum vocabat Enos, ex eo deinceps nati à ſacra ſcriptura* filii Dei *vocati ſunt, quia ad eum uſque majorum imitabantur virtutem.* Theodoretus quæſt. 47. in *Geneſin:* Οἱ ἐκ τοῦ Σὴθ τὸ γένος κατάγοντες, πάλαι μὲν, ὡς ἀρετῆς ἐπιμελούμενοι, υἱοὶ θεῦ ἐχρημάτιζον. *Qui ex Setho genus duxerunt, olim quidem, ut virtutis ſtudioſi,* filii Dei *vocabantur.* Eandem ſententiam idem pluribus exponit in epitome divinorum Decretorum, cap. 7. t. 4. pag. 266. *Conſentit Photius* epiſt 172. pag. 216. Baſilius Seleucienſis Orat. 6. pag. . Οἱ μὲν οὖν υἱοὶ θεῦ χρηματίζεσιν οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴθ, σύμβολον τῆς πρὸς τὸν θεὸν ιότητος τὴν προσηγορίαν ἐπιφερόμενοι. *Filii quidem Sethi vocantur* filii Dei, *bolum ſuæ cum Deo conjunctionis appellationem hanc ferentes.* Inepta ve- & à *veritate* alieniſſima eſt ſententia eorum, qui volunt *Enos*, pro- r *pietatem*, *vocatum eſſe Deum*, ac ex eo natos, *filios Dei*, quemad- *lum nos à Chriſto* dicamur *Chriſtiani.* Huc inclinat Theodoretus, ſt. 47. in Geneſin, his verbis: Εἰρηκὼς ὁ συγγραφεὺς, ὅπως ἐκ μὲν τοῦ ὁ Σὴθ ἐγεννήθη, ἐκ δὲ τοῦ Σὴθ ὁ Ἐνὼς, προσέθηκεν, Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαι, τὸ ὄνομα Κυρίε τοῦ θεῦ. Ὁ δὲ Ἀκύλας οὕτως τοῦτο ἡρμήνευσε, τότε ἤρξαντο καλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίε. Αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος, ὡς διὰ τὴν εὐσέβειαν πρῶτος τῆς θείας προσηγορίας τετύχηκε, καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν ὠνομάσθη θεός. οἱ ἐκ τούτε Φύντες, υἱοὶ θεῦ ἐχρημάτιζον, ὥσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς τοῦ δεχριςοῦ προσηγορίας χριςιανοὶ καλούμεθα. *Cùm narraſſet Moſes, quomodo Adamo natus eſſet, ex Seth autem Enos, ſubjunxit,* Ille ſperavit in- nomen Domini Dei. *Quod quidem Aquila ſic interpretatus eſt,* cœptum eſt vocari nomine Domini. *Indicat autem ſermo ille,* pter *pietatem primus hic divinam appellationem ſortitus ſit, & à co-* Deus *vocatus. Unde & qui ex eo nati ſunt, vocati ſunt* filii Dei: *odum nos quoque ex nomine* Chriſti *Domini*, Chriſtiani *nuncupa-* andem ſententiam pluribus defendit Cyrillus Alexandr. lib. 1. n Geneſin, pag. 23. & ab initio lib. 2. pag. 25. Item lib. 9. adv. . Priorem autem interpretationem longè & ſimpliciorem & eſſe, omnes pene conſentiunt ſcripturarum Interpretes, ad orem ablegamus.

nda Angelorum proprietas eſt, quòd ſint ἀόρατοι, *inviſibiles.* Id Concilii Nicæni Antiſtites, quando Deum agnoſcunt eſſe ποιη- *rerum inviſibilium creatorem*, & Angelos intelligunt. Baſi-

lius

lius M. Orat. 1. in Hexaëm. Angelos vocat ἀοράτους Φύσεις, Chryſoſtomus ſerm. 4. de ſacerdotio, ἀοράτους δυνάμεις. Nec repugnat, quòd ſæpe apparuerint, & viſi dicantur. Confer, quæ dicta ſunt ſub prima proprietate, ad literam β.

3. *Tertia proprietas* eſt, quòd ſint ἀθάνατοι καὶ ἄφθαρτοι, *immortales & à corruptione immunes.* Baſilius M. in Pſal. 44. pag. 248, 249. Οὐ γὰρ οἱ ἄγγελοι ἐπιδέχονται τὴν ἀλλοίωσιν. οὐδεὶς γὰρ παρ' ἐκείνοις παῖς, οὐδὲ νεανίσκος, οὐδὲ πρεσβύτης, ἀλλ' ἐν ᾧπερ ἐξ ἀρχῆς ἐκτίσθησαν καταςάσει, ἐν ταύτῃ διαμένουσιν, ἀκεραίας αὐτοῖς καὶ ἀτρέπτου τῆς συςάσεως σωζομένης. *Non enim Angeli mutationem patiuntur: nullus enim apud illos puer, neque adoleſcens, neque ſenex, ſed in quo ab initio creati ſunt ſtatu, in hoc perpetuò manent, ſervata ſimplici, & eadem immutabili propriæ naturæ ſubſtantia.* Habent autem *immortalitatem* non per naturam, ſed per gratiam: ſiquidem *per naturam habere* aliquid accipiatur pro eo, quod convenit alicui independenter ab alio, & cura ullam participationem. Hoc enim ſenſu ſolus Deus immortalis eſt, teſte Apoſtolo 1. Timoth. 6: 16. quia nimirum abſolutè & per ſe immortalis eſt; creaturæ verò, quibus immortalitas tribuitur, tales ſunt participatione & dependenter à Deo. Hoc optimè explicat Theodoretus, Dial. 3. pag. 145. Κυρίως ἀθάνατος ὁ θεὸς· ὐσίᾳ γὰρ ἀθάνατος, οὐ μετουσίᾳ. οὐ γὰρ παρ' ἑτέρου τὴν ἀθανασίαν ἔχει λαβών· τοῖς δὲ ἀγγέλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὸς τὴν ἀθανασίαν δεδώρηται. *Propriè immortalis eſt Deus. Eſſentiâ enim enim eſt immortalis, non participatione: nec enim alii acceptam fert immortalitatem. Angelis verò, & aliis, ipſe immortalitatem largitus eſt.* Et Athanaſius Dial. 1. contra Maced. Μόνος ὁ θεὸς ἔχει ἀθανασίαν, ὅτι ὁ θεὸς αὐτός ἐςιν ἀθανασία, οἱ δὲ ἄγγελοι μετοχῇ ἀθανασίας εἰσὶν ἀθάνατοι. *Solus Deus immortalitatem habet, quia Deus ipſe eſt immortalitas: Angeli verò participatione immortalitatis, ſunt immortales.* Theophylactus ad adductum Apoſtoli locum, pag. 793. Κυρίως γὰρ αὐτὸς ἔχει ὐσιωδῶς τὴν ἀθανασίαν· ἄγγελοι δὲ, εἰ καὶ ἀθάνατοι, ἀλλ' οὐ Φύσει, χάριτι δέ· ὥςε οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ μετέχουσι. *Propriè enim ipſe* (Deus) *eſſentialiter habet immortalitatem: Angeli autem etſi immortales ſint, non tamen naturâ, ſed ex gratia: ac proinde* (immortalitatem) *non habent, ſed participant.* Vide eundem ad vſ. 27. cap. 12. ad Hebræos, pag. 1020. Damaſcenum contra Manichæos pag. 266. lib. 2. Orthod. fidei, cap. 3. pag. 69. Dionyſium Areopagitam cap. 6. de div. Nominib. pag. 592. Stephanum Gobarum in Biblioth. Phot. Cod. 232. pag. 896. num. 25.

4. *Quarta Angelorum proprietas* eſt, quòd ſint περίγραπτοι, ſeu *quòd non ſint*

sint in omni loco. Theodoretus quæst. 3. in Geneſin : Ἀπερίγραφον μόνην ἐδιδάχθημεν εἶναι τὴν θείαν Φύσιν· ἄτε δὴ καὶ ἄκτιστον οὖσαν, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀίδιον· τὰ δέγε ἀρξάμενα τοῦ εἶναι, περιγεγραμμένον ἔχει δηλονότι τὸ εἶναι· ἐκεῖν καὶ ἀσώματον λέγοντες εἶναι τῶν ἀγγέλων τὴν Φύσιν, περιγεγράφθαι φαμὲν αὐτῶν τὴν οὐσίαν. *Incircumſcriptam ſolam eſſe divinam naturam didicimus, quippe quæ increata ſit & principii expers, atque æterna. Quæ enim eſſe cœperunt, habent illa prorſus eſſe circumſcriptum. Quare, licet expertem corporum fa-mur Angelorum eſſe naturam, circumſcriptam tamen illorum ſubſtantiam imus.* Damaſcenus lib. 2. Orthod. fidei, cap. 3. pag. 69. Ἄγγελοι περ-πτοι· ὅτε γάρ εἰσιν ἐν οὐρανῷ, ἐκ εἰσὶν ἐν τῇ γῇ· καὶ εἰς τὴν γῆν ὑτὸ τῦ θεῦ ξελλόμενοι, ἐκ ἐνατομένουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ. *Angeli circumſcripti ſunt : nam ſunt in cœlo, non ſunt in terra : & quando à Deo in terram mittuntur, manent in cœlo.* Angeli autem in loco eſſe dicuntur, non ſitu & ſu-, ut corpus : ſed primùm quidem eſſentiæ ſuæ, quæ finita eſt, ation : deinde etiam virtutis ſuæ ad certum locum applicatione; uidem virtute locum continent potiùs, quàm ab eo continentur. cit illud Athanaſii, Catenâ in cap. 2. Jobi, pag. 26. Ἄγγελοι ἐν ει, καὶ ἔνθα ἀπεξέλλονται, ἐκεῖ πάρεισι· μόνος δὲ ὁ θεὸς ἀπερίγραπτος. *An-oco ſunt, & quo mittuntur, illic adſunt : ſolus verò Deus circumſcri-t.* Perſpicuè ſatis rem explicat Damaſcenus lib. 1. Orthod. fidei, pag. 58. Ὁ ἄγγελος σωματικῶς μὲν ἐν τόπῳ οὐ περιέχεται, ὥςε τυποῦ-χηματίζεσθαι· ὅμως λέγεται εἶναι ἐν τόπῳ, διὰ τὸ παρεῖναι νοητῶς, καὶ τὰ τὴν αὐτοῦ Φύσιν, καὶ μὴ εἶναι ἀλλαχοῦ, ἀλλ' ἐκεῖσε νοητῶς περι-ἔνθα καὶ ἐνεργεῖ· οὐ γὰρ δύνατται κατὰ ταὐτὸν ἐν διαφόροις τόποις ἐνερ-*clus corporaliter quidem loco non continetur, quaſi formam figu-ibiat : in loco tamen dicitur eſſe, quia adeſt intelligibiliter, & ſe-uram ſuam operatur, nec alibi eſt, ſed ibi intelligibiliter circum-bi etiam operatur : non enim poteſt ſecundum idem diverſis in lo-*

Alias proprietates ſtudio tranſilimus.

Angelorum. *Angelorum alii boni* ſunt, *alii mali.* Cùm au-initio boni à Deo fuerint creati, de iis pauca ſubjicere lu-conſideramus

Gregorius Nyſſenus Homil. 2. t. 2. pag. 23. Angelos vo-ἱεροὺς ἀγγέλους, *cœleſtes, & Deo proximos Angelos :* Chry-δυνάμεις, *ſapientes virtutes :* Greg. Nazianzenus Orat. 38. ικὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, λαμπρότητας δευτέρας, λειτουργὰς στους, *angelicas & cœleſtes virtutes, ſecundos ſplendores,*

miniſtros primi ſplendoris: Idem, Orat. 34. pag. 561. eos vocat ὑμνῳδοὺς θείας μεγαλειότητος, καὶ θεωροὺς δόξης ἀϊδίου, *divinæ majeſtatis præcones, & gloriæ æternæ ſpectatores:* Orat. 42. pag. 676. Τὴν πρώτην φωτεινὴν φύσιν μετὰ τὴν πρώτην, *primam lucidam naturam poſt primam*, nempe poſt Deum: & pag. 677. Angelos vocat τοὺς πρώτους, καὶ νοεροὺς, καὶ καθαροὺς, καὶ τῆς ἄνω δόξης ἐπόπτας καὶ μάρτυρας, *primas, & intelligentes, & puras, ſuper-næque gloriæ ſpectatores & teſtes.* Alia nomina & epitheta, ab effectis petita, mox ſequentur.

β. *Effecta*, quæ duplicia ſunt: *alia* reſpectu Dei, *alia* reſpectu creaturarum.

a. *Reſpectu Dei.* Aſſiduè nomen Dei laudant. Baſilius M. in Pſal. 28. pag. 179. Ἀγγέλοις ἔργον, δοξολογεῖν θεὸν πάσῃ τῇ στρατιᾷ τῶν ἐπουρανίων ἓν τοῦτο ἔργον, δόξαν ἀναπέμπειν τῷ κτίσαντι. *Angelorum opus, laudare Deum: omnibus cœleſtibus exercitibus una hæc cura, gloriam tribuere Creatori.* Theodoretus in epitome div. Decret. cap. 7. t. 4. pag. 267. Λειτουργία τῶν ἀγγέλων ἡ ὑμνῳδία. *Miniſterium Angelorum, eſt hymnorum decantatio.* Autor quæſtionum ad Antiochum, apud Athanaſium, t. 2. quæſt. 31. pag. 342. dicit, Angelorum opus eſſe ὕμνον ἄληκτον, καὶ αἶνον ἄπαυστον τῆς μεγαλοπρεπείας τοῦ θεοῦ, *indefeſſum hymnum, & nunquam intermiſſam laudationem majeſtatis divinæ.*

b. *Reſpectu creaturarum*, quæ ſunt Fideles cuſtodire, eoſque in omni bono juvare. De his Baſilius M. in Pſal. 28. pag. 221. Ὥσπερ οἱ τῶν πόλεων περίβολαι κύκλῳ πάσαις περικείμενοι, πάντοθεν τὰς πολεμίων προσβολὰς ἀπείργουσιν· οὕτω καὶ ὁ ἄγγελος καὶ προτειχίζει ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, καὶ ὀπισθοφυλακεῖ καὶ οὐδὲ τὰ ἑκατέρωθεν ἀφύλακτα καταλείπει. *Quemadmodum muri civitati circumducti, omni ex parte arcent & propulſant hoſtiles inſultus: ſic etiam Angelus te præmunit à fronte, & à tergo cuſtodit, nec quidquam utrinque incuſtoditum relinquit.* Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 6. pag. 256. teſtatur, Conſtantinopolin ab Angelis fuiſſe liberatam. Similem hiſtoriam recenſet Evagrius lib. 4. cap. 28. pag. 165. de Hagiopoli. Plura exempla ſuppeditat Cl. Stuckius noſter in ſua de Angelis Meditatione. Quòd fideles in bonis juvent, teſtatur Origenes in Catena Patrum MS. in cap. 22. Numeror. Οἱ ἅγιοι ἄγγελοι συμπράττουσι τοῖς δικαίοις εἰς τὰ σωτήρια καὶ ἀγαθὰ ἔργα. *Sancti Angeli juvant juſtos in ſalutaribus & bonis operibus.* Fidelium ſaluti inſerviunt. Origenes lib. 8. contra Celſum, pag. 400. ſcribit, *Angelos* τοὺς μιμουμένους τὴν εἰς θεὸν αὐτῶν εὐσέβειαν ὁρῶντας συμπράττειν αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν θεὸν, καὶ γνησίως εὐχομένων

Digitized by Google

Videntes, homines ſuam erga Deum pietatem imitantes, adjuvare eos ad ſalutem contendentes & Deum invocantes. Chryſoſtomus Homil. 159. t. 5. pag. 958. Οἱ ἅγιοι ἄγγελοι ὑπηρετοῦσι ταῖς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαις. *Sancti Angeli hominum ſaluti inſerviunt.* Gregorius Nyſſenus lib. 1. contra Eunomium, t. 2. pag. 350. Αὕτη ἐστὶν ἡ λειτουργία τῶν πνευμάτων τούτων, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν σῳζομένων ἐκπέμπεσθαι. *Hoc eſt miniſterium horum ſpirituum, mitti videlicet ad ſalutem eorum curandam, qui ſervantur.* Atque huc facit illud *Pauli Hebr. 1: 14.* ubi *Angeli* dicuntur λειτουργικὰ Πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Ad quem locum Theodoretus θεραπευτ. ſerm. 3. pag. 52. Κελευόμενοι διακονοῦσι τῷ θείῳ βουλήματι, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας, παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων στελλόμενοι. *Juſſi, imperio divinæ voluntatis obediunt, ab univerſorum Deo ad humani generis ſalutem miſſi.* Atque ob hæc effecta Angeli varia ſortiti ſunt nomina & epitheta. Vocantur à Gregorio Nyſſeno, Orat. 2. in 40. Martyres, t. 3. pag. 508. θεαταὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, *vitæ noſtræ ſpectatores:* à Filio M. in cap. 8. Jeſaiæ, pag. 1012. ἐπιμεληταὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, *curatores generis humani:* à Chryſoſtomo in Pſal. 45. λειτουργικαὶ δυνάμεις, *potentes miniſtratoriæ:* à Gregorio Nazianzeno, Orat. 32. pag. 528. ἔφοροι τῆς ἐκκλησίας, *Eccleſiæ inſpectores:* à Theophylacto in cap. 18. Matthæi, ἔφοροι ἡμῶν, *inſpectores noſtri:* ab eodem, ibidem, ἀνθρώπων ἐπισκοποῦντες, *hominum præſides:* à Theophane, Homil. 2. pag. 11. τῶν πράξεων θεωρηταὶ, *actionum noſtrarum obſervatores.*

Oppoſita, cujuſmodi ſunt *Peccata*, quæ Angelos abigunt. Aurea ſunt iſta Baſilii M. in Pſal. 33. pag. 220, 221. Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν Φοβουμένων αὐτόν. Πανταχόθεν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀποδιώξωμεν. Ὡς γὰρ τὰς μελίσσας καπνὸς Φυγαδεύει, καὶ τὰς περιστερὰς δυσῳδία ἐξελαύνει· οὕτω καὶ τὸν Φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς ἑκάστης ἁμαρτία. Caſtra metabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum. *Omni namque in Dominum credenti Angelus aſſiſtit, quem à nobis per improbas actiones abegerimus. Sicut enim fumus apes & fœdus odor columbas expellit: ſic Angelum, vitæ noſtræ cuſtodem, multis lacrymis deflendum & graveolens peccatum.*

Λατρεία, *cultus ſuperſtitioſus, qui Angelis exhibetur*, & ad Colossenſ. 3. damnatur, ubi quidem Ambroſius affirmat, damnari cultum, quem *Angelis* ratione, quæ aliis rebus, quàm Deo tribuitur: verumtamen Angelos intelligit *ſtellas.* Verùm ἀπροσδιόνυσος eſt iſta ἀλληγορομανία, quia

quia manifeſtum, beatos intelligi ſpiritus. Id agnoſcit Theodoretus ad iſtum locum, pag. 355. Οἱ τῷ νόμῳ συνηγορῦντες, καὶ τοὺς ἀγγέλους σέβειν αὐτοῖς εἰσηγοῦντο, διὰ τούτων λέγοντες δεδόσθαι τὸν νόμον. *Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes, legem fuiſſe per eos datam.* Addit etiam, hanc hæreſin aliquamdiu in Phrygia & Piſidia fuiſſe graſſatam: à Synodo verò Laodicena deinceps damnatam. Fontem & ſcaturiginem dicit fuiſſe ταπεινοφροσύνην, *ſictam quandam humilitatem:* Angelorum enim cultui deditos dixiſſe, ὡς ἀόρατος ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ἀνέφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος, καὶ προσήκειν διὰ τῶν ἀγγέλων τὴν θείαν εὐμένειαν πραγματεύεσθαι, *univerſorum Deum nec cerni, nec attingi, nec comprehendi poſſe, & oportere per Angelos divinam ſibi benevolentiam conciliare.* Eodem ferè modo locum Apoſtoli interpretatur Theophylactus, pag. 655. Canon 35. Concilii Laodiceni, qui hæreſin iſtam damnat, ſic habet: Οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν· ἅπερ ἀπηγόρευται. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθε. *Non oportet Chriſtianos, relictâ Dei Eccleſiâ, abire, & Angelos nominare, & congregationes facere, quod eſt prohibitum. Si quis igitur inventus fuerit, huic occultæ idololatriæ vacans, ſit anathema, quia reliquit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, & ad idololatriam acceſſit.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 351. Αἵρεσις ἦν παλαιὰ λεγόντων τινῶν, ὅτι οὐ δεῖ τὸν χριστὸν ἐπικαλεῖσθαι εἰς βοήθειαν, ἢ εἰς προσαγωγὴν τὴν πρὸς τὸν θεόν, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους, ὡς τάχα τοῦ τὸν χριστὸν ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὰ εἰρημένα μείζονος ὄντος τῆς ἡμετέρας ἀξίας· τοῦτο δὲ τάχα ταπεινούμενοι ἔλεγον. *Vetus erat hæreſis quorundam, qui dicebant, non eſſe invocandum Chriſtum, ut nos juvet, aut ad Deum adducat, ſed Angelos, quòd fortaſſe Chriſtum propter dicta invocare, noſtram ſuperet dignitatem: Illud autem, ſeſe deprimentes, fortè dicebant.* Et pag. ſequenti: Παλαιὰ ἡ αἵρεσις ἦν, καὶ ὠνόμαζόν τινες ἀγγέλους, ἤγουν ἐπεκαλοῦντο, καὶ συνάξεις ἐποίουν. *Vetus hæreſis erat, & quidam* Angelos nominabant, *id eſt*, invocabant, *& congregationes faciebant.* Et Paulo poſt: Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι αἱρετικοὶ, ἄγγελοι (malim legere ἀγγελικοὶ) λεγόμενοι, ὡς ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος περὶ αἱρέσεων γράφων φησίν. Ἀγγελικοὺς δὲ ἐκάλουν ἑαυτοὺς, ἢ ὡς ἀγγελικῶς τάχα βιῶντες, ἢ ὡς παρὰ ἀγγέλων προσκληθέντες πρὸς τὴν πίστιν καὶ τὴν θείαν ἐπίγνωσιν. *Erant verò etiam alii hæretici,* Angelici *dicti, ut ſanctus Epiphanius de Hæreſibus ſcribens dicit.* Angelicos *autem ſeipſos nominabant, vel quaſi Angelicè fortaſſe viventes, vel quaſi ab Angelis ad fidem, & ad cogni-*

ionem divinam vocati. De his agit Epiphanius hæresi 60. pag. 219.
n autem refert nomen, dogma nullum indicat. Putat autem *Ange-*
ppellatos esse, vel quòd ab Angelis mundum creatum esse docue-
, vel quod Angelicam simulaverint vitam, vel à loco, Angelina,
Mesopotamiam sito. Ejus verba sunt: Ἀγγελικῶν αἱρεσιν ἀκηκόαμεν,
ὄνομα μόνον ἐνηχήθημεν, ὰ πάνυ δὲ σαφῶ. ἴσμεν, τις ἡ τοιαύτη αἵρεσις, διὰ
κα τοτὲ καιρῷ αὐτὴν ἐνςάσαν, ὕςερον λῆξαι καὶ καταλυθῆναι εἰς τέλος. Τὸ
α διὰ τοίαν αἰτίαν ἔσχεν, οὐκ ἴσμεν. ἤτοι γὰρ παρὰ τὸ τινὰς ὑπὸ ἀγγέλων τὸν
γεγενῆσθαι Φάσκειν καὶ εἰ αὐτὴ τοῦτο Φασκουσα τῷ ὀνόματι τούτῳ κεκλη-
ν ἔχω λέγειν· ἤτοι διὰ τὸ ἐν τάξει ἀγγέλων ἑαυτοὺς σεμνύνειν, καὶ βίῳ ἐξο-
ἄγεσθαι, ὐδὲ τοῦτο διαβεβαιῶμαι· ἢ καὶ ἀπὸ τόπου τινὸς εἰληφότες τοῦνο-
δὴ χῶρος τίς ἐςιν Ἰνγιλίνη ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας χώρας κείμενος. An-
um *hæresin audivimus*, *& de solo nomine docti sumus*, *non tamen*
to scimus, *qualis ista hæresis fuerit*, *quia fortasse aliquo tantùm tem-*
ssabatur, *deinceps verò prorsus cessabat & tollebatur. Cur verò hanc*
fuerit appellationem, *nescimus: vel enim*, *quia quidam mundum ab*
creatum esse dicebant: an verò hæc hæresis id dixerit, *ac propterea*
en adepta sit, *dicere non habeo: vel*, *quia instar Angelorum sese ja-*
t, *& vitâ excellebant; neque hoc affirmaverim: vel*, *quia à loco*
nomen accipiebant, *quoniam locus quidam est*, *ultra Mesopotamiam*
Ingéline *dictus*. Brevi examine hujus loci illustrationem tentemus.
nt Epiphanii de *Angelicorum* appellatione opiniones. Ut de ulti-
no dicamus loco, eam à verò alienam putamus. Fatemur enim,
orare, quis Ἰνγιλίνη sit locus. An potiùs scribendum Ἀγγελίνη?
talem locum nobis Geographi ostendunt. Quid Ἀγγελὴ sit, ex
io, Stephano de Urbibus, & ex Cl. Meursio de Pop. Atticæ
At illa etiam appellatio non est hujus loci. Prima sententia
idetur probabilior, quæ eos vult dictos esse *Angelicos*, qui docue-
Mundum ab Angelis fuisse creatum. De his jam aliquid diximus,
oc ipso capite: plura sequentur deinceps. Secunda sententia eos
t, qui Angelicam quandam simularunt vitam. Tales fuerunt
ci, & *Encratitæ* dicti: qui apud veteres inter se confunduntur;
postolici, teste Epiphanio hæresi 61. sunt Ἐγκρατιτῶν ἀπόσασμα.
Hæres. *Encratitis* similes vocat *Apostolicos*.
x Augustinus cap. 4. de quo mox; ad Can. 35. Laodicenum, eos
, & Balsamon; *Angelicos* esse appellatos, qui, superstitiosa quadam pietate ducti,
urunt, se indignos esse, qui Christum invocarent; unde

etiam ad Angelos fuerint conversi. Balsamonis verba, pag. 841. sunt = Ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁ πονηρὸς ἐκ τῶν δεξιῶν ἡμᾶς ὑποκλέπτει. Διάτοι τοῦτο καὶ ὑπερεβάλλετό ποτέ τινας μὴ ἐπικαλεῖσθαι τὸν χριστὸν εἰς βοήθειαν, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους, κατὰ τρόπον δῆθεν εὐλαβείας, καὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν τιμῆς· διὸ καὶ τὰς ἐντεύξεις οὐ πρὸς τὸν θεὸν ἐποίουν κατά τινα αἵρεσιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀγγέλους *Malignus ille ut plurimùm à dexteris nos fallit. Propterea etiam olim quosdam vicit, ne vocarent Christum ad auxilium, sed Angelos, quadam quasi reverentiâ & erga Deum honore ducti. Hinc etiam preces non ad Deum dirigebant, juxta haeresin quandam, sed ad Angelos.* Verissima autem videtur Augustini sententia, qui cap. 39. de Hæresibus, *Angelicos* dicit *appellatos fuisse illos, qui in Angelorum cultum inclinabant.*

Angelos autem ab Orthodoxis nec invocatos fuisse, nec invocandos esse, aliis insuper testimoniis facilè probamus. Cùm Celsus objiceret, Judæos σέβειν ἀγγέλους, Origenes lib. 1. adversus eum, pag. 20. respondet: ποῦ τῶν γραμμάτων Μωϋσέως εὗρε τὸν νομοθέτην παραδιδόντα σέβειν ἀγγέλους; Λεγέτω ὁ ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι τὰ χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων. *Ubi in Moſis libris invenit illum legiſlatorem præcepiſſe, Angelos eſſe colendos? Hoc nobis dicat is, qui jactat ſe cuncta noſſe & Chriſtianorum & Judæorum.* Videndem ibid. lib. 5. pag. 233, 234. & lib. 8. pag. 416. Theodoretus θεραπευτ- sermone 3. t. 4. pag. 522. Ἐγὼ ὁμολογῶ μέν, τὴν θείαν ἡμᾶς διδάξαι γραφὴν εἶναι δή τινας ἀοράτους δυνάμεις, καὶ ὑμνούσας τὸν ποιητὴν, καὶ ὑπουργούσας αὐτῷ τῷ θείῳ βουλήματι· Οὐ μὴν θεοὺς τούτους ὀνομάζομεν, οὐδὲ θεῖον αὐτοῖς ἀπονέμομεν σέβας, οὐδὲ μερίζομεν εἰς τὸν ὄντα θεὸν καὶ τούτους τὴν θείαν προσκύνησιν· ἀλλὰ τούτους τιμητέρους μὲν ἀνθρώπων, ὁμοδούλους δὲ εἶναι Φαμέν. *Ego quidem fateor, divinam nos ſcripturam docuiſſe, eſſe quoſdam inviſibiles poteſtates, & Creatorem laudantes, & divinæ ejus voluntati miniſtrantes. Hos tamen deos non appellamus, nec divinum illis cultum tribuimus, nec in Deum verum & iſtos divinam adorationem partimur: ſed hos quidem pluris quàm homines æſtimamus, conſervos tamen eſſe dicimus.*

Nec desunt rationes, cur Angeli non sint invocandi.

a. *Quia cum Deo non glorificantur.* Basilius lib. 5. adv. Eunomium pag. 119. θεὸς καὶ ἀγγέλους ἁγιάζει, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐνεργεῖ, καθάπερ ἐν ἁγίοις ἀνθρώποις, οἳ καὶ ἀναγγέλλουσι τὰ τοῦ θεοῦ, καθάπερ ἄνθρωποι· διόπερ οὐδὲ συνδοξάζομεν ἀγγέλους θεῷ *Deus etiam Angelos ſanctificat, & in iis operatur, quemadmodum in ſanctis hominibus, qui etiam, quæ Dei ſunt, annunciant, ſic ut homines: quapropter neque Angelos una cum Deo glorificamus.*

b. *Quia nulla creatura eſt adoranda.* Gregorius Nyſſenus Orat. 4. con-

unomium, t. 2. pag. 572. Οὐδὲν τῶν διὰ κτίσεως γεγονότων σεβάσμιον εἶ. ῶς ἀνθρώποις ὁ θεῖος ἐνομοθέτησε λόγος. *Nihil eorum, quæ per creationem sunt, adorandum esse ab hominibus, sermo divinus lege sancta jussit.* oox, pag. 574. Πᾶν τὸ κτιστὸν ἔξω τῆς θείας Φύσεως νοεῖν ἐπαιδεύθημεν· μό- τὴν ἄκτιστον Φύσιν λατρεύειν τε καὶ σεβάζεσθαι. *Quicquid creatum est, id divinam naturam intelligere eruditi sumus: sed solum increatam natu-* olere & *adorare.*

Quia Angeli non sunt omniscii. Theodoretus in Psal. 23. pag. 485. ατοι δυνάμεις ἅτε προῖσασιν, οὔτε ἴσασιν ἅπαντα· μόνη δὲ ἡ θεία Φύσις ταύ- ει τὴν γνῶσιν· ἄγγελοι δὲ καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ αἱ ἄλλαι τῶν ἀοράτων δυνά- μμορίαι, τοσαῦτα ἴσασιν, ὅσα διδάσκονται. *Invisibiles virtutes nec præ-* , *nec sciunt omnia: sola autem natura divina hanc notitiam habet.* verò & *Archangeli, aliique virtutum invisibilium cœtus, tot sciunt,* centur. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 195. pag. 58. Αἱ τάξεις τῶν , οἷα τῆς Φύσεως σύνδουλοι, τὰ μήπω παρόντα ἀγνοοῦσιν. *Ordines An-* , *utpote naturæ conservi, nondum præsentia ignorant.* Eodem mo- bit Damascenus Orthod. fidei lib. 2. cap. 4. pag. 77.

Creatio terræ cum rebus visibilibus. Quamvis statim in principio capitis creationem cœli; quod ipsum quoque, si aëreum & æthe- pectemus, visibilibus est annumerandum; consideraverimus: hîc paulò distinctius de Creatione terræ, adeoque totius Mundi, age-

jus *caussa efficiens est solus Deus.* Hoc testantur Patres Nicæni, profitentur, se credere, Deum esse ποιητὴν γῆς καὶ ὁρατῶν. Te- a scripturæ sunt omnibus obvia: quædam ergo ex Patribus addi- Chrysostomus Homil. 9. ad populum Antiochenum: θεὸς μέγαν- αζὸν τὸν κόσμον ἐποίησεν, ὑπὲρ Φύσεως ἀκολουθίαν αὐτὸν συνέπηξεν, ἐξ αὐτὸν συνέζησε, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ, πυρὸς καὶ ὕδα- ς καὶ ἀέρος. *Deus magnum & mirabilem fecit mundum, supra natu-* quentiam *ipsum compegit, ex contrariis ipsum constituit, ex calido &* ficco & *humido, terra & aëre.* Greg. Nazianzenus Orat. 40. pag. ίσσευε τὸν σύμπαντα κόσμον, ὅσος τε ὁρατὸς, καὶ ὅσος ἀόρατος, ἐξ ὄντων γενόμενον, καὶ προνοίᾳ τῷ ποιήσαντος διοικούμενον, δέξασθαι τὴν εἰς τὸ μεταβολήν. *Crede mundum universum, tam qui oculis cernitur, quàm* orum *obtutum fugit, à Deo ex nihilo creatum esse, & creatoris pro-* gubernari, *foreque aliquando, ut in præstantiorem statum immute-* ec solus Pater, sed etiam Filius & Spiritus Sanctus caussa efficiens mundi.

mundi. Hoc voluit Basilius cap. 16. de Spiritu Sancto: Προκαταρκτικὴ μὲν αἰτία τῶν γενομένων ὁ Πατὴρ, ἡ δημιουργικὴ ὁ Υἱὸς, ἡ τελειωτικὴ τὸ Πνεῦμα. Gravissimè ergo lapsi sunt,

a. *qui Mundum genitum esse somniarunt.* Atque hoc fuit impium Simonis Magi delirium, qui, referente Theodoreto hæret. fab. lib. 1. cap. 1. pag. 192. asseruit, κόσμον γεννητὸν εἶναι, γεγενῆσθαι δὲ ἐκ τῆς Φαινομένης τοῦ πυρὸς ἐνεργείας; *mundum genitum esse, genitumque ex operatione ignis, quæ cernebatur.*

b. *qui Mundum ab Angelis creatum dixerunt.* Eundem errorem Simoni quoque tribuit Theodoretus loco citato. Dixit, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δημιουργηθῆναι τὸν κόσμον. De eodem Epiphanius hæresi 21. pag. 30. Οἱ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. *Angeli mundum & homines creavérunt.* Eadem fuit impia Menandri sententia, referente Theodoreto ibidem. Carpocrates, ut habet Athanasius Orat. 2. contra Arianos, t. 1. pag. 363. ἀγγέλους τοῦ κόσμου δημιουργοὺς εἶναί φησιν, *Angelos mundi creatores esse dicit.* Vide etiam Epiphanium, hæresi 27. pag 49. eadem de eo referentem. Saturnilus docuit τὸν κόσμον ὑπ' ἀγγέλων γεγενῆσθαι, Epiphanius hæresi 23. pag. 32. De eodem Theodoretus hæret. fab. lib. 1. cap. 3. pag. 194. ἑπτά τινας ἐκ τῶν ἀγγέλων τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔφησε. *Septem ex horum numero Angelorum mundum condidisse dixit.* Idem delirium Cerinthianis tribuit Epiphanius hæresi 28. pag. 53.

c. *qui plures esse Mundos somniarunt.* Id fecerunt Anaximander, Anaximenes, Archelaus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Democritus, Epicurus, ejusque discipulus Metrodorus, ut de iis prodidit Plutarchus, Stobæus, & alii. Ophcos, hæreticos, similiter desipuisse docet Augustinus hæresi 77. Vide Cl. Vossii Disputat. 1. quæ est de Creatione, thesi 11. His omnibus opponimus illud Athanasii, Orat. contra Gentes, t. 1. pag. 43. Οὐχ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ δημιουργὸς, διὰ τοῦτο καὶ εἷς ἐστιν κόσμος· ἠδύνατο γὰρ καὶ ἄλλους κόσμους ποιῆσαι ὁ θεὸς, ἀλλ' ὅτι εἷς ἐστιν ὁ κόσμος γενόμενος, ἀνάγκη καὶ τὸν τούτου δημιουργὸν ἕνα πιστεύειν εἶναι. *Non quia unus est creator, propterea etiam unus est Mundus: potuisset enim etiam alios mundos condere Deus: sed quoniam unus conditus est Mundus, necessario etiam credendum, ejus creatorem unum esse.*

2. *Materia*, ex qua omnia producta, nulla est, quum Deus vocavit τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, *ea quæ non exstiterunt, ac si exstitissent*, Rom. 4: 17. τὰ βλεπόμενα μὴ ἐκ Φαινομένων, *quæ videntur ex non apparentibus* facta sint. Hebr. 11: 3. Hinc κτίσις vocatur ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, è nihilo

in aliquid productio, à Chrysostomo, t. 8. pag. 148. Homiliâ in orinth. 5: 17. Basilius epist. 141. Μία καὶ πρώτη κτίσις ἐστὶν, ἡ ἀπὸ τοῦ τος εἰς τὸ εἶναι παραγωγή. *Una & prima creatura est, productio è nihilo liquid.* Damnamus ergo omnes illos, qui Mundum quidem à Deo m agnoscunt, sed ex præexsistente materia. Ita sensisse *Marcionem* tur Tertullianus lib. 5. adv. Marcionem, cap. 19. *Hermogenem*, te- odem contra Valentinum, cap. 16. & contra Hermogenem, cap. 1. e Præscript. cap. 33. Teste item Theodoreto, hæret. fab. lib. 1. 9. pag. 207. qui de Hermogene sic scribit: Ἐξ ὑποκειμένης ὕλης καὶ νήτου τὸν θεὸν ἔφη δημιουργῆσαι τὰ πάντα. *Ex subjecta materia & coin- Deum dixit omnia creasse.* Ἀδύνατον γὰρ ὑπέλαβεν ὁ ἐμβρόντητος καὶ τῷ ὕλων, ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖν. *Impossibile enim esse stolidus homo exi- at etiam Deo universorum ex nihilo creare.* Idem statuerunt *Mani-* de quibus Chrysostomus Homil. 1. t. 5. Τὴν ὕλην, τὴν ἐξ ἐκ ὄντων, ειρομένην, τὴν ῥέουσαν, τὴν ἀλλοιουμένην τοῖς τῆς ἀγεννησίας πρεσβείοις ἐτίμη- *Materiam, quæ è nihilo est, corruptioni obnoxiam, fluidam, muta- apacem, ingenitam dixerunt.* Theodoretus hæret. fab. lib. 1. cap. 26. em: *Docuerunt*, τὰ τοῦ κόσμου μέρη ὑ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης εἶναι ποιή- *mundi partes non Dei, sed materiæ opera esse.* Vide etiam Epipha- hæresi 66. pag. 271. Greg. Nyssenum de Opificio hominis cap. 1. pag. 105, 106. & Augustinum de Hæresibus cap. 46. Elegan- hanasius Orat. de Incarnatione Verbi, t. 1. pag. 55. *Scriptura do-* τε αὐτομάτως, διὰ τὸ μὴ ἀπροσδόκητα εἶναι, ὅτε ἐκ προϋποκειμένης ὕλης, μὴ ἀσθενῆ εἶναι τὸν θεὸν, ἀλλ' ἐξ ἐκ ὄντων, καὶ μηδαμῶς ὑπάρχοντα τὰ ὅλα εἶναι πεποιημένα τὸν θεὸν διὰ τοῦ Λόγου, *neque fortuito, quia divinam ntiam non effugiunt; neque ex præexsistente materia, quia Deus non otens, sed ex nihilo, etiam prorsus non exsistentia, universa Deum bum creasse.*

inis Mundi est gloria & cognitio Dei. Mundus gloriam Dei de- at: hinc à Greg. Nazianzeno Orat. 43. pag. 699. vocatur μέγας ας τῆς μεγαλειότητος τοῦ θεοῦ κήρυξ, *magnus & admirabilis majesta- æ præco.* Confer, quæ diximus hoc cap. *de fine Cæli.* Ex mun- icio Deus cognoscitur. Hinc Chrysostomus Homil. 5. in 1. ad n. Ὁ θεὸς ἔδωκεν ἀντὶ δέλτου τὸν κόσμον. *Deus mundum dedit loco li-* eg. Nyssenus Orat. 2. in verba: Faciamus hominem, t. 1. p. 155. n appellat βιβλίον ἔγγραφον. Verba ejus sunt: Ὁ κόσμος οὗτος ὅλος βιβλίον ἔγγραφόν ἐστιν, ὑπαγορευόμενον τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν· τὴν ἀτόκρυφον

καὶ ἀόρατον τοῦ θεοῦ μεγαλωτύνην δι' αὐτοῦ διαγγέλλων σοι τῷ νοῦν ἔχοντι, εἰς κατανόησιν ἀληθείας. *Divinæ gloriæ celebrandæ materiam tibi, tanquam liber ſcriptus, ſuggerit orbis hic univerſus. Tibi enim mente prædito ad veritatis cognitionem, occultam & inviſibilem Dei magnificentiam ex ſe annunciat.* Antonius quidam, Monachus Ægyptius, in ſolitudine à Philoſopho quodam interrogatus, Πῶς διαπαρτερεῖς, ὦ πάτερ, τῆς ἐκ τῶν βιβλίων παραμυθίας ἐξερημένος; *Quomodo perferre omnia potes, ô Pater, ſolatio, quod ex libris haberi poteſt, deſtitutus?* reſpondit: Τὸ ἐμὸν βιβλίον, ὦ Φιλόσοφε, ἡ Φύσις τῶν γεγονότων ἐστὶ, καὶ πάρεστιν, ὅτε βούλομαι τοὺς λόγους ἀναγινώσκειν τοὺς τοῦ θεοῦ. *Meus liber, ô Philoſophe, rerum creatarum natura eſt, & præſtò eſt, quoties ſermones & verba Dei legere lubet.* Refert hiſtoriam Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 23. pag. 236. a. Hinc Mundus à Baſilio M. Homil. 1. in Hexaëm. eleganter appellatur ψυχῶν διδασκαλεῖον λογικῶν, καὶ θεογνωσίας παιδευτήριον, *animarum rationalium ſchola, & cognitionis Dei officina:* & in cap. 2. Jeſaiæ κοινὸν διδασκαλεῖον, *communis ſchola.* Huc etiam pertinet illud Baſilii Seleucienſis Orat. 1. pag. 2. Πρὸς τὸν τῆς κτίσεως δεσπότην διὰ τῆς κτίσεως ἀναβαίνωμεν· κλίμακος γὰρ δίκην θεὸς ἁρμόσας τὴν κτίσιν, δι' αὐτῆς πρὸς ἑαυτὸν τοῖς Φιλοθέοις ἀνάβασιν ἐτεχνήσατο. *Per creaturam ad creaturæ Dominum aſcendamus. Deus namque cùm res creatas in morem ſcalæ aptaverit, per eas ſui amantibus ad ſe ipſum aſcenſum paravit.* Iterum Baſilius M. Homil. 1. in Hexaëm. pag. 10. Ὁ κόσμος τεχνικόν ἐστι κατασκεύασμα, προκείμενον πᾶσιν εἰς θεωρίαν, ὥστε δι' αὐτοῦ τὴν τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν σοφίαν ἐπιγινώσκεσθαι. *Mundus artificioſum eſt opus omnium oculis expoſitum, ut ejus ſedula contemplatione ad agnitionem pertingas ſapientiæ ejus, qui ipſum fecit.* Chryſoſtomus Homil. 5. in 1. ad Corinthios: Ἔδει κάλλος οὐρανοῦ, καὶ μέγεθος γῆς, καὶ τῆς ἄλλης κτίσεως τὸ σῶμα περιελθόντας, ἕτω χειραγωγεῖσθαι πρὸς τὸν τῶν ἔργων δημιουργόν. *Oportebat pulchritudinem cœli, & terræ magnitudinem, atque reliquas creaturas luſtrantes, ita quaſi manu ad ipſum horum operum conditorem deduci.* Idem, Homil. 11. t. 5. pag. 53. Εἷς μὲν θεογνωσίας τρόπος ὁ διὰ τῆς κτίσεως ἁπάσης· ἕτερος δὲ ὁ ἐκ ἐλάττων, ὁ τοῦ συνειδότος. *Unus quidem Deum cognoſcendi modus eſt, qui ex rerum omnium creatione habetur: alter verò non minor, qui à conſcientia eſt.* Damaſcenus, Orthod. fidei lib. 1. cap. 1. pag. 1. ex Cyrilli Alexandrini libro de SS. Trinitate, pag. 1. Πᾶσιν ἡ γνῶσις τοῦ εἶναι θεὸν, ὑπ' αὐτοῦ Φυσικῶς ἐγκατέσπαρται. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κτίσις, καὶ ἡ ταύτης συνοχή τε καὶ κυβέρνησις τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας ἀνακηρύττει Φύσεως. *Cunctis cognitio, quòd Deus ſit, ab ipſo naturaliter inſita eſt: ſed & ipſa creatio, creaturæque coagmentatio & gubernatio*

Digitized by Google

aturæ divinæ magnificentiam deprædicat. Alia, quæ in eandem sen-
am afferri possent, studio omittimus, quia alibi, ξὺν θεῷ, ea pro-
ndi dabitur locus. Cùm igitur mundus, resque creatæ omnes glo-
ivinæ inserviant, nosque ad Dei cognitionem deducant: ab hoc fi-
ngissimè recedunt miseri isti mortales, qui ex mundo Deum fece-
Contra hos Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 42. Μή τις
τὸν κόσμον ἐνθειαζέτω, ἀλλὰ τὸν κόσμου δημιουργὸν ἐπιζητησάτω. *Nemo*
um mundum Deum faciat, & ut Deum colat, sed mundi quærat
m.

Accidentia Mundi. Inter ea est *interitus* ejus, quem veteres summo
nsu, non κατ' οὐσίαν, sed κατὰ ποιότητας futurum dicunt. Hæc fuit
ntia Irenæi lib. 4. cap. 6. cujus autoritate eandem defendit Andreas
riensis ad cap. 6. Apocalyps. Idem sensit, qui sub Justini Martyris
omine venditat, Resp. 5. ad Græcos, pag. 196. Edit. Græco-La-
Ubi futura dicitur novissimo die τῶν ὄντων εἰς τὸ κρεῖττον μεταποίη-
τὰ τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων, *rerum creatarum in melius mutatio secundum*
Orthodoxorum. Vide etiam Resp. 93, 94, & 95. ad Orthodoxos.
sententiam clarè imprimis & fusè tractat Proclus apud Epiphanium,
i 64. pag. 234, & seqq. Eusebius præparat. Evangel. lib. 11. cap. 17.
28. agit περὶ τῆς ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς τοῦ κόσμου, *de mutatione &*
ationе mundi. Cyrillus Jerosol. Catechesi 11. Illuminat. pag. 111.
ητὸς οὗτος ὁ κόσμος πάλιν ἀνακαινοποιεῖται. *Creatus hic mundus rursus*
tur. Basilius M. Orat. 1. in Hexaëm. pag. 5. post verba Apostoli
nth. 7:31. Παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. & illa Matth. 24:35.
νὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, scribit: Προαναφώνησις τῶν περὶ συντελείας
ων καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου μεταποιήσεως. *Prædictio dogmatum de con-*
ione, & de mundi innovatione. Vide ibidem plura. Chrysostomus
ς τοὺς σκανδαλισθέντας, cap. 7. Ὁ κόσμος ἀμείνων διὰ σὲ ἔσται· ὅτι γὰρ
ἔσαι, καὶ τοῦτο διὰ σὲ, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· Καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις
ήσεται, κλ. *Mundus præstantior propter te erit: eum verò præstan-*
ore propter te, audi quid dicat Paulus: Ipsæ etiam res creatæ libera-
, &c. ad Rom. 8: 21. Theodoretus ad vs. 16. cap. 1. ad Colos.
7. Propheta dicit: Ἔσται ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινή. Καί Τὰ
παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. ἐν ἐλπίσι δὲ ἔχομεν τὴν τούτων μέ-
. *Item: Vetera transierunt,*
Erit cœlum novum & terra nova. *Item: Vetera transierunt,*
va facta sunt omnia. In spe autem habemus horum mutationem. Æ-
azæus in Theophrasto, pag. 38. Καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀναβιώσεται, ἐχ ἅςε
πάλιν

τεθνάναι, οὐδὲν γὰρ ἔσται θνητὸν· ἀλλὰ πάντα καινὰ καὶ ἀθάνατα, καὶ ὁ πᾶς κόσμος καὶ ὁ ἄνθρωπος. *Omnino revivisces homo, non ut iterum moriatur, sed ut immortalis fiat: nihil enim erit mortale: sed omnia nova & immortalia erunt, etiam mundus & homo.* Greg. Nazianzenus Orat. 10 pag. 147. Ἀναστήσεται τοῦ ἀρχαγγέλου Φωνὴν, τὴν ἐσχάτην σάλπιγγα, τὸν οὐρανοῦ μετασχηματισμὸν. *Exspectio Archangeli vocem, extremam tubam, cœli transformationem.* Idem, Orat. 21. pag. 388 τὴν γῆς μετατοίησιν, τὴν τῶν στοιχείων ἐλευθερίαν, τὴν κόσμου παντὸς ἀναστοιχείωσιν. *terræ immutationem, elementorum libertatem, totius mundi renovationem.* Adventu futuram, vocat μετατοίησιν καὶ μετάθεσιν εἰς τὸ ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον, *immutationem, atque in tranquillum statum, & ab omni motu & agitatione liberum, translationem.* Theophylactus ad Matth 5:18. Ὁ κόσμος παρέρχεται καὶ μετασχηματίζεται. *Mundus præterit & transfiguratur.* Damascenus Orthod. fidei lib. 2. cap. 10. pag. 111. Καὶ αὐτὴ δὲ γῆ παρελεύσεται καὶ ἀλλαγήσεται. *Ipsa etiam terra præteribit & mutabitur.* Oecumenius in 2. Petri 3:7. pag. 182. Οὐ παντελῶς πρὸς Φθορὰν ὁ κόσμος χωρήσει, ἀλλὰ πρὸς ἀναπαινισμόν. *Mundus non prorsus corrumpetur, sed renovabitur.* Gemina sunt quæ Aretas habet in cap. 10. Apocal. pag. 939. Οὐκ εἰς ἀνυπαρξίαν χωρήσει ὁ νῦν κόσμος, ἀλλ' εἰς ἀναπαινισμόν. *Non prorsus interibit præsens mundus, sed renovabitur.* Eusebius Præparat. Evangel. lib. 15. cap. 11. mundi instaurationem vocat τῶν ὅλων παλιγγενεσίαν. Basilius M. Homil. 3. in Hexaëm. dicit Stoicos ἀπείρους Φθορᾶς κόσμῳ καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγειν, *introducere infinitas mundi corruptiones & instaurationes.* Sed ad alia.

CAPUT VI.

De Domino Jesu Christo.

Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

HOc capite rursus tria maximè nobis veniunt examinanda; quæ sunt tria nomina, Filio Dei tributa. Vocatur enim *Dominus*, & quidem unus: vocatur *Jesus* & *Christus*.

1. Patres Nicæni credunt εἰς ἕνα Κύριον, *in unum Dominum.* Nomen Κύριος, *Dominus*, tribuitur

1. *Deo*,

Deo, & idem quod θεός notat. Chrysostomus Homil. 14. in Ge-
: Κἂν τε Κύριον ἀκούσωμεν, κἂν τε θεὸν, οὐδεμία ἐν τοῖς ὀνόμασίν ἐστι διαφορά.
Dominum *audiamus*, *sive* Deum, *nulla in nominibus differentia est.*
odoretus quæst. 2. in Deuteronom. pag. 170. Τὸ Κύριος καὶ θεός, τῆς
ὶ Φύσεως, ἤ τῆς τῶν προσώπων διαιρέσεως δηλωτικά· ὁ δὲ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς,
Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῶν ἰδιοτήτων σημαντικά. *Nomina* Dominus & Deus
am divinam, non personarum distinctionem, significant: voces verò Pa-
Filius, & Spiritus Sanctus *proprietates indicant.* Deus autem ap-
ur Κύριος, διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων, *Dominus, quia universis do-*
ur, inquit Theophilus lib. 1. ad Autolycum, pag. 245. In appen-
d Typicum Sabæ, p. 139. Κύριος λέγεται, ὅτι κυριεύει πάσης τῆς γῆς,
ίσης ἀναπνοῆς, ἤγουν πάσης τῆς κτίσεως, οὗ ἡ κυρεία ἀπέραντος. Domi-
icitur, quia toti dominatur terræ, & omnibus respirantibus, id est,
us rebus creatis, cujus dominium infinitum est. Ita omnium Dominus,
um verò duplici respectu. Hoc nos docet Chrysostomus in Psal. 8.
λων τῶν οὐ πιστευόντων εἰς αὐτὸν, ἑνὶ τρόπῳ Κύριός ἐστιν, ἡμῶν δὲ διπλῷ· τῷ
ἐκ ὄντων ποιῆσαι, τῷ τε γνωσθῆναι παρ' ἡμῶν. *Aliorum, qui in eum non*
t, uno modo Dominus est: noster verò duplici; tum, quia nos ex ni-
oduxit; tum, quia à nobis agnoscitur.
Filio Dei. Gregorius Nazianzenus Orat. 23. pag. 420. Ὁρίζου δὲ καὶ
ετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων, ἕνα μὲν εἰδένα θεὸν ἀγέννητον τὸν Πατέρα· ἕνα δὲ
ν Κύριον, τὸν Υἱὸν, θεὸν μὲν, ὅταν καθ' ἑαυτὸν λέγηται, προσαγορευόμενον·
ὲ, ὅταν μετὰ Πατρὸς ὀνομάζηται· τὸ μὲν διὰ τὴν Φύσιν, τὸ δὲ διὰ τὴν μο-
. *Quin pietatis nostræ doctrinam præscribe, sic nos instituens, ut*
unum ingenitum agnoscamus, hoc est, Patrem: unum item genitum
num, Filium videlicet, qui Deus quidem appellatur, cùm de eo sepa-
rmo habetur: Dominus autem, quando cum Patre nominatur: illud
naturam, hoc verò propter unicum divinitatis principatum, &c.
υριολεκτέω, κυριολογέω, & κυριολογία de Filio Dei usurpantur, quan-
minus esse asseritur; de quibus alibi.
piritui Sancto. Hinc Basilius lib. 5. contra Eunomium dicit,
n Sanctum τῷ Κυρίῳ καὶ θεῷ δοξάζεσθαι ὀνόματι, *Domini & Dei no-*
rificari. Et Nazianzenus Orat. 37. pag. 610. dicit eum esse αὐτο-
psum Dominum. Oecumenius in 2. ad Corinth 3. pag. 518. Κύ-
νεῦμα, καὶ ὁμοπροσκύνητον, καὶ ὁμοθρόνιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ. *Dominus est*
, *ejusdem throni, ejusdem adorationis, ejusdem essentiæ cum Patre*
ompos. Huc pertinet, quòd Epiphanius hæresi 74. pag. 377. de

Digitized by Google

Sancto dicit, σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ κυριολεκτεῖται. *Cum Patre & Filio titulo decoratur.* Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, θεολογεῖν καὶ κυριολογεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Spiritum Sanctum Deum dicere.* Apud Basilium M. lib. 5. contra Eunomium, τὸ τῷ θεῷ κυριολογεῖν μὴ βουλόμενοι. *Spiritum Dei appellatione Dominum nolentes*, scilicet Eunomiani. Athanasius Dial. 3. de SS. Trinitate c. 2 pag. 221. Τὸ πνεῦμα συμπροσκυνεῖται καὶ συγκυριολογεῖται τῷ Υἱῷ. *Sanctus simul cum Filio adoratur & Dominus appellatur.* 1 8. ut docet Chrysostomus Homil 3. in 2. ad Timoth. pag. 341. ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίᾳ. Δύω κύριοι; οὐδαμῶς· ἀλλ' ἡμῖν εἷς Κύριος Ἰησοῦς, καὶ εἷς θεός· ἐνταῦθα οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες ἐπιτηδῶσι τῷ εἰρημένῳ· Ἀλλὰ μαθανέτωσαν, ὡς ἔθος τῇ γραφῇ τοῦτο, καὶ πολλαχῇ ἐστιν εὑρεῖν τοιαύτη συνηθείᾳ τὴν γραφὴν κεχρημένην· ὡς, ὅταν λέγῃ, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ κυρίῳ μου Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· πάλιν· Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίᾳ. Τοῦτο δὲ προσώπων ἐστὶ παραστατικὸν ὁμοῦ Φύσεως διαιρετικόν· ἃ γὰρ ἴνα δύο οὐσίας διαφερούσας ἀλλήλων, ἀλλ' ἵνα δύο προσώπα νοήσωμεν τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα ἑκάτερα, τοῦτο λέγει. Det illi Dominus δύο πρόσωπα *invenire misericordiam apud Dominum. Duo igitur Domini? Neminus* - *sed nobis unus est Dominus Christus Jesus, & unus Deus. Hic, quaquam* - *cionis laborant morbo, huic dicto insultant. Sed discant, usitatum qui Mar-* *scripturis hoc dicendi genus, casque sæpe hoc loquendi genere uti; ut esse in* Dixit Dominus Domino meo. Et rursus: Pluit Dominus à *cim dicit,* Domino. *Quæ quidem personas consubstantiales esse demonstrant, non naturæ diversitatem indicant: hoc enim dicit, non ut duas substantias inter se differentes, sed ut duas personas unius ejusdemque substantiæ utrasque intelligamus.* Ita etiam Eusebius hist. Eccles. lib. 1. cap. 2. pag. 2. vult Genes. 19: 24. Patrem & Filium intelligi. Τὸν λόγον δεύτερον μετὰ τὸν Πατέρα καὶ Κύριον σαφέστατα Μωϋσῆς ἀναγορεύει, λέγων· Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίᾳ, *Moses, dicens: Pluit Dominus à Domino.* Potest etiam illud; παρὰ Κυρίᾳ, exponi *à se ipso*, ut sit Hebraismus emphaticus. Utramque expositionem ad locum. Apostoli affert Theophylactus, pag. 807. Ἔθος τῇ γραφῇ οὕτω κεχρῆσθαι τῷ λόγῳ, ὡς τό· Ἔβρεξε κύριος παρὰ Κυρίᾳ, τουτέστι, παρ' ἑαυτῷ. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Καὶ δὲ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν δηλοῦσθαι ἐνταῦθα δέξῃ, ὅδε τοῦτο ἄτοπον. Καὶ ὁ Πατὴρ γὰρ Κύριος, καὶ ὁ Υἱὸς Κύριος, καὶ τὸ Πνεῦμα Κύριος· ἀλλ' εἷς Κύριος ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἐμφαινόμενος. *Solet scriptura sic loqui, ut,* Pluit Dominus à Domino, *id est*, à se ipso. *Hunc ad modum etiam hic. Quodsi & Patrem*

trem & Filium hic significari admiseris, nec hoc absurdum erit: nam & Pater Dominus est, & Filius Dominus, & Spiritus Dominus: at unus Dominus in tribus personis indicatur. Verùm ista expositio, quæ per Dominum priori loco Filium, posteriori Patrem intelligit, longè convenientior, & apud Patres Orthodoxos usitatior. Atque ita intellexit etiam Marcus Arethusius in Sirmiensi Concilio, cujus, apud Socratem lib. 2. cap. 30. pag. 204. b. verba sunt: Εἴτις τὸ, Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίᾳ, μὴ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Τιοῦ ἐκλαμβάνοι, ἀλλ' ἀυτὸν παρ' ἑαυτῷ λέγοι βεβρεχέναι, ἀνάθεμα ἔςω· ἔβρεξε γὰρ Κύριος ὁ Τιὸς παρὰ Κυρίᾳ τῷ Πατρός *Si quis ista*, Pluit Dominus à Domino, *non de Patre & Filio acceperit, sed ipsum à se ipso pluisse dixerit, anathema sit: pluit enim Dominus Filius à Domino Patre.*

5. *Messiæ.* Sic Psal. 110: 1. Quem locum de Messia accipiendum esse agnoscit Theodoretus, quando pag. 849. in Psalmos dicit, Davidem Κύριον ἑαυτῷ καλεῖν τὸν δεσπότην χριςόν, *Dominum suum vocare Christum:* indeque rectè concludit, cum verum esse Deum. Οὐκ ἄρα μόνον ἄνθρωπος καὶ τὰ τὴν Ιουδαίων ἄνοιαν, ἀλλὰ καὶ θεὸς, ὡς τῷ Δαυὶδ δημιουργὸς τε καὶ Κύριος. Καὶ τὸ κοινὸν δὲ τῶν ὀνομάτων τὴν ταυτότητα τῆς ὐσίας δηλοῖ. Κύριος γὰρ Κυρίῳ λέγει, καὶ οὐ Κύριος κτίσματι, οὐδὲ Κύριος Ποιήματι *Propterea profecto non solum est homo,* secundum Judæorum insaniam; *sed etiam Deus, quippe Davidis conditor & Dominus. Cæterum communio nominum identitatem substantiæ ostendit.* Dominus enim Domino dicit, & *non Dominus creaturæ, neque Dominus figmento.* Est autem Messias naturâ Dominus, juxta illud Cyrilli Jerosol. Catech. Illum. 10. pag. 100, 101. Κύριος κατ' ἀλήθειαν, οὐκ ἐκ προκοπῆς τὸ κυριεύειν λαβὼν, ἀλλ' ἐκ Φύσεως τὸ τῆς κυριότητος ἔχων ἀξίωμα· καὶ ὁ καταχρηςικῶς, ὡς ἡμεῖς, Κύριος καλούμενος, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ Κύριος ὢν, ἐπειδὰν νεύματι Πατρὸς κυριεύει τῶν οἰκείων δημιουργημάτων. *Verè Dominus est; non progressione dignitatem habet. Nec aliqua dominationem accepit, sed naturâ dominationis dignitatem habet. Nec abusive, ut nos, Dominus vocatur, sed verè Dominus exsistit, quoniam nutu Patris suis dominatur creaturis.*

Sed propius ad rem. Patres Nicæni fatentur, se *in unum Dominum credere.* Cum Christus sit Deus, ideò dicitur Dominus. Ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς χριςός. 1 Corinth. 8: 6. Ad quæ Theodoretus, pag. 158. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, τὸν τῆς ἀγνοίας περικείμενοι ζόφον, περὶ πολλοὺς πλανῶνται, καὶ τούτους ὄντας· ἡμεῖς δὲ ἕνα ἴσμεν θεὸν Πατέρα, καὶ ἕνα Ιησοῦν χριςόν. *Illi ergo*, nempe Gentiles, *ignorantiæ caligine circumdati, circa multos, eosque qui non sunt, errant: nos autem unum scimus Deum Patrem, & unum Jesum Christum.* Cùm verò hæretici inde asserere non fuerint veriti,

Christum non esse verum Deum, quia unus Deus esse dicatur respondet Theodoretus, pag. 159. Εἰ δὲ οἱ ἐξ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου λέγουσιν, τὸ εἷς θεὸς ἐκβάλλειν τὸν Υἱὸν τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος, ἀκηκοέτωσαν τῶν ἐξῆς, ὅτε εἷς Κύριος. Εἰ γὰρ, ἐπειδὰν εἷς Κύριος, ἐκειδὰν εἷς θεὸς ὁ Πατὴρ, ὁ θεὸς ὁ Υἱὸς, ἐδὲ Πατὴρ Κύριος, ἐπειδὰν εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Ἀλλ' εἰς τὴν ἐκείνων κεφαλὴν τρατείη τὸ θράσος. ὁ γὰρ θεῖος ἀπόστολος τὴν ἰσότητα δείκνυσι, καὶ εἷς ὁμοίως ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τεθεικὼς, καὶ τὴν Κύριος Φωνὴν ἰσοζυγιάσας τῇ θεὸς ἐπιδείξας. Quodsi Ariani & Eunomiani dicant, illud unus Deus ejicere Filium à divinitate audiant quæ sequuntur, & unus Dominus. Si enim, quoniam unus Deus est Pater, Filius non est Deus: nec Pater ergo Dominus, quia est unus Dominus Jesus Christus. Verùm in illorum caput recidat blasphemia. Dominus enim Apostolus ostendit æqualitatem, ut qui vocem unus similiter & de Patre & de Filio posuit, & vocem Dominus æqualem cum voce Deus vim ac potestatem habere ostendit. Πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ψευδωνύμων θεῶν, καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ψευδωνύμων κυρίων, ἀλλ' ἢ τοῦ Υἱοῦ, εἶπεν ἕνα θεὸν τὸν Πατέρα Κύριον τὸν Υἱόν. Dixit Patrem unum Deum, ad oppositionem deorum falsorum, & non Filii: & ad differentiam falsorum dominorum, non ἕνα Κύριον, dixit unum Dominum ipsum Filium. Εἷς igitur ponitur pro Patris, dixit unum Dominum, non plures. Chrysostomus in Psal. 110. Πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν, τὸ εἷς ἔθηκεν· ἢ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ μονογενοῦς. Ad differentiam eorum, qui non sunt dii, vocem unus posuit, non ad excludendum unigenam. Observanda imprimis generalis illa regula, quam tradit Basilius M. epist. 141. pag. 927. Τὸ εἷς καὶ μόνος ἐπὶ τοῦ θεοῦ ἐν τῇ γραφῇ ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μὴ ὄντας θεούς, ὀνομαζομένους δὲ ψευδῶς. Cùm Deus in scriptura unus & solus dicitur, non ad differentiam Filii aut Spiritus Sancti dicitur, sed contra eos, qui, cùm dii non sint, falsò dii nominantur. Christi autem dominium in creaturas duplex est, unum essentiale, alterum verò Oeconomicum & vicarium. Illud Christo convenit, quatenus est Deus, habetque illud commune cum Patre & Spiritu Sancto ab æterno: cùm enim sit ὁμοούσιος & ὁμότιμος Patri, eandem habet essentiæ ὑπεροχὴν, quâ nititur dominium Dei in creaturas. Filium esse Patri ὁμοούσιον & ὁμότιμον, cap. 9. docebitur. Illum autem dominium essentiale habere in omnes creaturas, expressè docet Theophylactus in cap. 10. Johannis, pag. 714. quando dicit, Patrem & Filium ἓν εἶναι κατὰ τὴν φύσιν, καὶ κατὰ τὴν

Digitized by Google

τὴν οὐσίαν, καὶ κατὰ τὸ κράτος, *unum esse secundum naturam, secundum substantiam, & secundum robur atque potentiam.* Alterum verò dominium ei competit, quatenus est Mediator, unde potest vocari mediatorium, nititur enim merito satisfactionis à Christo præstitæ, estque potestas universæ Ecclesiæ regendæ, vivificandæ, salvandæ. At nisi defunctus fuisset opere mediatorio, justitiæ Dei satisfaciendo, tantum abest ut jus ullum haberet Ecclesiam ad æternam salutem evehendi, ut nequidem Ecclesiam ullam esset habiturus. Dominium istud œconomicum & mediatorium duplex est, vel universale in omnes creaturas, vel particulare in electos, ad quorum salutem promovendam totum comparatum est: sed quia ad promovendam Ecclesiæ salutem necesse est Satanæ rabiem compesci, hostes sceptro ejus ferreo comminui, quicquid est Ecclesiæ inimicum & adversarium frangi, creaturas etiam adhiberi, ut fidelium saluti subserviant, ideo dominium universale in res omnes accepit à Patre, quando constitutus est à Patre Mediator. Quod ipse Filius clarè docet Joh. 17:2. quando dicit, sibi à Patre datam esse ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, id est, universale dominium in omnes creaturas; *ut omnibus, quos ipsi Pater dedit, det vitam æternam*, hæc est particularis potestas, quam habet in fideles. De universali & particulari potestate ad præsentem locum Didymus in Catena in cap. 17. Joh. pag. 406. Ὥσπερ, φησὶν, ἐδόξασας, καὶ ἐδοξάσθης, δοὺς αὐτῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν καὶ κυριότητα· ἵνα μὴ ἄτως θέλω, ἵνα μηδὲν τῶν δοθέντων ἀπόληται. Ἔδει γὰρ, ἔδει τὸν ὑπεξούσιον ὅλως καὶ ὑπὸ χεῖρα γεγενημένον τοῦ πάντα ἰσχύοντος θεοῦ λόγου διασεσωσμένον ἅπαξ, καὶ ἐν ἀτελευτήτοις μεῖναι τοῖς ἀγαθοῖς, ὡς μηκέτι μὲν τυραννεῖσθαι θανάτῳ, μηδὲ φθορᾷ κρατεῖσθαι ἢ ἁμαρτίαις, καὶ τοῖς ἀρχαίοις ὑποκεῖσθαι κακοῖς. *Quemadmodum, inquit* Filius, *glorificasti, sic & glorificatus es, in omnia illi potestatem ac principatum dando.* En universale dominium in omnes creaturas. *Sic volo, ut nihil eorum, quæ dedisti mihi, pereat. Oportebat enim, oportebat utique omnino subditum & sub omnipotentis Dei Verbi manu constitutum, in salutem semel assertum, in sempiternis quoque bonis manere, nec unquam amplius mortis impetum, neque corruptioni aut peccatis subjici, aut antiquis malis premi.* En particulare dominium in fideles. Sic ad Ephes. 1: 22. habes universale dominium ejus in omnes creaturas in his verbis, Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, *& omnia subjecit pedibus ejus.* In sequentibus verò, Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ, *eumque constituit caput Ecclesiæ ipsi super omnia*, continetur particularis potestas ad Ecclesiæ salutem comparata, quæ nititur jure redemtionis. Illud universale Christi dominium

12 Omnes creaturas ab Apostolo, Hebr. 1: 2. vocatur *hæreditas mundi.*
in Nec quic enim hîc intelligi potest dominium essentiale, quod Filius ab æ-
ter mio commune habet cum Patre: dicitur enim *constitutus hæres.* Do-
mi nium autem illud essentiale Φύσει habet, non θέσει, alioqui diceretur
co nstitutus Deus à Patre. Intelligitur ergo dominium, quod ei compe-
tit The quatenus est Mediator, Vicarius & Legatus Patris. Hoc agnoscit
ne ophylactus ad Apostoli locum, pag. 876. quando ad interrogatio-
bum nem *Quomodo fecit ipsum hæredem?* respondet, ἐκ ἀνθρώπου. *Secundum*
quantum *naturam.* Et Lyranus: *Quem constituit hæredem universorum,*
assumta *ad naturam assumtam: eo enim ipso, quòd natura humana à Verbo*
ram. *est in unitate suppositi, eo ipso constituta est super omnem creatu-*

II. Patres Nicæni credunt in *Jesum.* Ἰησοῦς, *Jesus*, Salvatoris nostri
nomen Græcè Σωτήρ. Hieronymus comment. in cap. 1. Matth. Jesus
Hebræo sermone Salvator *dicitur. Etymologiam verò nominis ipsius Evange-*
lista sig*nificavit*, dicens: *Vocabis nomen ejus* Jesum, *quia ipse salvum faciet*
populum *suum.* Consentit Theophylactus in cap. 1. epist. ad Galatas,
pag. 440. Vocatur Ἰησοῦς, ὡς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν σώσας τὸν λαὸν, Jesus, ve-
luti à *peccatis servans populum.* Et in cap. 1. Lucæ, pag. 304. Ἰησοῦς σωτὴρ
ἑρμηνεύεται. Jesus, *si interpreteris*, Salvatorem *significat.* Chrysostomus
Homil. 2 in Matth. pag 10. Τὸ Ἰησοῦς ὄνομα ὃ ἐστιν εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶτταν ἑρμηνευόμενον, σωτὴρ
Φωνῇ οὕτω λέγεται Ἰησοῦς· ὃ ἐστιν εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶτταν ἑρμηνευόμενον, σωτὴρ
Σωτὴρ δὲ ἀπὸ τοῦ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. *Nomen* Jesus *non est Græcum, sed*
Hebræum: quod, in linguam Græcam translatum, notat Salvatorem: *Sal-*
vator autem est, quia salvum facit populum suum. Justinus M. in Apol. ad
Antoninum Pium, pag. 148. Τὸ Ἰησοῦς ὄνομα τῇ ἑβραΐδι Φωνῇ, σωτὴρα τῇ ἑλ-
ληνίδι διαλέκτῳ δηλοῖ. *Nomen* Jesus Hebraicum *est*: *Græcè* σωτῆρα, salva-
torem, *denotat.* Atque hoc verum hujus vocis etymon, vera significa-
tio. Minus accuratè ergo Cyrillus Alexandr. Orat. in occursum Domi-
ni, pag. 386. & Basilius Cæsar. Orat. 25. t. 1. pag. 589. statuunt, vo-
cem *Jesus* notare σωτηρίαν λαοῦ, *salutem populi.* Prorsus verò falluntur,
linguæ Hebrææ ignorantia decepti, qui hanc vocem à Græco ἰάομαι de-
ducunt. Id facit Eusebius Demonstrat. Evangel. lib. 4. pag. 105. Ἰησοῦς,
inquit, ὠνομάζετο, παρ' ὅσον τῆς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἰάσεώς τε καὶ θεραπείας
χάριν τὴν πάροδον εἰς ἡμᾶς ἐποιεῖτο. Jesus *vocabatur, quatenus ad sanandas &*
curandas animas hominum ad nos accessit. Cyrillus Jerosol. Catech. Illum.
10. pag. 100. Ἰησοῦς καλεῖται φερωνύμως, ἐκ τῆς σωτηριώδους ἰάσεως ἔχων τὴν

προ-

προσηγορίαν. Jesus *vocatur, nomen habens à salutari medicina.* Ibid. pag. 108. Ἰησοῦς ἐστι, κατὰ μὲν Ἑβραίους σωτήρ· κατὰ δὲ τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν, Ἰάμενος. Jesus *apud Hebræos quidem significat salvatorem, in lingua verò Græca medicum.* Priora rectè habent, posteriora non item. Clemens Alexandr. Pædagog. lib. 3. cap. 12. pag. 265. Ὁ ἰώμενος ἡμῶν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν, τὸν ἴδιον ἄνθρωπον, Ἰησοῦς. *Qui & corpori & animæ nostræ medetur, proprio nempe homini, Jesus.* Quandoquidem verò *Jesus* Græcis est σωτὴρ, non fuerit, ἀπροσδιόνυσον, vocis Græcæ interpretationem Latinam paucis examinare. Multi sunt viri docti & graves, qui in scriptis & congressu pro Græco σωτὴρ semper usurpant *Servatoris* nomen, *Salvatoris* verò refugiunt, &, tanquam minus Latinum, studiosè vitant. Quia videlicet Ovidium, Livium, & alios è priscis sciunt *Servatoris* & *Liberatoris* vocabula, non *Salvatoris*, usurpasse. Verùm ego in eorum potius concedo sententiam, qui pertendunt, τὸν σωτῆρα minus accuratè, imò malè *servatorem* reddi, de Christo potissimum, ac etiam de quovis alio. Suffragantur huic sententiæ veteres Glossæ, in quibus, Σωτὴρ, *salvator.* Item: *Salvator*, σωτήρ. Idem probat autoritas Ciceronis, lib. 4. contra Verrem: *Itaque eum non solùm patronum istius insulæ, sed etiam* σωτῆρα *inscriptum vidi Syracusis:* tum, quò Verrem magis reddat exosum, adjicit: *Hoc quantum est? ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non possit.* Cur uno verbo exprimi non potest? Respondet Cicero: *Is est nimirum* Soter, *qui salutem dedit.* Tertullianus lib. de Carne Christi, cap. 14. pag. 559. *salutificatorem* vocat. *Ergo jam*, inquit, *non unus Deus, nec unus salutificator, si duo salutis artifices, & utique alter altero indigens.* Et in lib. de Resurrectione carnis, cap. 47. pag. 585. ubi locum ex epistola ad Philippenses 3:20. ita proponit: *Unde & salutificatorem nostrum exspectamus Jesum Christum.* Et lib. 5. adv. Marcionem, cap. 15. pag. 797. in translatione verborum 1. Thess. 5:23. *Et omnes in uno voto constituit salutis, optans ut spiritus noster, & corpus, & anima sine querela in adventu Domini & salutificatoris nostri Christi conserventur.* Sensit ergo Cicero, ut eò redeamus, *Servatoris* vocem σωτῆρι non esse adæquatam, quam non ignoravit: quippe se Reipublicæ *servatorem* vocavit Oratione pro Plancio. Tacitus Annal. 15. videns *servatoris* nomen non istud tam celsum nomen æquare, scripsit Milichum *conservatoris* sibi nomen Græco ejus rei vocabulo assumsisse. Notata digna verba P. Manutii ad superiora Ciceronis: Σωτὴρ *Græcum nomen esse, & eum significare, qui salutem dedit, ipso constat interprete Cicerone: ex quo patet communis error eorum, qui Je-*

ſum Chriſtum, cujus immortalia merita nullo ſatis uno verbo exprimi Latinè queunt, Servatorem *appellant; aliud enim eſt* ſervare, *aliud* ſalutem dare: *ſervat is, qui, ne ſalus amittatur, aliqua ratione præſtat: ſalutem dat, qui amiſſam reſtituit.* Deinde, ut ad ipſum Chriſtum propius accedamus, Chriſtus multos *ſervat*, qui alioqui in nihilum irent, quorum etiam *ſervator* dici poteſt: at eos non *ſalvat*, nec eorum eſt *ſalvator*; alioqui in æternum non perirent. *Servare* etiam Martiale verbum eſt, illius, qui quem occidere potuit in prælio, ei pepercit, ſed, libertate exutum, ac civiliter mortuum, in ſervitutem pertraxit. Qui ſic de altero meretur, propriè *ſervator*, alter ab eventu *ſervus*. *Servi* enim vel *à ſerviendo*, vel potius *à ſervando* dicti ſunt, quia *ſervati ſunt*, cùm jure belli poſſent occidi. Hanc ἐτυμολογίαν aſſerunt cùm Juris-conſulti, tum Donatus Adelph. Act. 2. ſcen. 1. pag. 386. & Iſidorus lib. 9. cap. 4 Item Auguſtinus de Civitate Dei lib. 9. cap. 15. & Eucherius in Geneſin, lib. 3. cap. 46. Conſule Etymolog. Cl. Voſſii, in voce *Servus*. At Chriſtus plus nobis tribuit Joh. 15: 15. *Non dicam vos ſervos:* plus etiam ſibi. Quare de Chriſti beneficentia non parum deterit, qui σωτῆρα, *ſervatorem* interpretatur. Neque eſt, cur vocem *ſalvator*, tanquam minus Latinam, reſpuamus: apud antiquos enim ſatis frequens. Porphyrius in Panegyrico Conſtantino dicto:

Undique pacatis ſalvator maxima rebus
Gaudia præſtabis. ——

Uſitata vox Lactantio, viro eloquentiſſimo, ſanctiſque Patribus aliis, quorum teſtimonia afferre nimis longum foret. Et, ſi vel nemo eam uſurpaſſet, neceſſitati tantæ, quam agnoſcit Cicero, obtemperantes, æquiſſimo jure nos Chriſtiani uſurpare poſſemus. Quid ergo, cùm viri illuſtres, ut Camillus, aut dii, ut Jupiter, & Dioſcori, apud Strabonem, lib. 17. Athenæum lib. 7. & paſſim, σωτῆρες appellantur, *Salvatores* vertemus? Minimè verò. Vocentur *ſervatores*, *liberatores*, aut etiam *ſoſpitatores*, quæ vox illi σωτὴρ gemina eſt. Solus Chriſtus *ſalvator* eſt, quia etiam ſolus nos facit ſalvos. Vide ſuprà. Addimus locum ex Euſebii Demonſt Evang. lib. 4 pag. 105. de Chriſto: Καθὸ ψυχῶν ἐμπαθῶν θεραπείαν ἐπαγγέλλεται, σωτὴρ καὶ ἰατρὸς εἰκότως ἂν λέγοιτο. *Quatenus animarum affectibus obnoxiarum ſanationem profitetur, meritò* ſalvator *& medicus nominatur.* Theodoretus in cap. 43. Jeſaiæ, pag. 106. Ἐι σωτὴρ ἐσι,

ἐστι, τῆς αὐτῆς ἐσίας ἐστὶν, ἧς μόνης ἐστὶ τὸ σώζειν. *Si ſalvator eſt, ejusdem eſt naturæ, cujus ſolius eſt ſalvare.*

III. Patres Nicæni Salvatorem noſtrum etiam vocant *Chriſtum.* Hoc ejus nomen, & quæ ad illud ſpectant, examinaturis, occurrit

1. *Explicatio vocis.* Χριστοὶ vocantur,

a. *in genere,*

α. *Oleo uncti.* Suidas: Χριστός, ὁ κεχρισμένος ἐν ἐλαίῳ. *Chriſtus, unctus oleo.* Theophylactus in cap. 1. Matth. pag. 4. Χριστοὶ ἐλέγοντο οἱ βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς· ἐχρίοντο γὰρ τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ τῷ ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ ἐπιτιθεμένου τῇ κεφαλῇ ἀναβλύζοντι. Uncti *dicebantur reges & ſacerdotes: inungebantur enim oleo ſancto è cornu, quod capiti ſuperponebatur, & deſtillabat.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap 4. pag. 3. b. reges, Prophetas & ſacerdotes χριστοὺς appellari docet: Οὐ μόνους τοὺς ἀρχιερωσύνῃ τετιμημένους ἐλαίῳ σκευαστῷ χριομένους, τὸ τοῦ χριστοῦ κατεκόσμει παρ' Ἑβραίοις ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τοὺς βασιλέας, ὅς καὶ αὐτοὺς νεύματι θείῳ προφῆται χρίσαντες, εἰκονικούς τινας χριστοὺς ἀπειργάζοντο. Ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν τῶν προφητῶν τινὰς διὰ χρίσματος χριστοὺς ἐν τύπῳ γεγονέναι παρειλήφαμεν. *Non ſolos ſummos ſacerdotes, oleo artificiali inunctos,* Chriſti *nomen apud Hebræos ornabat, ſed etiam reges, quos ipſos quoque juſſu divino ungentes Prophetæ, iconicos quoſdam* Chriſtos *efficiebant. Prophetarum quin etiam quoſdam per unctionem* Chriſtos *in typo factos eſſe accepimus.*

β. *Qui ad uſum quempiam à Deo deſtinantur.* Theodoretus ad vſ. 1. cap. 45. Jelaiæ, pag. 108. Οὕτω λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ. χριστοὺς ἡ θεία γραφὴ προσαγορεύει, οὐ μόνον τοὺς χριομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τινὰ χρείαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ἀφοριζομένους. Οὕτω καὶ τῶν πρὸ τοῦ νόμου πατέρων μνημονεύσας ἔφη· Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου. Ἐνταῦθα μέν τοι τὸν Κύρον χριστὸν ὠνόμασε, διδάσκων ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἐχειροτόνησε βασιλέα. Sic dicit Dominus Chriſto meo Cyro. Chriſtos *ſcriptura ſacra vocat non ſolùm eos, qui unguntur, ſed etiam eos, qui ad uſum quempiam ab univerſorum Deo deliguntur. Sic Patrum, qui legem præceſſerunt, mentione facta dixit,* Nolite tangere Chriſtos meos. *Hoc ſanè loco* Chriſtum *appellavit Cyrum, docens illum abs ſe creatum fuiſſe regem.* Idem Theodoretus ad Pſal. 105: 15. verba, quæ hîc adducit, pag 819. hæc habet: χριστοὺς προσαγορεύει, οὐχ ὡς ἐλαίῳ κεχρισμένους, ἀλλ' ὡς ἐκλεκτοὺς γενομένους. Chriſtos *appellat, non tanquam oleo unctos, ſed tanquam electos factos.* Hoc tamen alii ad fideles referunt, ut jam videbimus.

γ. *Pii & fideles.* Greg. Nazianzenus Orat. 21. pag. 378. Χριστοὺς οἶδε καλεῖν ἡ γραφὴ, τοὺς ζῶντας κατὰ χριστόν. *Scriptura eos, qui ſecundum Chriſtum*

ſtum vivunt, ſolet appellare Chriſtos. Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. 1. pag. 9. Χριστοὺς ἐκείνους τοὺς πρὸ Μωϋσέως θεοφιλεῖς, ὥσπερ οὖν ἡμᾶς χριστιανοὺς εὕροις ἂν κεκλημένους. *Illos, qui ante Moſen Deo chari fuerunt,* Chriſtos *fuiſſe appellatos reperies, quemadmodum nos Chriſtiani vocamur.* Poſtea ſubjicit verba Pſal. 105:15. & addit: Ὥστε καὶ τῆς τοῦ χριστοῦ προσηγορίας ἡμῖν ὁμοίως ἐκοινώνουν. *Proinde nominis* Chriſti *appellationis æque ac nos participes erant.* Et profectò non deſunt ex veteribus, qui quoſvis piè & juſtè, etiam ſub veteri Teſtamento, viventes, *Chriſtianorum* appellatione ſunt dignati. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. pag. 5. a. docet, Abrahamum, & reliquos veteris Teſtamenti fideles, Chriſtianos vocari poſſe. Πάντας ἐκείνους, inquit, δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένους, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀνιῶσιν ἄνθρωπον, ἔργῳ χριστιανοὺς, εἰ καὶ μὴ ὀνόματι, προσειπών τις, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας. *Omnes illos juſtitiæ teſtimonium conſecutos, ſi ab Abrahamo ad primum aſcendamus hominem, ſi non nomine, ſaltem re ipſa ſi quis* Chriſtianos *appellaverit, à vero minimè aberrabit.* Idem Euſebius Demonſtrat. Euangel. lib. 1. pag. 10. de Enocho ſcribit, χριστιανικῶς, ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ἔζησε. *Chriſtiano, non Judæo dignam vitam vixit.* Et de Abrahamo: Δείκνυται χριστιανικῶς, ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς βεβιωκώς. *Patet, eum Chriſtiano, non Judaico more vixiſſe.* Chryſoſtomus Homil. 121. t. 5. pag. 792. de iis, qui ad Abrahamum uſque vixerunt: Τίνες ἦσαν; Ἕλληνες; ἀλλ' ἡ συγχωρεῖ ἡ πίστις. Ἕλληνες οὐκ ἦσαν· οὐ γὰρ ἀπιστίᾳ συνέζησαν, δαίμοσιν οὐκ ἐδούλευσαν, ξοάνοις οὐχ ὑπετάγησαν, τῇ πλάνῃ τῶν δαιμόνων ἀντέςησαν. Οὐ δύνανται τοίνυν Ἕλληνες ὀνομάζεσθαι. Ἀλλὰ τί ἦσαν; Ἰουδαῖοι; ἀλλ' οὐκ ἐδέξαντο τὸν νόμον, οὐκ ἐφύλαξαν σάββατα, οὐ παρετήρησαν βρωμάτων διαφορὰς, οὐκ εἶχον περιτομήν. Εἰ τοίνυν οἱ ἀρχαῖοι μήτε Ἕλληνες, μήτε Ἰουδαῖοι ἦσαν, εὑρέθη ἕτερον ὄνομα τὸ δυνάμενον αὐτοῖς ἁρμόσαι. Δῆλον ὅτι χριστιανοὶ οὐ τῇ προσηγορίᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. *Quales erant? Gentileſne? ſed non permittit fides. Non erant Gentiles: non enim fuerunt infideles, dæmonibus non ſervierunt, ſimulacris non fuerunt ſubjecti, impoſturis dæmonum reſtiterunt. Proinde non poſſunt Gentiles vocari. Quid igitur erant? Judæi? At non acceperunt legem, non obſervarunt Sabbata, nec ciborum diſcrimina, non habuerunt circumciſionem. Si igitur veteres neque Gentiles, neque Judæi fuerunt, inventum eſt aliud nomen, quod ipſis poteſt aptari. Manifeſtum eſt, eos fuiſſe* Chriſtianos *non nomine, ſed potentiâ.*

b. *In ſpecie Meſſias* vocatur *Chriſtus.* Hoc loco à Patribus Nicænis: à ſcriptura paſſim. Suidas: χριστὸς ὁ Κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν. *Chriſtus, ille Dominus & Deus noſter.* Hîc autem duo maximè veniunt obſervanda.

a. *Quo*

a. *Quo ſenſu & cur Chriſtus, id eſt, unctus, vocetur*, cùm oleo materiali non ſit unctus? Per unctionem intelliguntur dona Spiritus Sancti, in naturam Chriſti humanam copioſiſſimè effuſa. Ita Pſal. 45: 8. ubi Meſſias dicitur *unctus ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως, oleo lætitiæ*: ubi Theodoretus, pag. 570. de Chriſto, Ὡς ἄνθρωπος, οἷόν τι χρίσμα λαμβάνει τὸ Πνεύματος τὰ χαρίσματα. *Ut homo, velut quandam unctionem, Spiritûs dona accipit.* Baſilius in eundem Pſalmum, t. 1. pag. 258. dicit, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, quo Chriſtus unctus fuit, eſſe τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ ἐπιδημίαν, *Spiritus Sancti in carnem ipſius deſcenſum.* Idem locus adducitur in N. Teſtamento, ad Hebr. 1: 9. ubi Oecumenius, pag. 804. per ἔλαιον ἀγαλλιάσεως intelligit τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Chryſoſtomus in Pſal. 45. docet, Chriſtum tunc fuiſſe unctum, ὅτε ὡς ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα ἦλθεν ἐπ' αὐτόν, *quando in ſpecie columbæ ſpiritus ſuper eum venit.* Theodoretus in epitome div. Decret. cap. 11. pag. 279. Δῆλον ὡς διὰ τὸ χρίσμα τοῦ Πνεύματος ὠνομάσθη χριστός. ἐχρίσθη δὲ οὐχ ὡς θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. *Manifeſtum eſt, quòd propter unctionem Spiritûs appellatus ſit* Chriſtus. Unctus autem eſt, non ut Deus, ſed ut homo. Idem, epiſt. 146. pag. 1032. Χριστὸς κέκληται, ὡς κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τῷ Πνεύματι τῷ παναγίῳ χρισθεὶς, καὶ χρηματίσας ἀρχιερεὺς ἡμῶν, καὶ ἀπόστολος, καὶ προφήτης, καὶ βασιλεύς. Chriſtus *appellatus eſt, tanquam Spiritu Sanctiſſimo ſecundum hominem unctus, & vocatus Pontifex noſter, Apoſtolus, Propheta atque Rex.* Baſilius Cæſar. lib. 5. contra Eunomium, pag. 117. χριστὸς διὰ τὸ Πνεῦμα καὶ τὴν χρίσιν, τὴν ἐν τῷ πνεύματι. Chriſtus *propter ſpiritum & unctionem, illam nimirum, quæ eſt in ſpiritu.* Theophylactus in cap. 1. Matth. pag. 4. Λέγεται ὁ Κύριος, χριστὸς, καὶ ὡς βασιλεύς· ἐβασίλευσε γὰρ κατὰ τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὡς Ἱερεὺς, προσήγαγε γὰρ ἑαυτὸν θῦμα ὑπὲρ ἡμῶν· ἐχρίσθη δὲ καὶ αὐτὸς κυρίως τῷ ἀληθινῷ ἐλαίῳ, τῷ ἁγίῳ πνεύματι. *Dicitur Dominus, Chriſtus, & ut Rex, quia contra peccatum regnavit: & ut ſacerdos, obtulit enim ſemetipſum ſacrificium pro nobis: unctus autem eſt & ipſe propriè vero oleo, nempe Spiritu Sancto.* Chryſoſtomus Homil. 1. in epiſt. ad Romanos, pag. 6. Χριστὸς ἀπὸ τοῦ χρισθῆναι λέγεται, ὃ καὶ αὐτὸ τῆς σαρκὸς ἦν. Καὶ ποίῳ ἐλαίῳ ἐχρίσθη; ἐλαίῳ μὲν οὐκ ἐχρίσθη, πνεύματι δέ. Οἶδε δὲ καὶ τοὺς τοιούτους χριστοὺς ἡ γραφὴ καλεῖν· Τὸ γὰρ προηγούμενον ἐν τῇ χρίσει πνεῦμά ἐστι· διὸ καὶ τὸ ἔλαιον παραλαμβάνεται. Chriſtus *dicitur, quòd ſit unctus; quod & carnis erat. Et quo tandem oleo unctus eſt? Oleo certè minimè eſt unctus, ſed Spiritu. Solet autem Scriptura etiam hos vocare* Chriſtos: *quod enim in ipſa unctione principem locum obtinet, ſpiritus eſt: propterea etiam oleum aſſumitur.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Illuminat. 10. pag. 99. χριστὸς καλεῖ-

καλεῖται, οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις κεχρισμένος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως εἰς τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀρχιερωσύνην χρισθείς. Christus *vocatur, non quòd manibus humanis sit unctus, sed à Patre ab æterno ad subeundum summum pro hominibus sacerdotium unctus.* Et Catech. 3. Νεοφωτ. pag. 202. Ἐλαίῳ, ἢ μύρῳ σωματικῷ χριστὸς ὑπ' ἀνθρώπων οὐκ ἐχρίσθη, ἀλλ' ὁ Πατὴρ αὐτὸν σωτῆρα προχειρισάμενος τοῦ παντὸς κόσμου, πνεύματι ἔχρισεν ἁγίῳ. *Oleo, vel unguento corporali Christus ab hominibus non est unctus, sed Pater eum designatum salvatorem totius mundi Spiritu Sancto unxit.* Alia Patrum testimonia, quia hæc sufficere possunt, non afferimus: rem tamen totam paulò clariùs & distinctiùs oculis Lectorum subjicimus. Χριστὸς vocis משיח interpretamentum est, & notat *unctum.* Inter actus honoris est *unctio*, ut patet ex Lucæ 7:38. ubi mulier peccatrix pedes Christi ἤλειφε τῷ μύρῳ. Vide etiam Joh. 11:2. & 12:3. Psal. 14:5. sed, quia in collatione dignitatis & excellentis officii *unctionis* simul exhibebatur honor, ipsum imponere officium, *ungere* dicitur. Ita Græci, quia luctatores ungebantur ad certamen, ἀλείφειν, *ungere*, ad certamen, vel ad aliquid agendum dicunt, pro *incitare, instigare, exhortari.* Suidas: Ἀλείψας, διεγείρας, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν. *Qui unxit, qui excitavit, per translationem ab athletis ductam.* Chrysostomus ad verba Christi Matth. 26:39. Ἔλεγε χριστὸς τοῖς μαθηταῖς, Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, πρὸς ἀκτημοσύνην αὐτοὺς ἀλείφων. Dixit *Christus ad discipulos*, Matth. 10:9. Ne comparate aurum, neque argentum, *eos ad paupertatem vel inopiam ferendam excitans.* Oecumenius in cap. 5. Actorum: Αἱ θλίψεις πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφουσιν. *Afflictiones ad patientiam incitant.* Chrysostomus, πρὸς ἀπόνοιαν ἀλείφειν καὶ διεγείρειν, *ad arrogantiam impellere & excitare.* Hinc etiam ἄλειμμα, quod tamen Lexicographi non observant, non tantùm est *unctio*, vel *unguentum*, sed etiam ὁρμητήριον, *incitamentum.* Chrysostomus epist. 5. ad Olympiadem: Αἱ ἐπιβουλαὶ τῶν ἐχθρῶν ἄλειμμα γίνονται τῆς καρτερίας τῆς ὑμετέρας. *Hostium insidiis vestra acuitur tolerantia.* Idem in Psal. 43. Οὐ μικρὸν τοῦτο εἰς πίστιν ἄλειμμα ἦν. *Illud non exiguum ad fidem erat incitamentum.* Sic Elias jussus Elisæum *ungere Prophetam, injecit ipsi pallium suum*, 1. Reg. 19:16.19. Quod Elisæus accepit pro signo, quòd vocaretur ad sectandum Eliam, & munus ipsius subeundum, veniente super ipsum Spiritu Dei. Hinc igitur liquet *prima ratio*, quare Dominus noster χριστὸς, *unctus* dicatur: nempe, quia est illa Dei sapientia, quæ dicit Prov. 8:23. *A seculo uncta sum.* Quo denotatur, Filium; nam is est sapientia; destinatum esse ante jacta mundi fundamenta, sive accepisse officium, quod in carne apparens

parens gessit & exsecutus est : quo sensu Cyrillus superius dixit, Filium ὑπὸ τῦ Πατρὸς ἀϊδίως εἰς τὴν ὑπὲρ ἀνθρώτων ἀρχιερωσύνην κεχρίσθαι. *Secunda* ratio est, quòd, cùm conceptus & natus est, super ipso fuit Spiritus Domini, ut jam ex Patribus probatum. *Tertia ratio* est, quòd etiam in humana ejus natura *requievit spiritus sapientiæ & prudentiæ, consilii ac fortitudinis, & timoris Domini*, Jes. 11:2. Ad quem locum Theodoretus, pag. 52. Κατὰ τὸ ἀνθρώπινον πάντα εἶχε τῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα. *Juxta humanitatem omnia spiritus habuit dona.* Huc pertinet illud Lucæ 2:52. ubi Christus dicitur *profeciisse sapientiâ & gratiâ.* Variè hunc locum torquebant hæretici: nos, omnibus aliis interpretationibus rejectis, asserimus, *Christum secundum sapientiam divinam, hoc est, eam, quæ ei competit tanquam Deo, non profeciisse: secundum sapientiam autem humanam, hoc est, eam, quæ ei ut homini competit, verè profeciisse, hominis quidem more, sed tamen supra modum humanum.* Nec nova videri debet hæc explicatio: expressa ejus in Antiquitate ostendemus vestigia. Cyrillus Alexandr. in Thesauro, Assert. 28. pag. 249. Οὐ καθὸ λόγος ἐστὶ, προκόπτειν λέγεται, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ φύσιν πεφόρεκε τὴν τούτῳ δεκτικήν. *Non quatenus Verbum est, proficere dicitur: sed quatenus homo factus est, & naturam hujus capacem gestavit.* Theodoretus Dial. 2. Ἡλικίᾳ μὲν τὸ σῶμα προκόπτει, σοφίᾳ δὲ ψυχή. *Ætate quidem corpus, sapientiâ verò anima proficit.* Hoc ergo vult Euangelista, Christum prout *ætate*, ita & *sapientiâ* pariter *crevisse.* Proinde etiam Codices quidam sic efferunt: Προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ. Ita Προέκοπτεν ἐν τῇ ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ. Vel, Ambrosius de Incarnat. Sacram. cap. 7. *Jesus proficiebat ætate & sapientia: quomodo proficiebat sapientiâ Dei? Doceat te ordo verborum. Profectus ætatis, & profectus sapientiæ, sed humanæ est. Ideo ætatem antè præmisit, ut secundum hominem crederes dictum. Ætas enim non divinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientiâ hominis.* Augustinus itidem, epist. 3. hunc locum ob oculos habens: *Ille in suo corpore numeros temporum mensurasque servavit ætatum, qui sine ulla sui mutabilitate mutando contexuit ordinem seculorum: hoc enim crevit in tempore, quod cœpit ex tempore.* Quarta ratio est, quòd etiam ad publicam notitiam *unctus est Spiritu Sancto ac potentiâ*, Actor. 10:38. *Spiritu Sancto*, qui operatus per ipsius prædicationem, & illustri modo effusus est, ut Spiritus ipsius, at ab ipso impetratus, in Apostolos, & alios discipulos, post ejus in cœlum ascensionem, Actor. 2:33. *Potentiâ*, quia operibus divinis, quæ ipse propria voluntate fecit, & per jussionem suam patravit,

Digitized by Google

vit, demonſtratus eſt omnibus, quis eſſet. De qua unctione fortè potiſſimum loquitur Jeſaias, cap. 61: 1. οὗ ἕινεκεν ἔχρισέ με, ex unctione probans, ſpiritum Domini ſuper ipſo eſſe. Proinde inepta prorſus, & ἀλλόκοτος eſt ratio, quam affert Juſtinus M. Apolog. 2. pag. 44. editionis Græco-Latinæ, cur Salvator noſter vocetur *Chriſtus*. Merentur verba ejus adſcribi, & medicam experiri manum. Ita autem habent: Ὁ δὲ Υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως Υἱός, ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων, καὶ συνὼν καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε. Χριςὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρίσθαι, καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν θεὸν λέγεται. *Filius verò ejus*, ſc. Dei Patris, *qui ſolus propriè dicitur Filius, Verbum ſimul cum eo ante creaturas naſcens & exſiſtens, quoniam primitus per eum cuncta condidit & ornavit. Chriſtus quidem ex eo, quòd per illum Deus omnia conformaverit atque ornaverit, appellatur.* Ita Johannes Langus interpretatur. Verùm γεννώμενος non eſt *naſcens*, ſed *qui generatur*: & χρίεσθαι nihil minùs quàm *conformari*. Eruditè ergo ad hunc locum Joſephus Scaliger in Animadverſ. ad Chronologica Euſebii, *Quis non videt*, inquit, *legendum* καὶ συνὼν καὶ γενόμενος? *Nam* γεννώμενος, qui generatur, *non* qui generatus eſt. *Si enim de Filii ante ſecula omnia generatione loqueretur*, γεννηθεὶς *dicendum fuiſſet, quia ſemel generatus eſt, & non generatur. Deinde illud* συνὼν *oſtendit, de coæternitate Filii cum Patre, non de Filio ante ſecula genito loqui, cui conſignificans verbum* γενόμενος *adjectum. Neque verò quis argutulus objiciat diſcrimen inter* γεννηθέντα *&* γενόμενον. *Nam hìc* γενόμενος *non eſt* factus, *ſed* ὢν, *qui* jam erat. *Quod ſequitur*, Chriſtum dictum eſſe, quia Deus per eum condiderit omnia, & ornaverit, *tunc locum haberet, ſi* τὸ χρίειν *eſſet* condere & ornare. Χριςὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι. Legendum verò κατὰ τὸ καὶ χρίσαι. Dictus Chriſtus, quia Deus per eum unxerit & ornârit omnia. *Ego* ornandi *verbum quomodo applicem ad notionem* τὸ χρίειν, *non video, niſi pro* κοσμῆσαι *legeremus*, κατὰ τὸ χρίσαι καὶ σμῆσαι, unxerit & abſterſerit omnia. *Sed hoc divinare, non aſſerere.* Hactenus Scaliger. Multò minùs illi ſunt audiendi, qui volunt, ante aſſumtam ex B. Virgine naturam humanam, animam unitam eſſe Deo Verbo, & ex eo vocatum eſſe Chriſtum. De illis ſic Damaſcenus lib. 4. Orthod. fidei, cap. 6. pag. 288. Πότε ἐκλήθη χριςός; οὐχ ὥς τινες ψευδηγοροῦσι, πρὸ τῆς ἐκ παρθένου σαρκώσεως ὁ νοῦς ἡνώθη τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ ἔκτοτε ἐκλήθη χριςός. Τοῦτο τῶν Ὠριγένους ληρημάτων τὸ ἀτόπημα, Προϋπαρξιν ψυχῶν δογματίσαντος. *Quando vocatus eſt* Chriſtus? *Non, ut quidam falsò adſtruunt, ante incarnationem ex virgine, anima unita eſt Deo Verbo, & ex eo tempore voca-*

vocatus est Christus. *Hæc enim est ex Origenes deliramentis absurda sententia, qui præexsistentiam animarum docuit.* Vide ibidem plura.

β. *Quid nomen χριςὸς denotet?* Notat *regiam potestatem.* Ita dicit Deus Pater Psal. 2: 6. *Unxi regem meum.* Et Actor. 2: 36. *Dominum & Christum fecit eum*, hoc est, publica προσαγορεύσει declaravit, &, ut Domino, dedit ei exercere omnem potestatem in cœlo & in terra. Est autem officium regium colophon officiorum, & nititur sacerdotio, & geritur per verbum, quod locutus est velut Propheta. Nam ad hæc tria officia unctus est. Sed paulò attentius consideremus illud divi Petri, Κύριον καὶ χριςὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν. Verbum ποιεῖν hoc loco significat *constituere*, nec refertur ad οὐσίαν, sed ad statum & dignitatem summam, ad quam Christus est evectus, sicut eam describit Apostolus ad Ephes. 1: 21. cap. 4: 10. & ad Philipp. 2: 9, 10. Ita veteres hunc locum ἐμοψήφως contra hæreticos interpretantur. Chrysostomus Homil. 6. in Acta: Ἐποίησε, τουτέςι, κατέςησεν· ὥςε οὐδὲν περὶ οὐσιώσεως ἐνταῦθά φησι. Fecit, *id est*, constituit, *adeò ut nihil hic de substantia dicat.* Basilius Cæs. lib. 2. contra Eunomium, pag. 40. Τὸ Κύριος ὄνομα, οὐκ οὐσίας ἐςιν, ἀλλ' ἐξουσίας ὄνομα· ὥςε ὁ εἰπὼν, Κύριον αὐτὸν καὶ χριςὸν ὁ θεὸς ἐποίησε, τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν λέγει τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιτραπεῖσαν αὐτῷ, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον αὐτοῦ διηγεῖται. *Nomen* Dominus, *non est essentiæ, sed potestatis nomen: quare, qui dixit*, Dominum eum & Christum Deus fecit, *rerum omnium principatum & dominium dicit à Patre Filio commissum, non quomodo esse cœperit, narrat.* Oecumenius in cap. 2. Actor. pag. 14. Ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ, κατέταξε καὶ κατέςησεν, ἀλλ' οὐχὶ, οὐσίωσε. Fecit, *pro*, ordinavit, constituit, *non verò, essentiam dedit.* Cyrillus Alexandr. in Thesauro, Assert. 21. pag. 216. Τὸ ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ, ἀπέδειξε νοητέον. Οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ Πέτρος τοῖς Ἰουδαίοις προσδιαλεγόμενος ἔφασκεν, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον, &c. *Illud* fecit, *pro*, ostendit, demonstravit *vel* declaravit *accipiendum. Sic ipse etiam Petrus Judæos alloquens dixit*, Jesum illum Nazarenum, virum declaratum, *&c.* Vocem χριςὸς regiam denotare dignitatem agnoscit Nyssenus Orat. 6. contra Eunomium, t. 2. pag. 598. Ἡ τοῦ χριςοῦ προσηγορία τὴν βασιλείαν ἐνδείκνυται. Christi *appellatio regnum denotat.* Et de Profess. Christiana, t. 3. pag. 269. Τὸ τοῦ χριςοῦ ὄνομα, εἰ πρὸς τὸ σαφέςερόν τε καὶ γνωριμώτερον βῆμα μετενεχθείη, τὸν βασιλέα σημαίνει, τῆς ἁγίας γραφῆς τὴν βασιλικὴν ἀξίαν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ κατά τινα ἰδιάζουσαν χρῆσιν ἐνδεικνυμένης. Christi *nomen, si ad clarius magisque perspicuum & intellectu facilius verbum* transferatur, *regem* significat,

cùm ſancta Scriptura hujuſmodi voce, peculiari quodam uſu, regiam indicet dignitatem. Et tomo eod. de perfecta Chriſtiani forma, pag. 277. Τῦτοῦ χριςοῦ προσηγορία κυρίως καὶ πρώτως τὸ βασιλικὸν διασημαίνεται κράτος. Chriſti *nomine propriè & primariò regia ſignificatur potentia.*

2. *Accidentia propria;* ad quæ referimus,

a. *quòd Chriſtus fuit ſine peccato.* Theodoretus quæſt. 9. in lib. Numerorum, pag. 144. Μόνος ὁ δεσπότης χριςὸς, καὶ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς θεὸς, τὸ ἄμωμον ἔχει. *Solus Dominus Chriſtus, & ut homo, & ut Deus, macula caret.* Baſilius M. Orat. de Pœnitentia: Ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀναμάρτητος· ἑνὶ γὰρ μαρτυρεῖται, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε. *Nullus mortalium ſine peccato eſt: uni enim teſtimonium perhibetur, quòd peccatum non fecerit.* Macarius Homil. 11. pag. 138. Σῶμα καινὸν καὶ ἀναμάρτητον ἕως τοῦ Κυρίου οὐκ ἐφάνη ἐν τῷ κόσμῳ· παραβάντος γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἐπὶ ὅλα τὰ τέκνα αὐτοῦ. *Corpus novum & peccati expers uſque ad Dominum non apparuit in mundo: cùm enim primus Adam mandatum fuiſſet tranſgreſſus, mors in omnes ejus poſteros regnavit.* Niſi fuiſſet ἀναμάρτητος, noſter Salvator eſſe non potuiſſet. Hoc urget Chryſoſtomus Homil. 38. in 1. ad Corinth. pag. 496. Τὸν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἀποθνήσκοντα, αὐτὸν ἀναμάρτητον δεῖ εἶναι· ἐπεὶ εἰ καὶ αὐτὸς ἁμαρτάνει, πῶς ὑπὲρ ἄλλων ἁμαρτωλῶν ἀποθανεῖται; Εἰ δὲ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἄλλων ἀπέθανεν, ἀναμάρτητος ὢν ἀπέθανεν. *Eum, qui pro peccatoribus moritur, ſine peccato eſſe oportet: etenim ſi ipſe quoque peccaret, quomodo pro aliis peccatoribus morietur? ſi igitur pro aliorum peccatis mortuus eſt, utique abſque peccato exſiſtens mortuus eſt.* Proclus, Epiſcopus Cyzicenus in Actis Epheſinæ Synodi, pag. 250. Ἄνθρωπος μὲν σῶσαι οὐκ ἠδύνατο· ὑπέκειτο γὰρ τῷ χρέει τῆς ἁμαρτίας. ἄγγελος ἐξαγοράσαι τὴν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυεν· ἠπόρει γὰρ τοιούτου λύτρου. λοιπὸν οὖν ὁ ἀναμάρτητος ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ἀποθανεῖν ὤφειλεν· αὕτη ἐλείπετο μόνη τοῦ κακοῦ ἡ λύσις. *Homo quidem nos ſalvare non poterat: debito enim peccati ſubjectus erat. Angelus naturam humanam redimere non valebat; tali enim redemtionis pretio deſtituebatur. Debuit ergo immunis à peccato pro peccatoribus mori: hæc ſola tollendi mali ratio reliqua erat.* Eleganter etiam Paulinus in Panegyrico:

Nam neque deleret culpas, niſi liber ab illis,
Nec laxare reos poſſet & ipſe reus.
Nec peccatori mors cederet, utpote vinclum
Peccati vinclis legitimè retinens.

b. *quòd*

b. *quòd etiam ſub veteri Teſtamento fuit notus.* Hoc teſtatur Chryſoſtomus Homil. 8. in Johannem, pag. 588. Οἱ τοῦ θεοῦ φίλοι, καὶ θαυμαςοὶ, πάντες χριςὸν ἐπέγνωσαν καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. *Dei amici & admirabiles viri, omnes Chriſtum cognoverunt etiam ante adventum ejus in carne.* Idem, Homil. 111. t. 5. pag. 716. Δύο διαθῆναι, καὶ δύο παιδίσκαι, καὶ δύο ἀδελφαὶ τὸν ἕνα δεσπότην δορυφορῶσι. Χριςὸς παρὰ προφήταις καταγγέλλεται, Χριςὸς ἐν καινῇ κηρύσσεται, οὐ καινὰ τὰ καινὰ· προέλαβε γὰρ τὰ παλαιά· οὐκ ἐσβέσθη τὰ παλαιά· ἡρμηνεύθη γὰρ ἐν τῇ καινῇ. *Duo ſunt Teſtamenta, & duæ ancillæ, & duæ ſorores, quæ Dominum unum, ſatellitum in morem, ſtipant. Chriſtus apud Prophetas annunciatur, Chriſtus in novo Teſtamento prædicatur: nova non ſunt nova: vetera ſiquidem præceſſerunt: non exſtincta ſunt vetera, in novo enim Teſtamento ſunt expoſita.* Et Homil. 10. in epiſt. ad Epheſios, pag. 814. Εἷς Κύριος, μία πίςις, ἓν βάπτισμα· τί δέ ἐςιν ἓν σῶμα; Οἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιςοὶ, καὶ ὄντες, καὶ γενόμενοι, καὶ ἐσόμενοι, πάλιν καὶ οἱ πρὸ τῆς τοῦ χριςοῦ παρουσίας εὑρεθέντες, ἓν σῶμά εἰσι. Πῶς; ὅτι κἀκεῖνοι τὸν χριςὸν ᾔδεσαν. Πόθεν δῆλον; Ἀβραὰμ ὁ Πατὴρ ὑμῶν, φησιν, ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Καὶ πάλιν, εἰ ἐπιςεύσατέ, φησι, Μωϋσῇ, ἐπιςεύσατε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε, καὶ οἱ προφῆται· οὐκ ἂν δὲ ἔγραψαν περὶ οὗ ἠγνόων ἃ ἔλεγον· εἰδότες δὲ αὐτὸν, καὶ προσεκύνων· ὥςε κἀκεῖνοι ἓν σῶμα. Unus Dominus, una fides, unum Baptiſma. *Quid eſt autem unum corpus? Qui ſunt ubique terrarum fideles, & fuerunt, & futuri ſunt: rurſus qui & ante Chriſti adventum accepti fuerunt & grati, unum ſunt corpus. Quomodo? quoniam illi quoque Chriſtum noverunt. Undénam hoc conſtat?* Abraham Pater veſter, *inquit*, exſultavit ut videret diem meum, & vidit, & gaviſus eſt. *Et rurſus*, ſi crederetis Moſi, inquit, crederetis utique & mihi, de me enim ille ſcripſit, & Prophetæ. *Non ſcripſiſſent autem, de quo ignorabant quæ dicebant. Cùm ipſum autem noſſent, etiam adorabant. Quamobrem illi quoque ſunt unum corpus.* Gregorius Nazianzenus Orat. 22. pag. 398. Ἀμαμυςικός τις καὶ ἀπόῤῥητος οὗτος ὁ λόγος, σφόδρα πιθανὸς, ἐμοὶ γοῦν, καὶ πᾶσι τοῖς φιλοθέοις, μηδένα τῶν πρὸ τῆς χριςοῦ παρουσίας τελειωθέντων, δίχα τῆς εἰς χριςὸν πίςεως τούτου τυχεῖν· ὁ γὰρ λόγος ἐπαῤῥησιάσθη μὲν ὕςερον καιροῖς ἰδίοις, ἐγνωρίσθη δὲ καὶ πρότερον τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν. *Myſticus ſimul & arcanus hic ſermo eſt, mihi quidem, atque omnibus Dei amore præditis, admodum probabilis: neminem videlicet eorum, qui ante Chriſti adventum conſummati fuerunt, id ſine fide in Chriſtum eſſe conſecutum. Quanquam enim Verbum ſuo poſtea tempore libere promulgatum eſt, puris tamen animis etiam ante innotuit.* Alia accidentia ſtudio omittimus.

3. *Pugnantia*, ſeu *oppoſita*. Huc referimus illos,

a. qui docuerunt, *Chriſtum alium eſſe quàm Jeſum.* Hoc fuit delirium Sethianorum & Ophitarum, de quibus Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 14. pag. 205. Τὸν Ἰησοῦν ἄλλον λέγουσι παρὰ τὸν χριςόν· καὶ τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθῆναι, τὸν δὲ χριςὸν οὐρανόθεν εἰς αὐτὸν κατελθεῖν. *Jeſum alium eſſe dicunt à Chriſto. Et Jeſum quidem ex Virgine natum eſſe, Chriſtum autem de cœlis in ipſum deſcendiſſe.* Eandem inſaniam Simoni mago tribuit Oecumenius in 1. Joh. cap. 2. pag. 197. Σίμων ὁ ἀνόσιος ἐλήρει, ἄλλον εἶναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἄλλον τὸν χριςόν· τὸν μὲν Ἰησοῦν, τὸν ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας, τὸν δὲ χριςὸν, τὸν ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ καταβάντα ἀπ' οὐρανῦ. *Impius ille Simon nugabatur, alium eſſe quidem Jeſum, & alium Chriſtum. Jeſum quidem eſſe eum, qui ex ſancta Maria natus; Chriſtum verò eum, qui apud Jordanem è cœlo deſcendit.*

b. qui affirmare non erubuerunt, *ſibi veri Chriſti nomen competere.* Tanta fuit Manetis impietas, de quo Theodoretus hæret. fab. lib. 1. cap. 26. pag. 214. Ἐτόλμησεν ἑαυτὸν ὁ Παμπόνηρος χριςὸν προσαγορεῦσαι. *Nequiſſimus ille auſus eſt ſe ipſum appellare Chriſtum.* Eadem fuit impietas Doſithei Samaritani, de quo Theophylactus in cap. 24. Matth. pag. 142. Ἔλεγεν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ὑπὸ τῦ Μωϋσέως προαγορευθεὶς προφήτης. *Dicebat, ſe eſſe Prophetam à Moſe prædictum.*

CAPUT VII.

De unigena Dei Filio.

Τὸν Υἱὸν τοῦ θεῦ τὸν μονογενῆ.

PAtres Nicæni profitentur, *ſe credere in Filium Dei unigenitum.*

I. *In Filium Dei.* Nomen υἱὸς eſt σημαντικὸν & δηλωτικὸν ſecundæ perſonæ glorioſiſſimæ Trinitatis, ejuſque ſignificat *ἰδίωμα ἀφοριςικόν.* Greg. Nazianzenus Orat. 36. pag. 590. Ἴδιον ὄνομα τῦ μὲν ἀνάρχου, ὁ πατήρ· τῦ δὲ ἀνάρχως γεννηθέντος, Υἱός. *Proprium ejus, qui principii expers eſt, nomen, Pater: ejus autem, qui citra ullum principium genitus eſt,* Filius. Eſt autem Filius non θέσει, ſed Φύσει, non per adoptionem & gratiam, ſed per naturam, & naturalem generationem. Cyrillus Jeroſ.

Jeroſol. Catech. Illuminat. 10. pag. 100. Υἱὸς καλεῖται, οὐ θετικῶς προαχθείς, ἀλλὰ φυσικῶς γεννηθείς. Filius *vocatur, non per adoptionis modum productus, ſed naturaliter genitus.* Rectè Nazianzenus, loco ſuprà citato: *Filius dicitur,* ὅτι ταυτὸν τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν· καὶ οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλὰ κἀκεῖθεν, *quia eſſentiâ idem eſt cum Patre: nec hoc tantùm, ſed etiam, quia ex illo eſt.* Duæ namque requiruntur conditiones, ut aliquis ſit filius per naturam. Prior eſt, ut ſit ab eo, cujus dicitur filius, quia de ratione filii eſt, ut ſit genitus: generatio autem eſt proceſſus & emanatio quædam. Poſterior eſt, ut ſit ejuſdem naturæ cum eo, à quo genitus eſt. Huc jam faciunt ſequentia Patrum dicta. Theodoretus θεραπευτ. ſerm. 2. Υἱὸς ὀνομάζεται, ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γεγεννημένος. Filius *nominatur, ut ex Deo & Patre genitus.* Greg. Nazianzenus Orat. 1. pag. 16, 17. ex eo, quòd eſt Filius, probat, eum ejuſdem eſſentiæ eſſe cum Patre. Τίνος εἴη Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ τὴν Φύσιν κεχωρισμένου καὶ ἀπεξενωμένου μετὰ τῆς κτίσεως; οὐ γὰρ τοῦτο υἱὸς, τὸ ἀλλότριον, ἢ συναλειφομένου πρὸς τὸν πατέρα, καὶ συγχεομένου, ἴσον δὲ εἰπεῖν καὶ συγχέοντος. *Cujus Pater fuerit, ſi Filius naturâ disjungatur, atque unâ cum rebus creatis ſemoveatur? Non enim filius eſt, quod externum atque alienum eſt: aut cum Patre permiſceatur atque confundatur, eumque pariter confundat.* Theodotus, Ancyræ Epiſcopus, in Actis Concilii Epheſini, pag. 262. Ἡ γραφὴ υἱὸν καλεῖ τοῦ πατρὸς τὸν μονογενῆ, τὸ ὁμοούσιον παραςῆσαι τῇ δόξῃ θελήσασα. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ σὸς υἱὸς τῆς αὐτῆς σοι Φύσεως γεγένηται, βουλόμενος ὁ λόγος δεῖξαι μίαν οὐσίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, λέγει Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον μονογενῆ. *Scriptura* Filium *vocat Patris unigenam, eandem ejus cum Patre eſſentiam eſſe demonſtrare volens. Cùm enim filius tuus ejuſdem tecum ſit naturæ genitus, verbum oſtendere volens, unam eſſe eſſentiam Patris & Filii, dicit Filium Patris eum, qui ex eo genitus eſt unigena.* Baſilius Cæſar. Orat. de Fide, pag. 500. Ἐξ αὐτῆς τῆς Υἱοῦ προσηγορίας διδασκόμεθα, ὅτι τῆς Φύσεώς ἐςι κοινωνός· οὐ προσάγματι κτισθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας ἐκλάμψας ἀδιαςάτως, ἀχρόνως τῷ πατρὶ συνημμένος, ἴσος ἐν ἀγαθότητι, ἴσος ἐν δυνάμει, κοινωνὸς τῆς δόξης. *Ex ipſa* Filii *appellatione diſcimus, quòd naturæ ſit ſocius: non præcepto creatus, ſed ex eſſentia fulgens ſine intermiſſione, ſine tempore cum Patre conjunctus, æqualis in bonitate, æqualis in potentia, ejuſdem gloriæ ſocius.*

Fideles quidem etiam dicuntur *geniti ex Deo* Joh. 1:13. dicuntur θείας κοινωνοὶ Φύσεως, *divinæ naturæ participes* 2. Petri 1:4. Et veteres æternam piorum felicitatem non verentur appellare θέωσιν, ἀποθέωσιν, θεοποίητιν. Dionyſius Areopagita cap. 1. de cœleſti Hierarchia, ſect. 3. pag. 4.

vocat

vocat τὴν ἡμῶν ἀνάλογον θέωσιν, *nobis proportionatam deificationem.* Et cap. 1. de Eccleſ. Hierarchia, ſect. 2. pag. 198. ἱερὰν θέωσιν, *ſacram deificationem.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. 2. cap. 12. pag. 119. *Deus hominem creavit* τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεούμενον, *acceſſu ad Deum deificandum.* Apoſtoli, ut ſcribit Pachymeres in cap. 1. Dionyſii Areopagitæ de Eccleſ. Hierarch. pag. 211. ἐθεώθησαν τῇ πρὸς θεὸν ἀγαπήσει, *deificati ſunt per dilectionem Dei.* Athanaſius Orat. de Incarnatione Verbi, t. 1. pag. 108. de Filio Dei: Αὐτὸς ἐνηνθρώπησεν, ἵνα ἡμεῖς θεοποιηθῶμεν. *Ipſe aſſumſit naturam humanam, ut nos deificaremur.* Idem in epiſt. ad Adelphium, t. 1. pag. 158. de eodem Dei Filio: Γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ. *Homo factus eſt, ut nos in ſeipſo deificaret.* Macarius Hom. 15. de eo, qui pravos vincit affectus: Ἀποθεοῦται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος, καὶ γίνεται υἱὸς θεοῦ. *Talis deificatur, & fit filius Dei.* Et Homil. 26. Ἀποθεοῦται ἄνθρωπος. *Homo deificatur:* quod Homil. 34. apud eundem, eſt εἰς θείαν Φύσιν μεταβάλλεσθαι, *in naturam divinam immutari.* Et Boëtius Conſol. Philoſoph. lib. 3. audacter pronunciat, *beatum omnem eſſe Deum, quia uti juſtitiæ adoptione juſti fimus, ſic divinitatem adeptos deos fieri neceſſe eſt.* Sed hæc omnia commoda interpretatione ſunt lenienda, & juvanda.

a. Fideles dicuntur *ex Deo geniti*, quemadmodum dicuntur *geniti ex Spiritu Sancto* Joh. 3:6, 8. Sunt autem *ex Spiritu Sancto geniti*, quia cœleſti Spiritus Sancti virtute penitus innovati ſunt & immutati, ita ut particula *EX* ſignificet non ordinem cauſſæ materialis, ſed efficientis. Nempe, ut. Ammonius Catenâ in cap. 3. Joh. pag. 90. διὰ πνεύματος ἁγίου ἀναμορφούμεθα, τῆς διανοίας ἡμῶν εἰς πνευματικὴν ποιότητα διαπλαττομένης, *per Spiritum Sanctum reformamur, mente noſtra in ſpiritalem quandam qualitatem transformata.* Gregorius Nazianzenus Orat. 44. pag. 714. Τὸ πνεῦμα δημιουργεῖ τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν. *Spiritus ſpiritualis regenerationis autor eſt.* Hinc ad Rom. 1:4. vocatur πνεῦμα ἁγιωσύνης, *Spiritus ſanctificationis*, ἐπειδὰν χαρίσηται εὐχαῖς τῶν ἁγίων, ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέρῳ χριστιανῷ ἁγιασμὸν, καὶ λάβω δῶρον, ὥστε ἅγιον ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, *quando precibus ſanctorum, vel mihi, vel alii Chriſtiano largitur ſanctitatem, ipſeque accipio donum, ut ſanctum habeam corpus & animam:* inquit Chryſoſtomus, Homil. 72. t. 6. quanquam rectius feciſſet, ſi πνεῦμα ἁγιωσύνης *Spiritum ſanctitatis* à πνεύματι ἁγιασμῷ *Spiritu ſanctificationis* diſtinxiſſet, cum memorato Apoſtoli loco per πνεῦμα ἁγιωσύνης *Spiritum ſanctitatis*, divina Chriſti natura, quæ τῇ σαρκὶ *carni* opponitur, non verò πνεῦμα ἁγιασμοῦ *ſanctificator ſpiritus* intelligendus ſit, ut attendenti ad Pauli Verba patet. Omnium

mnium donorum ſpiritualium in nobis autor eſt. Baſilius M. de Spiritu Sancto, cap. 24. pag. 201. Οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐςὶ δωρεά τις ἄνευ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τὴν κτίσιν ἀφικνουμένη. *Neque enim ullum donum abſque Spiritu Sancto in creaturam venit.* Ibid. cap. 15. pag. 178. Διὰ πνεύματος ἁγίου ἡ εἰς παράδεισον ἀποκατάσασις· ἡ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄνοδος· ἡ εἰς υἱοθεσίαν ἐπάνοδος· ἡ παρρησία τὸ καλεῖν ἑαυτῷ πατέρα τὸν θεόν· κοινωνὸν γενέσθαι τῆς χάριτος τοῦ χριςοῦ τέκνον φωτὸς χρηματίζειν· δόξης ἀϊδίου μετέχειν· καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πληρώματι εὐλογίας γενέσθαι, ἔν τε τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τῶν ἐν ἐπαγγελίαις κειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν. *Per Spiritum Sanctum datur in Paradiſum reſtitutio, in regnum cœlorum reditus, in adoptionem filiorum reverſio: datur fiducia Deum appellandi Patrem ſuum, conſortem fieri gratiæ Chriſti, filium lucis appellari, gloriæ æternæ participem eſſe: & ut ſemel omnia dicam, eſſe in omni benedictionis plenitudine, tum in præſenti hoc ſeculo, tum in futuro nobis in promiſſis repoſitorum bonorum.*

b. *Fideles* dicuntur *participes divinæ naturæ* καθ' ὁμοίωσιν καὶ μέθεξιν, quoniam inſtaurantur in naturam divinæ ſimilem, & habentem naturæ divinæ characteres, juſtitiam, ſanctitatem, beatitudinem & immortalitatem glorioſam. Fideles dicuntur ἀποθεοῦσθαι, θεοῦσθαι, θεοποιεῖσθαι, εἰς θείαν φύσιν μεταβάλλεσθαι, dicuntur *dii*, non naturâ, ſed ὁμοιώσει & participatione. Boëtius loco citato: *Omnis beatus Deus, ſed naturâ quidem unus, participatione verò nihil prohibet eſſe quàm plurimos.* Participatione verò Deum eſſe, nihil eſt aliud, quàm geſtare imaginem Dei: imago autem Dei ſita eſt in juſtitia & ſanctitate. Atque ſic, non aliter, intellexerunt veteres, quorum teſtimonia audire juvabit. Theodoretus in Pſal. 49. pag. 586. Κυρίως ἂν θεοὶ κληθεῖεν οἱ κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένοι, καὶ ἀκήρατον τὴν εἰκόνα φυλάξαντες. *Propriè* dii *vocari poſſunt, quicunque ad divinam imaginem facti ſunt, & ſinceram imaginem conſervant.* Greg. Nyſſenus Orat. 12. contra Eunomium, t. 2. pag. 722. Οἴδαμεν καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου τοῦτο τὸ ὄνομα παρὰ τῆς γραφῆς τεταγμένον. ἀλλὰ διαιρεῖ τὴν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας κοινότητα, τὸ ἰδιάζον ἑφ' ἑκατέρου τῆς σημασίας. ὁ μὲν γὰρ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος ὢν, ἀπ' αὐτῆς ὀνομάζεται· ὁ δὲ μετέχων τῆς ἀγαθότητος, συμμετέχει καὶ τοῦ ὀνόματος. *Scimus etiam de homine nomen hoc* (Deus) *à Scriptura uſurpari: ſed communitatem, quæ ex æquivocatione eſt, diſtinguit, quæ in utroque eſt ſignificationis proprietas. Ille quidem* (Deus) *fons cùm ſit bonitatis, ex ipſa denominatur: hic verè* (nempe homo) *bonitatis particeps, etiam nominis conſors efficitur.* Baſilius Cæſar. epiſt. 141. pag. 926. Οἱ ἄνθρωποι κατὰ χάριν ὀνομάζονται θεοί. *Homines ſecundum gratiam*

vocan-

vocantur dii. Photius epist. 142. pag. 215. Δευτέρᾳ δὲ τάξει, καὶ μεθέξει τῆς πρώτης αἰτίας, λέγοιτ' ἂν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκεῖνος θεὸς, ὃς, ἐφ' ὅσον ἐςὶ δυνατὸν γεννητῇ Φύσει, εἰς μίμησιν ἑαυτὸν, ἀρετῶν ἀσκήσει, διαπλάττοι θεῦ. Καὶ γὰρ, ὥσπερ κυρίως μὲν ἐςὶν ἀγαθὸν ἡ θεία καὶ παντουργὸς Φύσις· κατὰ μέθεξιν δὲ, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι διακαθάρσει βίᾳ τῆς ἐκεῖθεν ἀκτῖνος ἐννυγάσθησαν ταῖς μαρμαρυγαῖς· ὕτω καὶ θεὸς, οὐ μόνον ἡ πάντων δεσπόζουσα καὶ κατεξουσιάζουσα Φύσις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐςὶν ἰδεῖν ταύτης ἠξιωμένους τῆς ὀνομασίας. *Ordine secundo & relativè ad causam primam, dicetur inter homines* Deus *ille, qui, in quantum possibile est naturæ creatæ, se per virtutis exercitium ad imitationem Dei conformat. Etenim quemadmodum principaliter bonum est natura illa divina omnium rerum creatrix; per participationem verè & illi homines, qui de vita mundificata radiorum inde emanantium fulgore illustrantur; ita &* Deus *non tantùm est illa natura, quæ cunctis dominatur, & pro potestate imperat; sed & homines videre est istius appellationis participes.* Damascenus Orthod. fidei lib. 2. cap. 12. pag. 119. dicit *Deum creasse hominem* θεούμενον, *deificatum*, τῇ μετοχῇ τῆς θείας ἐλλάμψεως, καὶ ὐκ εἰς τὴν θείαν μεθισάμενον ὐσίαν, *participatione divinæ illuminationis, non verò in essentiam divinam mutatum.* Dionysius Areopagita cap. 1. de Eccles. Hierarch. sect. 3. pag. 200. θέωσίς ἐςιν ἡ πρὸς θεὸν, ὡς ἐφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις. *Deificatio est Dei quædam, quoad fieri potest, assimilatio & unio.* Ita etiam Plato, hoc tanquam per nubem videns, felicitatem hominis ait esse ὁμοίωσιν τῷ θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν, *assimilationem Dei, quantum modulus noster ferre potest.* Eodem respectu fideles Joh. 8:47. ἐκ θεοῦ εἶναι, *ex Deo esse.* Ad quem locum præclarè Ammonius in Catena in Joh. pag. 239. Τοὺς πιςοὺς ἐκ τοῦ θεοῦ λέγει, ὐ κατ' ὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τὸν τύπον τῆς εὐσεβείας λαβεῖν, καὶ οἰκειωθῆναι αὐτῷ ἐξ ἀρετῆς καὶ ἐννόμου πολιτείας. Fideles ex Deo esse *ait, non secundum substantiam, sed quòd ab ipso normam accipiant pietatis, ejusque proprii sint, cùm propter virtutem, tum propter sanctam vivendirationem.* Et Cyrillus Alexandr. ad eundem locum, pag. 567. Ἐκ θεοῦ φησι τὸν ἐξ ἀρετῆς καὶ ἐννόμου πολιτείας προσοικειωθέντα θεῷ, καὶ ἠξιωμένον ὥσπερ τῆς πρὸς αὐτὸν συγγενείας, καθὸ καὶ ἐν τέκνοις κατατάττειν τοὺς τοιούτους ἀξιοῖ. Ex Deo esse *dicit eum, qui ob virtutem & sanctam vivendi rationem Deo conciliatur, & quasi propinquitate ejus dignus habetur, quatenus tales dignos etiam judicat, qui in filiorum suorum numerum adsciscantur.* At non sic Christus Filius Dei est: est enim ejusdem cum Deo naturæ, Deusque, non participatione, sed naturâ: Filius ergo per naturam, & naturalem generationem. Hoc variis probatur rationibus. 1. quia dicitur *Deus Patrique æqualis:* de quo

in

in ſequentibus capitibus. 2. quia dicitur *proprius Dei filius* ad Rom. 8: 32. ubi Theophylactus, pag. 85. Τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, τουτέστι, τῦ μονογενῦς, τῦ ἀγαπητῦ, τῦ φύσει ἐξ αὐτοῦ, (εἰσὶ γὰρ καὶ εἰσποιητοὶ υἱοὶ αὐτοῦ διὰ βαπτίσματος) τούτου οὖν οὐκ ἐφείσατο. Proprio filio non pepercit, *hoc eſt, unigenito, dilecto, qui naturâ ex ipſo eſt; (ſunt & adoptativi per Baptiſmum) huic non pepercit.* Fidelis autem, ut jam vidimus, non eſt propriè filius Dei, quia non ejusdem cum Deo naturæ, ſed figuratè, quoniam in eo imago Dei inſtaurata eſt. 3. quia dicitur μονογενὴς, *unigenitus:* de quo ſtatim pluribus. 4. quia dicitur *genitus ab æterno* Prov. 8: 24. Vide caput ſequens. 5. quia jus adoptionis in Chriſto & per Chriſtum adipiſcimur. Eſt igitur ipſe Filius non per adoptionem, ſed per naturam: quod enim per gratiam Chriſtus ad nos transfert, habet ipſe per naturam. Nervosè Baſilius Cæſar. ſtatim poſt initium lib. 4. adv. Eunomium, pag. 88. Εἰ εἷς Κύριος φύσει, πολλῶν θέσει καλουμένων, καὶ εἷς υἱὸς φύσει, πολλῶν ὀνομαζομένων υἱῶν· τὸ θέσει κατὰ μίμησιν τοῦ φύσει λέγεται· θέσει γὰρ οὐδὲν ἂν λεχθείη, μὴ προηγουμένου τοῦ φύσει. Εἰ οὖν ἡμεῖς υἱοὶ θέσει θεοῦ, ἀνάγκη τὸν φύσει προϋπάρχειν. *Si unus Dominus naturâ, cum multi adoptione appellentur, & unus filius natura, cùm multi filii nominentur: quod adoptione eſt, ad imitationem ejus, quod naturâ eſt, dicitur: nihil enim adoptione dicitur, non antecedente eo, quod naturâ eſt. Si igitur nos filii Dei ſumus adoptione, neceſſè eſt naturâ filium antè exſiſtere.*

II. *Unigenitum.* Μονογενὴς, juxta veteres Gloſſas, *unicus, ſingularis.* Aliæ Gloſſæ: *Unicus & unigena,* μονογενής. Vetus Onomaſticon: *Unigenitus,* μονογενής. Vetus Lexicon: *Unicus,* μονογενής. Severianus: Μονογενής ἐστιν ὁ μόνος ἐκ τινος γεννηθείς. Unigena *eſt, qui ſolus ex aliquo genitus eſt.* Baſilius lib. 2. adv. Eunomium, t. 2. pag. 59. Μονογενὴς, οὐχ ὁ παρὰ μόνου γενόμενος, ἀλλ' ὁ μόνος γεννηθεὶς, ἐν τῇ κοινῇ χρήσει προσαγορεύεται. Unigena, *non qui à ſolo natus, ſed qui ſolus genitus, in communi conſuetudine appellatur.* Æternum Patris cœleſtis Filium Nicæni Patres vocant μονογενῆ, deſumta appellatione ex variis novi Teſtamenti locis. Vide Joh. 1: 14, 18. cap. 3: 16, 18. Hebr. 11: 17. & 1. Joh. 4: 9. Ita autem appellatur, qui productus eſt à Patre modo quodam illi ἀκοινωνήτως proprio, naturali ſcilicet & eſſentiali deitatis communicatione. Rectè Nazianzenus Orat. 36. pag. 590. Μονογενὴς, οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου καὶ μόνου, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως. Unigenitus, *non quia ſolus ex ſolo, & ſolùm; ſed quia etiam peculiari quodam modo.* Theodoretus in Pſal. 21. pag. 478. Μονογενής ἐστι· καὶ τοῦτο ἁρμόττει ὡς θεῷ καὶ Κυρίῳ· ἡ γὰρ θεὸς, μόνος γεγέννηται, καὶ μονογενὴς ὀνομάζεται. Unigenitus *eſt: atque hoc ut Deo & Domino convenit.*

nit. *Nam ut Deus, ſolus genitus eſt, & unigenitus vocatur.* Et in Pſal. 89. pag. 755. Μονογενής ἐςιν ὡς θεός· μόνος γὰρ ἐκ Πατρὸς ἐγεννήθη. Unigenitus *eſt ut Deus: ſolus enim ex Patre genitus eſt.* Et ad Roman. 8: 29. Μονογενής ἐςιν ὡς θεός· οὐκ ἔχει γὰρ ἀδελφοὺς ὡς θεός· Unigenitus *eſt, quatenus Deus: non enim habet fratres quatenus Deus eſt.* Epiphanius hæreſi 73. pag. 362. Κυρίως μονογενὴς, ὡς μόνος ἐκ μόνε ὅμοιος κατ' οὐσίαν ἐκ τοῦ Πατρός· *Propriè* unigenitus, *ut ſolus ex ſolo ſimilis ſecundum eſſentiam ex Patre.* Cyrillus Alexand. in Theſauro, Aſſert. 25. pag. 236. *Vocatur* μονογενὴς καθὸ λόγος ἐςιν ἐκ Πατρὸς, ἀδελφοὺς κατὰ φύσιν οὐκ ἔχων, οὐδὲ ἑτέρῳ τινὶ συνταττόμενος, unigenitus, *quatenus eſt Verbum ex Patre, fratres naturâ nullos habens, neque alii cuipiam annumeratus.* Idem in Actis Concilii Epheſini, pag. 43. Μονογενὴς κατὰ φύσιν ὁ ἐκ θεοῦ Πατρὸς ὠνόμασαι λόγος, ὅτι μόνος ἐκ μόνου γεγέννηται τοῦ Πατρός· Unigenitus *ſecundum naturam ex Deo Patre nominatum eſt Verbum, quoniam ſolus ex ſolo Patre genitus eſt.* Et Dialogo 8. qui eſt de Incarnatione, pag. 688. *Credimus eum eſſe* μονογενῆ, ὡς ἐκ θεοῦ Πατρὸς λόγον, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πεφυκότα, unigenitum, *tanquam ex Deo Patre Verbum, & ex ejus eſſentia genitum.* Harmenopulus de Sectis, ſect. 1. pag. 558. Ἡμεῖς μονογενῆ τὸν Υἱὸν τοῦ θεοῦ φαμὲν, ὡς μόνον ἀῤῥήτως ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἁπάντων γεγεννημένον. *Nos Filium Dei* unigenitum *dicimus, ut qui ſolus ineffabiliter ex eo ante omnia ſecula ſit genitus.* Damaſcenus lib. 1. Orthod. fidei, cap. 9. pag. 31. Μονογενὴς λέγεται, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς μόνως ἐγεννήθη· οὐδὲ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ θεοῦ γεννήσει· οὐδὲ γάρ ἐςιν ἄλλος υἱὸς τοῦ θεοῦ. Unigenitus *dicitur, quia ſolus ex ſolo Patre ſingulariter eſt genitus: neque enim aſſimilatur alia generatio generationi Filii Dei: neque enim alius Dei filius eſt.* Quòd Greg. Nazianzenus ſuprà dixit, Filium Dei vocari μονογενῆ, οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνε καὶ μόνον, ita accipiendum, ut ſenſus ſit, eum non hanc ob cauſſam tantùm dici μονογενῆ, ſed etiam quia μονοτρόπως, *peculiari modo*, id eſt, qui comparationem nullam admittat cum illis, qui corporaliter generantur. Nam genitus eſt ἀχρόνως, ἀρεύτως, ἀπαθῶς, ut capite ſequenti docebimus. Faceſſant ergo Ariani, qui impiè aſſeruerunt, *Filium propterea dici* μονογενῆ, *quia ſolus à Patre ſit creatus, reliqua verò ab ipſo.* Id de iis teſtatur Theophylactus in cap. 3. Johannis, pag. 597. Οἱ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ὅτι μονογενὴς λέγεται, διότι αὐτὸς μόνος γέγονε, καὶ ἐκτίσθη ὑπὸ θεοῦ, τὰ δ' ἄλλα πάντα ὑπ' αὐτοῦ. *Ariani dicunt, eum* unigenitum *dici, quòd ſolus ipſe factus ſit & conditus à Deo, omnia autem alia ab illo.* Ammonius in Catena ad vi. 16. cap. 3. Joh. pag. 97. Οἱ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ὅτι διὰ τοῦτο καλεῖται

λεῖται ὁ Υἱὸς μονογενὴς, ὅτι μόνος ἐκ θεοῦ γέγονεν. *Ariani idcirco dicunt Filium vocari* unigenitum, *quòd ſolus à Deo factus ſit.* Idem de illis teſtatur Harmenopulus de Sectis, ſect. 1. pag. 556. Nec iis, quæ hactenus de unigenito Dei Filio ſunt allata, repugnat, quòd *Angeli* dicuntur *filii Dei* Jobi 1:6. & *Principes* Pſal. 82: 6. & *fideles omnes* Joh. 1: 12. Nam *Angeli* vocantur *filii Dei* διακριτικῶς, ut à filiis hominum diſcernantur: non naturaliter & per generationem, ſed per gratiam creationis & adoptionis, atque adeò, quia, tanquam filii, Patrem, faciem Dei ſemper intuentur, & gloriâ ejus perpetuò in cœlis fruuntur. *Reges* verò & *Principes* hujus terræ vocantur *filii excelſi*, quia Deus eos facit autoritatis ſuæ aliquatenus participes; unde etiam *dii* appellantur in Scriptura. Huc faciunt illa Theodoreti ad Pſal. 82. pag. 727. Τὰς Ἰουδαίων ἄρχοντας θεὰς, ὡς τὸ κρίνειν πεπιςευμένους, ὠνόμασε. *Judæorum principes* deos, *utpote quibus judicandi officium commiſſum erat, nominavit.* Et mox: Ἐπειδὰν ἀληθῶς κριτὴς ὁ θεός ἐςιν, ἐνεχειρίσθησαν δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι κρίνειν, προσηγορεύθησαν οἱ ταῦτα πεπιςευμένοι θεοὶ, ἅτε δὴ θεὸν ἐν τούτῳ μιμούμενοι. *Quoniam verè judex eſt Deus, hominibus verò etiam judicandi officium commiſſum eſt, propterea etiam homines, quibus idem officium concreditum eſt,* dii *nuncupati ſunt, tanquam in hoc Deum imitantes.* Idem, quæſt. 51. in Exodum, pag. 101. Τοὺς κριτὰς ὀνομάζει θεὰς, ὡς κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ κρίνειν πεπιςευμένους. *Judices appellat* deos, *ut quibus ad imitationem univerſorum Dei commiſſum eſt judicandi munus.* Fideles tandem vocantur *filii Dei* eodem ſenſu, quo dicuntur *participes naturæ divinæ.* Vide hoc ipſo capite, ſub numero 1. lit. *b.* Addimus hìc ſequentia. Cyrillus Alexandr. Catenâ in cap. 1. Joh. pag. 26. ad vſ. 12. Οἱ διὰ πίςεως τῆς εἰς χριςὸν υἱοθεσίας κεκλημένοι θεοῦ υἱοὶ, τῆς μὲν οἰκείας Φύσεως τὴν εὐτέλειαν ἀπεδύσαντο, κατηγλαϊσμένοι δὲ ὥσπερ ἀμφίῳ λαμπρῷ τῇ τοῦ τιμῶντος χάριτι, πρὸς τὸ ὑπὲρ Φύσιν ἀναβαίνουσιν ἀξίωμα· ἃ γὰρ ἔτι χρηματίζουσι τέκνα σαρκὸς, θεοῦ δὲ μᾶλλον γεννήματα. *Qui per fidem in Chriſtum adoptati, vocantur* filii Dei, *propriæ quidem vilitatem naturæ exuerunt, Dei verò ipſos honorantis gratiâ, quaſi lucido quodam veſtimento condecorati, ad ſupernaturalem dignitatem evehuntur: non enim jam ampliùs filii carnis, ſed Dei potiùs ſoboles nuncupantur.* Chryſoſtomus Homil. 112. t. 5. Υἱοὺς θεοῦ καλεῖ ἡ θεία γραφὴ τοὺς πάντῃ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ ἀνακειμένους. Filios Dei *ſcriptura divina eos vocat, qui juſtitiæ & pietati ſe totos conſecrant.* Origenes lib. 1. contra Celſum, pag 44. Πᾶς ὁ μηκέτι ὑπὸ Φόβου παιδαγωγούμενος, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν αἱρούμενος, υἱός ἐςι θεοῦ *Omnis, qui non ampliùs ſub timore pædagogo degit, ſed virtutem pro ſe ipſam eligit,*

filius Dei *est*. Ita Christus Matth. 5:45. jubet nos diligere inimicos nostros, ut simus υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ut simus similes Patri cœlesti ἐν ἀνεξικακίᾳ, in tolerandis malis, beneficiis afficientes non tantùm amicos, sed etiam inimicos. Eleganter Clemens Alexandr. stromat. lib. 7. Ὁ υἱὸς πατρὶ ἀγαθῷ χαρίζεται, σπουδαῖον ἑαυτὸν καὶ ὅμοιον τῷ πατρὶ παρεχόμενος. *Filius patri bono gratum facit, si seipsum probum & patri similem exhibeat.* Id autem maximè fit implendo ea, quæ vs. 45. cap. 5. Matth. nobis præcipiuntur. Chrysostomus Homil. 3. in epist. ad Romanos: Ἄνθρωποι κατ' αὐτὸ ὁμοιοῦνται θεῷ, ὅταν μηδὲν πάσχωσι παρὰ τῶν ἐπηρεάζειν βουλομένων, μηδὲ ὑβρίζωνται ὑβριζόντων, μηδὲ τυπτόντων τύπτωνται, μηδὲ καταγελῶνται καταγελώντων ἑτέρων αὐτούς. *Homines hac potissimum in re similes Deo efficiuntur, quoties mali nihil patiuntur ab iis, qui ipsis incommodare volunt: quoties non læduntur ab iis, qui lædunt: non vapulant ab iis, qui verberant: non irridentur ab aliis eos irridentibus.* Photius epist. 193. pag. 292. Τὸ μὲν δίκην ἀπαιτεῖν τὸν ἠδικηκότα, ἀνθρώπινον· τὸ δὲ μὴ ἀμύνεσθαι, Φιλόσοφον· τὸ δὲ καὶ εὐεργεσίαις ἀμείβεσθαι, λοιπὸν ἤδη θεῖον, καὶ μιμητὰς τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς τοὺς γηγενεῖς ἀποφαῖνον. *Actionem instituere contra eum, qui injuriâ affecit, humanum est: non ulcisci, philosophicum: at benefactis compensare, divinum, & Patris, qui in cœlis est, terrenos homines imitatores facit.* Et hoc est, quod θεοῦ μιμητὰς γίνεσθαι ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, ad Ephes. 5:1. dicit Apostolus: de quo jam cap. 4. actum.

CAPUT VIII.

De generatione Filii.

Τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα.

DUo Patres Nicæni hîc faciunt: veritatem adstruunt, & errorem rejiciunt.

I. Τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Credunt Patres in Filium Dei, *ex Patre genitum, id est, ex substantia Patris ante omnia secula.* Æter-

Æternæ generationis myſterium non hominum ſolùm, ſed etiam Angelorum captum immane quantum ſuperat, ac proinde curiosè minimè inveſtigandum. Id agnoſcit Nazianzenus Orat. 29. pag. 493. Ἀκούεις τὴν γέννησιν, τὸ πῶς μὴ περιεργάζου. *Audis generationem, ne modum curioſus ſcruteris.* Et Orat. 35. pag. 566. Μὴ Φιλοτοφήσῃς θεοῦ γέννησιν· οὐ γὰρ ἀσφαλές. εἰ μὲν γὰρ τὴν σὴν γινώσκεις, οὐ πάντως καὶ τὴν τοῦ θεοῦ· εἰ δὲ μηδὲ τὴν σὴν, πῶς τὴν τοῦ θεοῦ; ὅσῳ γὰρ θεὸς ἀνθρώπου δυστεκμαρτότερος, τοσούτῳ καὶ τῆς σῆς γεννήσεως ἀληπτοτέρα ἡ ἄνω γέννησις. *Ne de generatione Dei diſputes: nec enim illud tutum eſt. Si enim tuam cognoſcis, non protinus ſequitur, Dei quoque generationem tibi cognitam & exploratam eſſe. Si autem tua tibi ignota eſt, quo tandem modo Dei generatio tibi nota erit? Quantò enim difficilius eſt Dei naturam, quàm hominis, indagare: tantò quoque difficilius percipi poteſt ſuperna illa & divina generatio, quàm tua.* Et pag. 567. θεοῦ γέννησις σιωπῇ τιμάσθω· μέγα σοι τὸ μαθεῖν, ὅτι γεγέννηται· τὸ δὲ πῶς, οὐδὲ ἀγγέλοις, μὴ ὅτιγε σοὶ ἐννοεῖν συγχωρήσωμεν. Βούλει παραςήσω τὸ πῶς; ὡς οἶδεν ὁ γεννήσας Πατὴρ, καὶ ὁ γεννηθεὶς Υἱός· τὸ δὲ ὑπὲρ ταῦτα νέφει κρύπτεται, τὴν σὴν διαφεῦγον ἀμβλυωπίαν. *Dei generatio ſilentio honoretur. Abundè tibi magnum eſt ſcire, eum genitum eſſe. Quo autem modo genitus ſit, ne ipſis quidem Angelis, nedum tibi intelligere conceſſerim. Vis declarem quomodo? ut ſcit Pater, qui genuit; & Filius, qui genitus eſt. Quod ſupra hæc eſt, nube tegitur, animique tui hebetudinem fugit.* Baſilius Cæſar. lib. de Sancta Dei generatione, illud *myſterium* vocat ἀνεπινόητον λογισμοῖς καὶ ἄβατον ῥήμασιν ἀνθρωπίνοις, *quod neque mente, neque verbis hominum concipi poteſt.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. 1. cap. 8. pag. 24. dicit *Filium genitum eſſe* ἀνερμηνεύτως, ἀνάρχως, σεπτῶς καὶ ἀλαλήτως, *modo inexplicabili, citra ullum initium, modo planè adorando & ineffabili.* Hîc autem tollendum dubium, quod ex Damaſceno, qui ἀνάρχως factam dicit generationem, oriri poſſet: nec ſolus ipſe ita locutus: Nazianzenus quoque Orat. 36. pag. 590. inquit: Τὸ ἴδιον ὄνομα τοῦ ἀνάρχως γεννηθέντος Υἱός. *Proprium nomen ejus, qui citra ullum principium genitus eſt, Filius.* Harmenopulus de fide Orthod. pag. 576. ἀϊδίως καὶ ἀνάρχως, *ab æterno & citra ullum initium genitus eſt Filius.* Sigeneratio facta ἀνάρχως, quomodo ergo Pater à veteribus Filii ἀρχὴ dicitur. Vide, quæ allata ſunt cap. 4. ſub num. 1. 1. ſub lit. *b.* Dubium ex antiquitate ſolvimus. Vox ἄναρχος duas maximè ſignificationes habet. 1. Ἄναρχον idem quod ἀΐδιον, & ex eorum cenſu eſt, quæ, ut loquitur Theodoretus Dial. 1. pag. 6. περὶ τῆς θείας λέγεται Φύσεως, *de tota enunciantur natura divina:* quæ ſunt θείας Φύσεως χαρακτηριστικὰ, *quæ divinam denotant natu-*

naturam, ut loquitur Iſidorus Peluſiota, epiſt. 112. lib. 3. pag. 301. Hoc ſenſu ἄναρχον ex eorum ὀνομάτων numero, quæ Dionyſius Areopagita cap. 2. de divinis Nominibus, pag 417. dicit eſſe ἡνωμένα τῆς ὅλης θεότητος, *copulata in unum in tota divinitate.* Notandum, Dionyſium; ut ejus obſervat Paraphraſtes, pag. 434. ibi agere περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας, *de unita & diſtincta Theologia.* Ἡνωμένη θεολογία ea continet θεῖα ὀνόματα, quæ κοινῶς τοῖς τρισὶ θεαρχικοῖς προσώποις, *in communi tribus perſonis divinis* conveniunt. Ἄναρχον igitur, ſi neget τὴν κατὰ χρόνον ἀρχὴν, *principium temporis*, unde aliquid eſſe incipit, in divinis non tantùm Pater eſt ἄναρχος, ſed etiam Filius & Spiritus Sanctus. Apud Athanaſium in quæſtionibus miſcell. quæſt. 13. pag. 443. quæritur, ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τίς πρῶτος; *Quis in ſacroſancta Trinitate primus.* Reſp. Οὐδεὶς πρῶτος, καὶ οὐδεὶς ὕςερος, ἀλλ' ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱὸς, ἅμα πνεῦμα ἅγιον· καὶ διὰ τοῦτο καὶ συνάναρχοι λέγονται, καὶ ἄναρχοι. Ἄναρχον δὲ λέγεται, τὸ πρὸ τῆς ἀρχῆς ὄν. Ἄναρχος λοιπὸν ὁ Πατὴρ, ἄναρχος ὁ Υἱὸς, ἄναρχον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Nullus prior, nullus poſterior, ſed ſimul Pater, ſimul Filius, ſimul Spiritus Sanctus: atque hanc ob cauſam ſimul principii expertes dicuntur, & principii expertes. Illud autem ἄναρχον dicitur, quod ante principium eſt. Principii ergo expers Pater, principii expers Filius, principii expers Spiritus Sanctus.* Hinc S. Trinitas à Baſilio Seleucienſi, Orat. 39. pag. 208. vocatur ἡ ἄναρχος τῶν ὄντων ἀρχὴ, *principii expers rerum exiſtentium principium.* Ἄναρχος hoc ſenſu ergo etiam Filius. Greg. Nazianzenus Orat. 29. pag. 490. Ἐὰν τὴν ἀπὸ χρόνου νοῇς ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος ὁ Υἱός· οὐκ ἄρχεται γὰρ ὑπὸ χρόνου ὁ χρόνων δεσπότης. *Si de tempore principium intellexeris, principii quoque omnis expers Filius: neque enim temporum Dominus, tempori ſubjectus eſt.* Atque hoc ſenſu Filius dicitur ἀνάρχως genitus. 2. Ἄναρχον idem eſt, quod ἀναίτιον, *originis principio carens.* Hoc ſignificatu ſumta voce, ſolus Pater eſt ἄναρχος. Filius autem & Spiritus Sanctus, quamvis ſint συναΐδιοι, Patri *coæterni*, non tamen ſunt ἄναρχοι. Non eſt ἄναρχος Filius. Id docet Greg. Nazianzenus Orat. 29. pag. 490. Ὁ Υἱὸς, ἐὰν ὡς αἴτιον τὸν Πατέρα λαμβάνῃς, οὐχ ἄναρχος· ἀρχὴ γὰρ Υἱοῦ Πατὴρ, ὡς αἴτιος. *Filius, ſiquidem Patrem, ut cauſſam accipias, principio non caret: principium enim Filii Pater eſt, ut cauſſa.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. 1. cap. 11. pag. 42. Ὁ Υἱὸς οὐκ ἄναρχος, τουτέστιν, οὐκ ἀναίτιος, ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ· *Filius non eſt expers principii, id eſt, non eſt ſine cauſſa, eſt enim ex Patre.* Non eſt ἄναρχος Spiritus Sanctus. Nicephorus Conſtantinopol. in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 308. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἄναρχον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπό-

ἐκπόρευσιν· ἀρχὴ γὰρ καὶ αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, κατὰ τὸν τοῦ αἰτίου λόγον. *Spiritus Sanctus non eſt expers principii, propter proceſſionem ex Patre: ipſius enim etiam principium Pater eſt, quatenus eſt cauſſa.* Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Pluribus rem tractamus in Obſervationibus noſtris, cap. 7. Redimus ad æternam Filii generationem. Quemadmodum ἀγεννησία eſt ἰδίωμα ἀφοριστικὸν καὶ προσωπικὸν Dei Patris: ita γέννησις eſt proprietas Filii. Greg. Nazianzenus Orat. 23. pag. 422. Ἴδιον, πατρὸς μὲν, ἡ ἀγεννησία· υἱοῦ δὲ, ἡ γέννησις. *Patris proprietas hæc eſt, quòd ingenitus ſit: Filii verò, quòd genitus.* Idem, Orat. 26. pag. 445. Δεῖν ἕνα θεὸν Πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον καὶ ἀγέννητον· καὶ Υἱὸν ἕνα γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Πνεῦμα ἓν ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωρῶν, Πατρὶ μὲν, ἀγεννησίας· Υἱῷ δὲ, γεννήσεως· τὰ δ' ἄλλα συμφυῆς καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον καὶ ὁμότιμον. *Oportet unum Deum Patrem agnoſcere principii expertem & ingenitum, & unum Filium ex Patre genitum: & unum Spiritum ex Patre ſubſtantiam habentem, hoc ſolo nomine Patri cedentem, quòd non ſit ingenitus; hoc item Filio, quòd non ſit genitus, cætera autem ejuſdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ.* Hæc verò Filii proprietas vocatur γέννησις in Scripturis, οὐχ ἵνα πάθος ὑπογράψωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ ὁμοούσιον σήσωσιν. ὁμοουσία γὰρ τῷ ὄντι τὰ τικτόμενα τοῖς τίκτουσι, *non ut perpeſſionem aliquam adumbrent, ſed ut eſſentiæ identitatem ſtatuant. Nam quæ gignuntur, revera eandem cum gignentibus eſſentiam habent;* inquit Iſidorus Peluſiota epiſt. 141. lib. 4. pag. 492. Hæc *generatio* eſt γέννησις οὐράνιος, ἄχρονος, ἀσώματος, ἀόρατος, ἀπαθὴς, *generatio cœleſtis, temporis & corporis expers, inviſibilis, ſine paſſione;* ut loquitur Chryſoſtomus. Ob hanc ipſam generationem quidam ex veteribus exiſtimant, Filium à Johanne dici λόγον. Ita Chryſoſtomus Homil. 18. t. 5. *Vocatur* λόγος, ὅτι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐτέχθη· ὥσπερ γὰρ ὁ λόγος ὁ ἐμὸς ἀπὸ τῆς ψυχῆς μου γεννᾶται, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐτέχθη, Verbum, *quoniam à Patre genitus eſt. Quemadmodum enim Oratio mea ex animo meo generatur, ita etiam Filius à Patre genitus eſt.* Theodoretus in epitome div. decret. cap. 2. pag. 256. Ὁ λόγος δηλοῖ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως. Ἵνα γὰρ μὴ, υἱὸν ἀκούοντες, εἰς ἀνθρωπίνας καταπέσωμεν ἐννοίας, καὶ νομίσωμεν παραπλησίως ἡμῖν γεννηθῆναι τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, λόγον αὐτὸν προσηγόρευσε· ταύτῃ διδάσκων, ὡς ἡ γέννησις ἐκείνη πάθους παντὸς ἐλευθέρα· εἰδὲ γὰρ ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος, ὠδίνων τὸν λόγον, δεῖται τῆς τοῦ θήλεως κοινωνίας, ἣ ῥεῦσιν, ἢ τομήν τινα ὑπομένει· ἀλλὰ τέλειος ὢν, τέλειον ἀποτελεῖ τὸν λόγον. Verbum, *impatibilem fuiſſe generationem ſignificat. Ne enim, Filium audientes, in humanos incideremus cogitationes, & crederemus, eodem, quo nos, modo, genitum fuiſſe univerſorum opificem,*

Verbum *illum appellavit : ſic docens , generationem illam ab omni paſſione liberam fuiſſe. Nec enim mens noſtra verbum parturiens opus habet conjunctione fœminæ , vel fluxionem , ſectionemque aliquam patitur , ſed ſicut perfecta eſt , perfectum efficit verbum.* Eodem modo Greg. Nyſſenus Orat. 2. t. 2. pag. 27. Baſilius Cæſ. in initium Euangelii Johannis , pag. 506. Chryſoſtomus Homil. 116. t. 5. pag. 747. Damaſcenus Orthod. fidei lib. 1. cap. 9. pag. 31. & alii. Sunt tamen , quæ in hac ſimilitudine meritò deſiderantur. Nimirum λόγος mentis eſt accidens , Filius autem eſt ſubſtantia : ideo Athanaſius in Definitionibus t. 2. pag. 53. eum vocat λόγον non Προφορικὸν , non ἐνδιάθετον , ſed ἐνύσιον. Eſt λόγος , ὁ ῥητὸς , ἀλλ' ὑσιώδης, *Verbum non pronunciatum , ſed ſubſtantiale*, ut loquitur Ignatius ad Magneſianos. Deinde λόγος mentis non eſt aliquid per ſe ſubſiſtens , ſed eſt *qualitas* ἐνυπάρχουσα ἡμῶν ταῖς καρδίαις , *cordibus noſtris inſita* , juxta Baſilium in principium Euang. Johannis, non ὑφεστῶσα. Filius autem eſt ἐνυπόςατος , habetque ἰδίαν ὕπαρξιν. Hoc inculcat Damaſcenus Orthod. fidei lib. 1. cap. 6. pag. 17. Οὐ γὰρ ἦν, ὅτε ἦν ὁ θεὸς ἄλογος, ἀεὶ δὲ ἔχει τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον, ὃ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον ἀνυπόςατον, καὶ εἰς ἀέρα χεόμενον, ἀλλ' ἐνυπόςατον , ζῶντα , τέλειον , οὐκ ἔξω αὐτοῦ χωροῦντα , ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἀεὶ ὄντα. *Non enim fuit unquam , ut fuerit Deus abſque* Verbo , *ſed ſemper habet* Verbum *ſuum ex ſe genitum , non inſtar verbi noſtri , ſubſiſtentiam non habens , & in aërem emiſſum , ſed ſubſiſtentiam habens , vivens , perfectum , non extra ipſum excedens , ſed in eo ſemper exſiſtens.* Atque hæc quidem veteres non malè : meritò tamen quis dubitaverit, utrum Sanctus Johannes adeò ſubtiliter de Filio Dei differat. Quare meliùs Theologi ſtatuunt , Johannem vocabulis uſum eſſe in Judæorum Synagogis tritis & uſitatis. Chaldæus autem Paraphraſtes , quoties de Deo cum hominibus loquente , cum hominibus verſante , iiſque auxiliante ſermo eſt , (is autem fuit Filius Dei, qui Eccleſiam ſemper gubernavit) Hebræum יהוה reddit מימרא vel מימר / quod *verbum* ſignificat. Vide Geneſ. 20:3. & cap. 21:22. Hoſeæ 1:17. Ratio autem hujus appellationis hæc eſſe videtur, quòd Deus in Sacra Scriptura dicitur *omnia facere Verbo ſuo* , idque ad denotandam infinitam ejus potentiam : facere enim omnia ſolo verbo & nutu, eſt omnipotentis. *Dixit , & fuit ; mandavit , & ſtetit*, Pſal. 33:9. Cùm autem Deus omnia fecerit per Filium Joh. 1:3. Coloſſ. 1:16, 17. inde factum, ut dictus ſit מימר / λόγος, *Verbum.*

II. Γεννηθέντα , ὁ ποιηθέντα. *Genitum , non factum.* Hiſce Arii jugulatur hæreſis , cujus originem & progreſſum paulò altiùs repetere , operæ

ræ fuerit pretium. Arius fuit natione Afer, professione Presbyter Alexandrinus Qua verò ratione impium dogma suum in Ecclesiam invexerit, & quodnam istud fuerit, pluribus docet Socrates Hist. Eccles. lib. 1. cap. 6. pag. 171. Rem totam ad compendium referimus. Cùm Alexander, Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopus, aliquando, παρόντων τῶν ὑπ' αὐτὸν Πρεσβυτέρων, καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν, *præsentibus sibi subjectis Presbyteris, & reliquo Clero*, paulò liberius de SS. Trinitate fuisset locutus, atque docuisset ἐν μονάδι Τριάδα εἶναι, *in unitate Trinitatem esse*; Arius, cùm falsò putaret, Sabellianismum ab Alexandro tradi; impiè autem asseruit Sabellius; ut docuimus cap. 3. num. 4. ubi opposita, sub lit. α; μίαν ὑπόστασιν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, *unam esse hypostasin Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum*; ἐκ Φιλονεικίας κατὰ διάμετρον εἰς τὸ ἐναντίον τῆς τοῦ Λίβυος δόξης ἀπέκλινε· καὶ ὡς ἐδόκει γοργῶς ὑπαντήντησε πρὸς τὰ παρὰ ἐκείνου λεχθέντα, καὶ Φησὶν, Εἰ ὁ Πατὴρ ἐγέννησε τὸν Υἱὸν, ἀρχὴν ὑπάρξεως ἔχει ὁ γεννηθείς· καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν Υἱός· ἀκολουθεῖ τε ἐξ ἀνάγκης, ἐξ οὐκ ὄντων ἔχειν αὐτὸν τὴν ὑπόστασιν, *contendendi studio è diametro in contrariam sententiam Libyci* Sabellii *opinioni declinavit: & , ut ipse existimabat, vehementer sese ab Episcopo dictis opposuit, dixitque: si Pater genuit Filium, exsistentiæ suæ initium habet genitus: atque inde patet, fuisse aliquando tempus, quo Filius non fuit: hinc etiam necessariò sequitur, eum ex non entibus hypostasin habere.* Eodem ferè modo rem narrat Nicephorus hist. Eccles. lib. 8. cap. 5. pag. 538. Hic Filium dixit esse κτίσμα. Chrysostomus Homil. 6. in epist. ad Philippenses: Υἱὸν ὁμολογεῖ, ῥήματι δὲ μόνῳ· κτίσμα γὰρ αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ τοῦ Πατρὸς ἐλάττονα πολύ. *Filium fatetur, sed solo verbo: eum enim creaturam esse dicit, & Patre longè inferiorem.* De eodem Theodoretus hæret. fabul. lib. 4. cap. 1. pag. 232. Τὸν Υἱὸν κτίσμα ἀπεκάλεσε. *Filium creaturam vocavit.* Idem Orat. 1. de Providentia, pag. 322. de Arianis scribit: Τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγου ὁμολογοῦντες Υἱὸν, ὡς ποίημα τῇ κτίσει συναριθμοῦσι, καὶ τὸν κτίσην ἰσοῦσι μετὰ τῆς κτίσεως. *Unigenitum Dei Verbum, Filium nempe confitentes, ipsum quasi factum rebus creatis annumerant, & creatorem rei creatæ parem & æqualem constituunt.* Vide fusè in epistola Arii ad Eusebium, apud Epiphanium hæresi 69. pag. 313. & apud Theodoretum, hist. Eccles. lib. 1. cap. 4. pag. 537. & in epist. Eusebii Nicomediensis, ibid. cap. 5. pag. 538. Hanc verò Arii hæresin Alexander, Episcopus Alexandriæ, in Concilio Alexandrino, damnavit, teste Socrate, lib. 1. cap. 6. anno Christi 317. Idem postea factum est in celebri illo Concilio, primo Oecume-

cumenico, cujus Symbolum conſideramus, Nicææ habito anno 325, ut teſtantur Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini, cap. 13. Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. pag. 542. Photius Epiſt. 1. pag. 5. Concilium Nicænum, ut ex ejus patet Symbolo, teſtatur, ſe credere in Filium Dei γεννηθέντα, ὐ ποιηθέντα. *Negat ergo, eum eſſe creaturam.* Reliqua, quæ Filii Deitatem adſtruunt, ſequentur in proximis capitibus. Et quia Ariani, licet Filium ad creaturarum dejecerint ſortem, eundem tamen adorabant, hinc meritò à veteribus appellati ſunt κτισματολάτραι. Huc facit illud Athanaſii Orat. contra Arianos, t. 2. pag. 22. Ὁ μὲν ἀπόστολος αἰτιᾶται τοὺς ἕλληνας, ὅτι κτίσματα σέβουσι, λέγων· ὅτι ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα θεόν· οὗτοι δὲ κτίσμα λέγοντες εἶναι τὸν Κύριον, καὶ ὡς κτίσματι λατρεύοντες αὐτῷ, τί διαφέρουσιν ἑλλήνων; *Apoſtolus quidem accuſat Gentiles, quòd creaturas colant, quando dicit:* Servierunt creaturæ potiùs quàm creatori Deo. *Hi verò, ſc.* Ariani, *dicentes Dominum eſſe creaturam, & ei tanquam creaturæ ſervientes, quid à Græcis differunt?* Et quod Theodoretus ad eundem Apoſtoli locum ſcribit, pag. 19. Ταύταις ὑπόκεινται ταῖς κατηγορίαις καὶ οἱ τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ Υἱὸν κτίσμα μὲν ἀποκαλοῦντες, ὡς δὲ θεὸν προσκυνοῦντες. *In eaſdem reprehenſiones incidunt etiam illi, qui unigenitum Dei Filium creaturam quidem vocant, & tamen tanquam Deum adorant.*

Quod ſi nunc lubeat in fontem & ſcaturiginem hujus tanti erroris inquirere, deprehendemus veriſſimè à Chryſoſtomo ſcriptum eſſe, Præfat. in epiſt. ad Romanos, pag. 1. Ἐντεῦθεν τὰ μυρία ἐφύη κακὰ, ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀγνοίας· ἐντεῦθεν ἡ πολλὴ τῶν αἱρέσεων ἐβλάστησε λύμη. *Hinc infinita orta ſunt mala, ab ipſa videlicet ſcripturarum ignoratione: hinc multa illa hæreſium pullulavit lues.* Nec ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀγνοίας tantùm, ſed ab earundem etiam, & quidem maximè, παραφθορᾶς oriuntur hæreſes. Docet hoc Baſilius Cæſar. Orat. 2. in Hexaëm pag. 17. Οἱ παραχαράκται τῆς ἀληθείας οὐχὶ τῇ γραφῇ τὸν ἑαυτῶν νοῦν ἀκολουθεῖν διδάσκουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὴν διάνοιαν τῶν γραφῶν διαστρέφουσι. *Veritatis depravatores ſuam mentem non accommodant ſcripturæ, ſed ad ſuam voluntatem mentem ſcripturarum trahunt ac pervertunt.* Tales ſcripturarum παραχαράκται etiam ſunt Ariani: varia enim contextus ſacri loca, ex quibus evincere ſatagunt, Filium Dei eſſe κτίσμα ἢ ποίημα, depravant. Videamus unum & alterum exemplum. Abuſi ſunt loco ad Coloſſ. 1: 15. ubi Filius Dei vocatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *primogenitus omnis rei creatæ.* Hinc colligebant, eum eſſe κτίσμα, & πρωτότοκος idem eſſe, quod πρωτόκτιστος, ut mox videbimus. At πρωτότοκος πάσης κτίσεως vocatur,

catur, ut ante omnes res conditas ex ſubſtantia Patris genitus. Id patet ex eo, quòd ſtatim Apoſtolus, v. 16. ſubjicit, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, καὶ πάντα δι αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισαι. Itaque per hoc Filius Dei à rebus conditis diſtinguitur, & æternitas ejus denotatur. Hanc expoſitionem veteres magno conſenſu ſtabiliunt. Theodoretus ad præſentem locum, pag. 346. Εἰ μονογενὴς, πῶς πρωτότοκος; Εἰ πρωτότοκος, πῶς μονογενής; Ἀλλὰ μὴν μονογενὴς ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ὠνόμασαι. Πρωτότοκος τοίνυν ἐςὶ τῆς κτίσεως, οὐχ ὡς ἀδελφὴν ἔχων τὴν κτίσιν, ἀλλ' ὡς πρὸ πάσης κτίσεως γεννηθείς. πῶς γὰρ οἱόντε καὶ ἀδελφὸν εἶναι τῆς κτίσεως, καὶ δημιουργόν; Εἰ γὰρ κατὰ τὸν τῶν αἱρετικῶν λόγον κτίσμα ἐςὶν, ἀδελφὴν ἔχει τὴν κτίσιν. οὐχ οἱόν τε δὲ κατὰ ταυτὸν ταύτης αὐτὸν καὶ ἀδελφὸν εἶναι, καὶ δημιυργόν. Δημιουργὸν δὲ αὐτὸν ἡ θεία καλεῖ γραφή· εἰ δὲ δημιυργὸς, οὐκ ἄρα καὶ ἀδελφός· εἰ δὲ οὐκ ἀδελφὸς, οὐ κτίσμα. *Si unigenitus, quomodo primogenitus? Si primogenitus, quomodo unigenitus? Atqui in divinis Euangeliis unigenitus nominatus eſt. Eſt ergo primogenitus creaturæ: non quòd ſororem habeat creaturam, ſed quòd ante omnem creaturam ſit genitus. Quomodo enim fieri poſſet, ut idem eſſet frater creaturæ & opifex? Si enim, ut blaterant hæretici, eſt creatura, ſororem habet creaturam. Fieri autem non poteſt, ut idem ſimul ejuſdem ſit frater & opifex. Eum autem opificem vocat divina ſcriptura: quod ſi opifex, non ergo & frater, quòd ſi ergo non eſt frater, non eſt creatura.* Ita etiam Chryſoſtomus, quem vide Homil. 3. in epiſt. ad Coloſſenſes, pag. 103, 104. Pluribus quoque locum contrà Eunomium vindicat Baſilius Cæſar. lib. 4. contra Eunom. pag. 104. Eunomius ex eo, quòd Filius dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, inferre non erubuit eum eſſe πρωτόκτισον, *primò creatum.* Sed reſpondet Baſilius, ſi eam ob cauſſam dicatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, cum etiam πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν vocari, ὅτι προετελεύτησε τῶν νεκρῶν, *quia ante mortuos mortuus ſit:* εἰ δὲ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν εἴρηται, διὰ τὸ αἴτιος εἶναι τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναςάσεως, οὕτω καὶ πρωτότοκος κτίσεως, διὰ τὸ αἴτιος εἶναι τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν τὴν κτίσιν. *Si verò* primogenitus mortuorum *dictus eſt, quoniam cauſſa eſt reſurrectionis ex mortuis: ſic etiam* primogenitus creaturæ, *quoniam cauſſa eſt, ut à nihilo ad eſſe creatura ſit producta.* Damaſcenus orthod. fidei lib. 4. cap. 8. pag. 293. πρωτότοκον αὐτὸν Φαμὲν πάσης κτίσεως, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ κτίσις ἐκ τοῦ θεοῦ. ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μόνος ἀχρόνως γεγεννημένος, εἰκὼς υἱὸς μονογενὴς πρωτότοκος, καὶ οὐ πρωτότικτος λεχθήσεται. Primogenitum *ipſum dicimus* omnis creaturæ, *quia & ipſe ex Deo, & creaturæ ex Deo: ſed ipſe ex ſubſtantia Dei & Patris, ſolus ſine tempore genitus, meritò Filius unigena* primogenitus, *& non* primò crea-

creatus *vocabitur*. Oecumenius in cap. 1. ad Coloſſ. pag. 889. πρωτότοκος πάσης κτίσεως, τουτέστι, πρὸ πάσης κτίσεως, πρωτοτόκως καὶ μονογενῶς γεννηθείς. Primogenitus omnis creaturæ, *hoc eſt*, *ante omnes res creatas inſtar primogeniti & unigeniti genitus*. Athanaſius in expoſitione Fidei t. 1. pag. 242. ad hunc ipſum locum: πρωτότοκον εἰπὼν, δηλοῖ μὴ εἶναι αὐτὸν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ πατρός. ξένον γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ λέγεσθαι κτίσμα. τὰ γὰρ πάντα ἐκτίσθησαν ὑπὸτοῦ πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ. ὁ δὲ Υἱὸς μόνος ἐκ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἐγεννήθη. διὸ πρωτότοκός ἐςι πάσης κτίσεως ὁ θεὸς λόγος, ἄτρεπτος ἐξ ἀτρέπτου. *Dum eum appellat* primogenitum, *indicat eum non eſſe creaturam, ſed Patris Filium: peregrinum enim & alienum eſt, de deitate ejus dici creaturam. Omnia enim creata ſunt à Patre per Filium. Filius autem ſolus ab æterno ex Patre genitus eſt: propterea* primogenitus *eſt* omnis creaturæ *Deus Verbum, immutabilis ex immutabili*. Theodotus apud Clementem Alexandr. pag. 792. πρωτότοκος πάσης κτίσεως γεννηθεὶς ἀπαθῶς, κτίσης καὶ γενεσιάρχης τῆς ὅλης ἐγένετο κτίσεώς τε καὶ ὐσίας. Primogenitus omnis creaturæ, *ſine paſſione genitus, creator & totius creaturæ atque eſſentiæ factus eſt auctor*. Rectè etiam Ambroſius: *Ante omnem creaturam genitum ait Filium, non creatum teſtatur, ut ſecerneret nativitatem ejus à creaturæ factura*. Quemadmodum igitur *primogenitum* vocarunt Hebræi, non eum, quem plures nativitate ſequerentur, ſed potius, ante quem nemo ex iiſdem natus eſſet parentibus: Ita Filius Dei dictus eſt *primogenitus omnis creaturæ*, quaſi dicas, *ab æterno genitus*. Lyranus ad locum Apoſtoli: Primogenitus omnis creaturæ, *id eſt*, *genitus ante omnem creaturam: quia generatio Filii à Patre eſt æterna*. Iſidorus Peluſiota, lib. 3. epiſt. 31. pag. 268. ut eò facilius Arianorum declinaret impetum, exiſtimavit, non eſſe ſcribendum πρωτότοκος, προπαροξυτόνως, ſed πρωτοτόκος, παροξυτόνως, ut vox accipiatur activè, non paſſivè: Paulum enim non docere, πρῶτον τῆς κτίσεως αὐτὸν ἐκτίσθαι, ἀλλὰ πρῶτον τετοκέναι, τουτέστι, τετοικέναι τὴν κτίσιν, *eum primum ex omnibus rebus creatis conditum eſſe, ſed primò peperiſſe, hoc eſt feciſſe res creatas*. Atque hanc ſententiam ſuam per totam epiſtolam probare allaborat. At hiſce ſubtilitatibus minimè eſt opus, nec quisquam alius ex veteribus, quantum ſciam, eodem vel leviter inclinat. Quis verò dubitat, quin, qui ante creaturarum creationem dicitur genitus, hac ratione à creatione & creaturis diſtinguatur?

Nec tamen omnes ex veteribus veram illam, quam propoſuimus, retinent loci Apoſtolici expoſitionem. Athanaſius enim Orat. 3. contra Arianos, t. 1. pag. 432. quamvis alibi, ut vidimus, ad æternam Filii gene-

generationem hoc referat, id de assumta carne ex B. Virgine accipit. Verba ejus sunt, πρωτότοκος πάσης κτίσεως λέγεται, οὐχ ὡς ἐξισούμενος τοῖς κτίσμασι, καὶ πρῶτος αὐτῶν κατὰ χρόνον, πρωτότοκος λέγεται. πῶς γὰρ, ὅπουγε μονογενής ἐστιν αὐτὸς; ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὰ κτίσματα συγκατάβασιν τοῦ λόγου, καθ' ἣν καὶ πολλῶν γέγονεν ἀδελφός. Primogenitus omnis creaturæ *dicitur*, *non quasi creaturis æquiparetur, & ipse inter eas tempore primus sit, primogenitus dicitur: qui enim hoc, cùm ipse sit unigenitus? sed propter Verbi ad creaturas condescensionem, juxta quam etiam multorum factus est frater.* Respicit auctor ad locum, qui habetur ad Roman. 8: 29. ubi Christus dicitur *primogenitus inter multos fratres.* Hoc omnino loco respicitur ad naturam humanam, juxta quam vocetur πρωτότοκος. Theodoretus ad locum Apostoli: πρωτότοκος ὡς ἄνθρωπος ὀνομάζεται· μονογενὴς γάρ ἐστιν ὡς θεός· οὐκ ἔχει γὰρ ἀδελφοὺς ὡς θεός. ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἀδελφοὺς τοὺς πεπιστευκότας καλεῖ. Τούτων ἐστὶ πρωτότοκος. Primogenitus *nominatur, ut homo: ut Deus enim, unigenitus est. Neque enim fratres habet, ut Deus: sed ut homo appellat fratres eos, qui crediderunt. Horum primogenitus est.* At in altero loco, ubi πρωτότοκος πάσης κτίσεως appellatur, id non ad incarnationem, sed ad æternam referendum generationem.

Alii istud, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, referunt *ad regenerationem*, cujus Baptismus est Symbolum. Id facit Greg. Nyssenus Orat. 2. contra Eunomium, t. 2. pag. 453. Διὰ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς, inquit, αἷμα καὶ σάρκα, καθὼς φησιν ἡ γραφὴ, ὁ δι' ἡμᾶς γενόμενος καθ' ἡμᾶς, καὶ σαρκὸς καὶ αἵματος κοινωνήσας, μέλλων ἡμᾶς μεταποιεῖν ἐκ τοῦ φθαρτοῦ πρὸς τὸ ἄφθαρτον, διὰ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως, τῆς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, αὐτὸς τοῦ τοιούτου τόκου καθηγήσατο, διὰ τοῦ ἰδίου βαπτίσματος τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐπισπασάμενος· ὥστε πάντων τῶν πνευματικῶς ἀναγεννωμένων, πρωτότοκον αὐτὸν γενέσθαι, καὶ ἀδελφοὺς ὀνομάσαι τοὺς τῆς ὁμοίας αὐτοῦ διὰ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πνεύματος μετεσχηκότας γεννήσεως. *Propterea quòd nos nati sumus sanguis & caro, sicut dicit scriptura, qui propter nos secundum nos natus est, & carnis & sanguinis particeps factus est, nos ex corruptibili ad incorruptibile vendicaturus per supernam generationem, quæ est per aquam & Spiritum, ipse talis partus dux exstitit, per suum baptisma Sanctum Spiritum in aquam attrahens. Ita ut omnium, qui spiritualiter regenerantur, ipse sit* primogenitus, *fratresque nominet eos, qui similis cum ipso per aquam & spiritum generationis facti sunt participes.* Hanc ipsam expositionem etiam proponit de perfecta Christiani forma, t. 3. pag. 290, 291. Eodem respicit Basilius Cæsar. lib. 4. contra Eunomium, pag. 104. ubi, inter alia, dicit, *Christum vocari* πρωτότοκον πρὸς τοὺς διὰ

υἱο-

υἱοθεσίας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκ θεοῦ γεννωμένους, primogenitum *respectu eorum, qui per adoptionem Spiritus Sancti ex Deo nati sunt.* Et Chrysostomus Homil. in Incarnationem Domini, apud Photium in Biblioth. Cod. 277. pag. 1549. Ὅτι τοῦ θείου Παύλου εἰπόντος, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, οἱ αἱρετικοί, φησι, μὴ νοήσαντες, περὶ ποίας κτίσεως λέγει, εἰς κτίσμα τὸν Υἱὸν οἱ ἀνόητοι καταβιβάζουσι. Διττὴ δὲ ἡ κτίσις· ἡ μὲν γάρ ἐστιν, ἡ γεγενημένη· ἡ δὲ, ἡ ἀνακαινιζομένη. Αὐτὸς γὰρ πάλιν Παῦλος βοᾷ· Εἴτις ἐν χριστῷ καινὴ κτίσις· ἵνα δὲ λαμπρῶς ἐπιδείξῃ, ὅτι τῆς ἀνακαινισθείσης κτίσεως λέγει πρωτότοκον τὸν χριστὸν, ἐπάγει, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων· πρωτεύων τῶν ἀνακαινιζομένων, τῶν εἰς ἀφθαρσίαν καλουμένων, τῶν ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένων πρωτεύων δὲ κατὰ τὴν θεότητα· ἀλλὰ πρωτεύει κατάγει τὴν ἀνθρωπότητα, ἀρχηγὸς ἡμῶν γεγονὼς τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταστοιχειώσεως. *Cùm dicat B. Paulus,* Primogenitus omnis creaturæ, *hæretici, inquit, non intelligentes de qua creatura loquatur, ad creaturam insipientes Filium detrudunt. Est verò duplex creatura; una quidem facta, altera verò renovata. Paulus namque iterum clamat:* Si quæ in Christo nova creatura: *utque manifestè ostendat, se dicere, Christum esse primogenitum creaturæ renovatæ, addit,* primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus primus. *Primus renovatorum, ad immortalitatem vocatorum, ex mortuis resuscitatorum.* Primus *non secundum deitatem, sed secundum humanitatem, princeps factus resurrectionis nostræ, & mutationis ex corruptione ad incorruptibilitatem.* Pia quidem hæc expositio, sed cum Apostoli scopo non convenit. Filius namque Dei vocatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *quia ab eo omnia condita,* ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, inquit disertè Apostolus.

Frequenter etiam in ore habuerunt ista LXX. Interpretum Proverb. 8: 22. ubi *de Sapientia:* Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. *Dominus creavit me principium viarum suarum.* De Arianis Basilius Cæsar. lib. 2. contra Eunom. pag. 59. οἱ δὲ πρὸς τὴν τοῦ Σολομῶντος καταφεύγουσι λέξιν· κἀκεῖθεν, ὥσπερ ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς, τῆς πίστεως κατατρέχουσι. διὰ γὰρ τὸ ἐκ προσώπου τῆς σοφίας εἰρῆσθαι, τὸ, Κύριος ἔκτισέ με, ἐξεῖναι αὐτοῖς κτίσμα λέγειν τὸν Κύριον ὑπειλήφασιν. *Hi verò ad Solomonis dictionem confugiunt, ac inde, tanquam è loco insidiarum, in fidem invehuntur. Cum enim ex persona Sapientiæ dictum sit,* Dominus creavit me, *arbitrati sunt, sibi licere de Domino dicere, quòd sit creatura.* Verùm Orthodoxi variè præsentem locum hæreticis extorquere sunt conati: diverso tamen successu.

Alii enim illud κτίζειν *de æterna generatione* τοῦ Λόγου sunt interpretati. Ita Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, pag. 359. edit. Græco-Latinæ,

Latinæ, ubi ad hunc locum: Νοεῖτε, ὦ ἀκροαταὶ, εἴγε καὶ τὸν νοῦν προσέχετε, καὶ ὅτι γεγεννῆσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἁπλῶς τῶν κτισμάτων ὁ λόγος ἐδήλου, καὶ τὸ γεννώμενον τῷ γεννῶντος ἀριθμῷ ἕτερόν ἐςι, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειε. *Intelligitis, ò auditores, ſiquidem animum advertitis, Verbum declarare, tum à Patre editum eſſe germen hoc ante creaturas omnino univerſas, tum germen ipſum numero aliud eſſe à generante, id unuſquiſque confitebitur.* Eodem concedit Didymus in Catena Patrum Græcorum in Proverbia, & veterum alii.

Alii, & quidem longè plures, *de humana Chriſti natura* verbum κτίζειν accipiendum eſſe docuerunt. Ita Gregorius Nazianzenus orat. 2. de Filio, quæ eſt 36. pag. 578. ubi inter alia: Ἐπειδὰν ἐνταῦθα, καὶ τὸ ἔκτισε, καὶ τὸ γεννᾷ με σαφῶς εὑρίσκομεν, ἁπλοῦς ὁ λόγος. ὃ μὲν ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκωμεν, προσθῶμεν τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον, τῇ θεότητι λογισώμεθα. ἆρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ἔκτισεν εἴρηται, μετὰ τῆς αἰτίας. Ἔκτισε γάρ με, φησιν, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ. Ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσις, ὧν ἕνεκεν ἐχρίσθη θεότητι· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος· τὸ δὲ γεννᾷ με χωρὶς αἰτίας ἢ δεῖξόν τι τούτῳ προσκείμενον. τίς ἂν ἀντερεῖ λόγος, κτίσμα μὲν λέγεσθαι τὴν σοφίαν κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, γέννημα δὲ κατὰ τὴν πρώτην καὶ πλέον ἄληπτον; *Quoniam hic apertè, & creavit, & gignit me, reperimus, ſimpliciter hoc cenſeo, quod cum cauſſa conjunctum invenimus, id humanitati aſſignandum eſſe; quod autem ſimplex cauſſæque expers, divinitati adſcribendum. Age igitur, annon illud,* creavit, *annexam cauſſam habet?* Creavit enim me, *inquit*, principium viarum ſuarum ad opera ſua. *Opera autem ipſius veritas & judicium, quorum cauſſa divinitate unctus eſt. Hæc enim unctio humanitatis eſt. At illud,* gignit me, *ſine cauſſa dictum eſt. Alioqui oſtende, quidnam ipſi adjunctum ſit. Quis igitur inficias ibit, quin Sapientia, ſecundum inferiorem quidem generationem creata, ſecundum autem primam illam magiſque incomprehenſibilem, genita dicatur?* Ex his patet, Nazianzenum in LXX. Interpretum verſione utrumque verbum, & Ἔκτισεν, & γεννᾷ legiſſe, ſecus quàm hodie legimus. Athanaſius Dial. 1 pag. 19. ad illud, Ἔκτισέ με, hæc habet: τὸ μέλλον ἐπὶ τῆς σαρκώσεως γίνεσθαι, ὡς ἤδη γεγονὸς ἔλεγε. *Quod in incarnatione futurum erat, illud, quaſi jam factum eſſet, dicebat.* Et mox, pag. 21. τὸ, Κύριος ἔκτισέ με, περὶ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ εἴρηται. *Illud,* Dominus creavit me, *de incarnatione ejus dictum eſt.* Idem, in epiſt. ad Serapionem, t. 1. pag 172. Ἀκούοντας τὸ, ἔκτισεν, ἀκόλουθον ἂν εἴη μνημονεύειν, ὅτι θεὸς ὢν, ἐκτίσθη ἄνθρωπος· ἀνθρώπων γὰρ ἴδιον τὸ κτίζεσθαι. *Audientes illud,* creavit, *meminiſſe oportebat, quòd, cùm Deus*

 eſſet,

esset, *homo fuerit creatus: hominum enim proprium est creari.* In eandem sententiam scribit idem in expositione Fidei, t. 1. pag. 242. & Orat. 1. contra Arianos, tom. eod. pag. 299. Cyrillus Alexandr. in Thesauro suo, Assert. 15. sese in hujus loci explicatione mirificè torquet pag. 156. 157. tandem, pag 158. dicit: τὸ, ἔκτισέ με, ἀντὶ τοῦ, ἄνθρωπον ἐποίησε, νοητέον, καὶ μὴ κατὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ εἰρημένον ἐκδεχώμεθα. *Istud*, creavit me, *pro*, hominem fecit, *intelligendum: neque de ejus essentia dictum accipiamus.* Basilius lib. 4. contra Eunomium, pag. 105. Ληπτέον τὸ ἔκτισεν ἐπὶ τῇ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου λαβόντος. *Capiendum verbum* creavit *de eo, qui formam servi assumsit.* Chrysostomus homil. de SS. Trinitate, t. 6. edit. Paris. pag. 199. τὸ, ἔκτισέ με, τὸ μέλλον γενέσθαι, ὡς ἤδη γεγονὸς, προαναφωνεῖ. *Cùm dicit*, creavit me, *prædicit id, quod futurum erat, quasi jam fuisset factum.* Cæsarius quæst. 9. pag. 22. περὶ τοῦ Υἱοῦ μέν φημι κἀγὼ τὸ ῥῆμα, ὁ Κύριος ἔκτισέ με, οὐ μέντοι περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἐκ Μαρίας αὐτοῦ σαρκός. ἄκτιστος γὰρ θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. *De Filio quidem etiam ego dico accipienda esse ista*, Dominus creavit me, *non quidem de ejus deitate, sed de carne ejus ex Maria assumta: qui enim increatus est respectu deitatis, creatur respectu assumtæ carnis.*

Eusebius Pamphili *de rationali sapientia*, homini à Domino data, præsentem locum exponit. Verba ejus in Actis Synodi Nicænæ, lib. 2. cap. 18. pag 116. sunt: Οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ θεοῦ τό, Κύριος ἔκτισέ με, ἀλλ' ἡ τῆς λογικῆς σοφίας, τῆς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εὐτρεπισθείσης καὶ δοθείσης τῷ ἀνθρώπῳ, δι' ὃν ὁ κόσμος ἐγένετο. *Non de Filio Dei illud*, Dominus creavit me, *sed de rationali sapientia intelligendum, quam ipse Dominus præparavit & dedit homini, propter quem mundus creatus est.*

Alii tandem optimè observant, in Hebræo esse verbum קנה, quod Aquila rectè vertit ἐκτήσατο. Id monet Chrysostomus homil. de SS. Trinitate, t. 6. edit. Paris. pag. 199. Et Basilius Cæsar. lib. 2. contra Eunomium, pag. 59. Τέως γε μὴν μηδὲ ἐκεῖνο ἀπαρασήμαντον καταλίπωμεν, ὅτι ἄλλος τῶν ἑρμηνέων, οἱ καιριώτερον τῆς σημασίας τῶν Ἑβραϊκῶν καθικόμενοι, ἐκτήσατό με, ἀντὶ τοῦ, ἔκτισεν, ἐκδεδώκασιν. *Interea verò illud non omittamus, nonnullos interpretum, qui commodius Hebraicarum vocum significationes assecuti sunt*, possedit me, *pro*, creavit, *reddidisse.* Omnium verò luculentissimè locum explicat Epiphanius hæresi 69. quæ est Ariomanitarum, pag. 320. Verba ejus de Ariomanitis hæc sunt: Ἐπειδὴ εὗρον, ὅτι ὁ Κύριος ἔκτισέ με, ῥιψοκινδύνως ὥσπερ φανταζόμενοι ὀνειροπολοῦσι, τὰ μηδὲν χρήσιμα ἐπεισενέγκαντες τῷ βίῳ, καὶ ταράξαντες τὴν οἰκουμένην. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν ἔχουτας ἔχει,

ὅθεν

ὅθεν Ἀκύλας λέγει, Κύριος ἐκτήσατό με. ἀεὶ δὲ οἱ γεννῶντες παῖδας λέγουσιν, Ἐκτησάμην υἱόν. Ἀλλ' ὅτε Ἀκύλας τὴν δύναμιν ἡρμήνευσε. Καὶ γὰρ τὸ, ἐκτησάμην υἱόν, ὡς πρόσφατόν ἐστιν· ἐν θεῷ δὲ οὐδὲν ἔνι πρόσφατον. — Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει, Ἀδωναὶ, ὃ λέγεται Κύριος, κανανὶ, ὃ δύναται λέγεσθαι, καὶ ἐνόσσευσέ με καὶ ἐκτήσατό με. τὸ δὲ ἀκριβέστατον λέγεται, ἐνόσσευσέ με. Ποῖος δὲ νοσσὸς ἂν ἀπὸ Φύσεως τοῦ γεγεννηκότος γεννᾶται; *Quia invenerunt*, Dominus creavit me, *periculosè velut imaginantes somniant, ea, quæ ad nihil commoda sunt, vitæ inferentes, & orbem terrarum turbantes. At Hebraica lingua non sic habet: unde & Aquila dicit*, Dominus possedit me. *Semper autem hi, qui filios generant, dicunt*, Acquisivi filium. *Sed neque Aquila vim vocis interpretatus est. Nam*, acquisivi filium, *velut recens est, in Deo autem nihil est recens.* ——— *Cæterùm in Hebræo dicit*, Adonai, *quod est* Dominus: Canani, *quod potest dici, tum* instar pulli excluſit me, *tum* possedit me. *Verum accuratissimè dicitur*, instar pulli excluſit me; *Quis autem pullus non ex natura genitoris gignitur?* Imò verò illud קנני nihil aliud est, quàm *possidebat me*; ita ut sapientia, id est, Filius Dei, dicat: Eram apud Deum jam tum, cùm creatione rerum omnium impressurus esset vestigia majestatis suæ: quomodo enim קנה sit νοσσεύειν, non video. Malè igitur quidam, inter quos etiam Schindlerus in Lexico suo, pro ἔκτισε substituunt ἔκτησε, quod vix Græcum est, & à Complutensi, Romana, & optima quaque editione exsulat. Proinde à LXX. Interpretibus ad Hebræa provocandum: vel dicendum, κτίζειν hoc loco esse *generare*, quomodo *creandi* vocem etiam Latinos usurpâsse minimè ignotum. Ita Cicero lib. 1. de Republ. apud Non. in *Antiquus: Patriâ antiquior est parens, quàm is, qui, ut ajunt, creaverit.* Virgilius lib. 10. Æneid.

— — — — *Sulmone creatos*
Quattuor hic juvenes — — —

Hac ratione non abibit sententia ab Hebræo, quia *possidere*, sive *acquirere* per μετάληψιν antecedentis accipitur pro *gignere* aut *parere*: ut in Evæ sermone Genes. 4: 1. Fortasse etiam vox eadem in Hebræo cap. 1: 4. προτέρα πάντων ἔκτισαι σοφία, & cap. 24: 10. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με, Ecclesiastici, utrobique de Sapientia. Hebraicè enim ab avo sententias istas primitus esse scriptas, à nepote verò Græcè versas, ex interprete ipso Siracide discimus. Consule Sixt. Amamæ Antibarb. Biblici lib. 3. pag. 901. Conferri etiam possunt Notæ Drusii ad Siracidæ cap. 1. v. 8. & Cornel. à Lapide, Comment. in Proverb. 8: 22. Pergimus ad aliud Caput.

CAPUT IX.

De divinitate Filii Dei.

Θεὸν ἐκ θεοῦ, Φῶς ἐκ Φωτός· θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ.

DUplici ratione Patres Nicæni Deitatem Filii probant; nempe, quia sit θεὸς ἀληθινὸς, & quia θεὸς ἐκ θεοῦ, & Φῶς ἐκ Φωτός. Meritò autem sancti illi Patres usque adeò solicitè Filii Deitatem contra varias hæreticorum strophas asserunt: nam Greg. Nyssenus Orat. 4. contra Eunomium, t. 2. pag. 547. confessionem de Deitate Filii vocat κεφάλαιον τῆς ἐλπίδος, *caput spei*. Cùm igitur hoc sit caput spei nostræ, ea, quæ à Patribus Nicænis afferuntur, distinctè considerabimus, & tum ex scriptura, tum ex antiquitate, tum etiam invictis rationibus probabimus.

1. Prima Patrum assertio est, *Filium esse* θεὸν ἀληθινὸν, *Deum verum*. Cùm Satan veritati cœlesti bellum omni tempore ἄσπονδον & implacabile indixerit, atque ad eam non tantùm obscurandam, sed etiam penitus tollendam infinitam pene hostium copiam, ex ipso orco productam, excitarit, nullum tamen fidei caput, quàm istud de Divinitate Christi, ardentiùs optavit exstinctum. Primo statim seculo fuerunt *Ebionitæ* & *Cerinthiani*, de quibus loqui videtur Ignatius, quando dicit, suo jam tempore fuisse, qui statuerint, *Filium esse* ψιλὸν ἄνθρωπον, *nudum hominem*. Contra hos Johannes suum scripsit Evangelium, ut referunt Epiphanius hæresi 51. & Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis *in Johanne*. Et quia non recipiebant λόγον, quem Johannes prædicavit, dicti sunt ab Epiphanio ἄλογοι, de quibus hæresi 51. pag. 184. Φάσκουσι τοίνυν οἱ ἄλογοι, ταύτην γὰρ αὐτοῖς τίθημι τὴν ἐπωνυμίαν. — Εἶχον γὰρ τὴν αἵρεσιν οὕτω καλουμένην, ἀποβάλλουσαν Ἰωάννου τὰς βίβλους. Ἐπεὶ οὖν τὸν λόγον οὐ δέχονται τὸν παρὰ Ἰωάννου κεκηρυγμένον, Ἄλογοι κληθήσονται. *Dicunt igitur* Alogi; *hoc enim ipsis nomen impono*; — *Habebant enim hæresin sic vocatam, quæ Johannis libros rejicit. Cùm igitur Verbum à Johanne prædicatum non recipiant*, Alogi *vocabuntur*. De iisdem Augustinus hæresi 30. Alogiani *propterea sic vocantur, tanquam sine Verbo*; λόγος *enim Græcè Verbum dicitur*; *quia Deum Verbum recipere noluerunt, Johannis Evangelium respuentes, cujus*

nec

nec Apocalypſin accipiunt. Hanc hæreſin ſecundo ſeculo renovavit *Theodotus* quidam Cariarius, qui propterea à Victore 1. Romano Epiſcopo excommunicatus eſt, quia itidem aſſeruit, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν χριςὸν, *Chriſtum nudum eſſe hominem.* Id refert Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. ult. pag. 56. b. & Nicephoro lib. 4. cap. 21. pag. 316. Theodoreto item hæret. fab. lib. 2. cap. 5. pag. 220. Theodotum ſecutus eſt *Artemon*, tempore Zepherini Papæ, qui Victori ſucceſſit ſub initium tertii ſeculi. De eo Theodoretus Dial. 2. pag. 52. Ἄνθρωτον μόνον κηρύττει τὸν χριςὸν, τὴν δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχουσαν ἀρνεῖται θεότητα. *Hominem duntaxat Chriſtum eſſe prædicat, æternam verò deitatem ejus negat.* Et hæret. fab. lib 2. cap. 4. pag. 220. τὸν Κύριον Ἰησοῦν χριςὸν ἄνθρωπον εἶπε ψιλὸν, ἐκ παρθένου γεγεννημένον, τῶν δὲ προφητῶν ἀρετῇ κρείττονα. *Dominum Jeſum Chriſtum nudum hominum eſſe dixit, natum ex Virgine, Prophetis verò virtute præſtantiorem.* Contra hunc Artemonem liber editus, & à Catholicis approbatus ac receptus eſt, in quo pro Chriſti deitate citabantur ſcriptores Victore antiquiores, ut Juſtinus, Miltiades, Tatianus, Clemens, & Victoris σύγχρονος Irenæus; ut legimus apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. ult. pag. 56. b. Poſtea vergente eodem ſeculo tertio, interlapſis annis plus minùs ſexaginta, *Paulus Samoſatenus*, Antiochiæ epiſcopus (à quo dicti ſunt Παυλιανοὶ apud Suidam in voce Μάνης, & Παυλιανίσαντες Can 19. Synodi Nicænæ, & *Samoſateniani* apud Auguſtinum lib. de hæreſibus cap. 44. & Σαμοσατῖται apud Epiphanium hæreſi 65.) eandem hæreſin amplexus eſt, & nefariè aſſeruit, Chriſtum eſſe merum purumque hominem, & eo tantùm tempore cœpiſſe, quo in utero B. Virginis conceptus eſt, ideo vocatur ab Epiphanio θεοκτόνος, κυριοκτόνος, quia Chriſti Divinitatem negabat: item δεύτερος Ιουδαῖος, quia Trinitatem impio dogmate ſuo tollebat, ac proinde in nomine Trinitatis non baptizabat, nec Baptiſmi formulam retinebat, ideo ad Catholicam Eccleſiam accedentes, tanquam Chriſti Baptiſmo non tinctos, Synodus Nicæna, Canone memorato, cenſet baptizandos. Damnatum hoc impietatis monſtrum à Concilio Antiocheno, anno 272. celebrato, ut patet ex epiſtola Synodica apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 30. in qua Paulus iſte dicitur negare τὸν θεὸν αὐτοῦ καὶ Κύριον, *Deum ſuum & Dominum.* Chryſoſtomus homil. 56. t. 5. pag. 378. de Samoſatenianis: Οἱ ἀπὸ παύλου τῦ Σαμοσατέως τὴν ἀϊδιον ὑπαρξιν ἀναιροῦσι τῦ μονογενῦς. *Pauli Samoſateni aſſeclæ æternam Unigeniti exſiſtentiam tollunt.* Epiphanius de Paulo Samoſateno hæreſi 65. pag. 262. θεὸν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἕνα εἶναι

θεὸν ἔλεγεν· ἐν θεῷ δὲ ἀεὶ ὄντα τὸν αὐτῷ λόγον, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὥσπερ ἐν ἀνθρώπου καρδίᾳ ὁ ἴδιος λόγος. *Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unum esse Deum dicebat: in Deo autem semper esse ipsius Verbum, & Spiritum ipsius, quemadmodum in corde hominis est proprium verbum.* Clarius ejus proponit hæresin Leontius de sectis, Act. 3. pag. 436. Τιὸν ἔλεγεν ἄνθρωπον ψιλόν. *Filium dixit esse nudum hominem.* Deinceps exortus est *Arius*, de cujus hæresi actum est capite præcedenti sub num. 11. illius erroris obtruncato portento, quod Ecclesiam Christi diu vexavit, infausto sidere & ad perniciem generis humani natus est impostor ille & agyrta *Muhamet* anno Christi 570. qui Christum quidem magnum fuisse Prophetam agnovit, sed naturâ ac essentiâ meram nudamque creaturam. Tandem, Satana nunquam non in Ecclesiæ perniciem intento, *Michaël Servetus* Hispanus, monstrum ex omnibus, quantumvis rancidis & obsoletis, hæresibus conflatum atque consutum, infandos profanosque errores, ex pigris fœdisque Arianorum, Samosatenianorum, aliorumque hæreticorum lacunis haustos & recoctos, postliminiò revocavit, divinitatem Filii, & Spiritus Sancti hypostasin est inficiatus, πανυγίαν personarum Trinitatem, horresco referens, *Cerberum tricipitem* appellavit. Vix sopiti erant cineres infelicis istius ignis, excitatum est aliud sævum, quod in Ecclesiam sese effudit incendium: prodiit enim ex abysso infaustus ille *Faustus Socinus*, qui Arianorum & Samosatenianorum errores interpolatos & novo quodam fuco oblitos, Ecclesiæ Dei propinare non est veritus, Christum enim non esse Deum palàm ausus est affirmare. Hisce erroribus omnibus valere jussis, & in orcum, unde prodierunt, amandatis, *Christum esse* θεὸν ἀληθινὸν, *verum Deum*, cum Patribus Nicænis toto agnoscimus animo, & sequentibus argumentis probamus.

1. Classis argumentorum ea continet scripturæ loca, in quibus Christus διαῤῥήδην vocatur *Deus*: sic, ut nomen *Deus* non tantum *prædicati*, sed etiam *subjecti* locum obtineat. *Prædicati* locum obtinet Joh. 1: 1. θεὸς ἦν ὁ λόγος. En *Verbum* dicitur esse *Deus*. Ammonius in Catena ad hunc locum observat, λόγον non tantùm esse ἐνυπόστατον λόγον, ἀλλὰ καὶ θεόν. Sic ad Rom. 9: 5. Ὁ χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητός. *Christus, qui est supra omnes Deus laudandus.* Ἐντεῦθεν δὲ καταισχύνεται Ἄρειος, ἅτε τοῦ Παύλου τὸν χριστὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ἀνακηρύττοντος. *Hinc verò Arius confunditur, Paulo nempe* Christum *super omnes* Deum *proclamante;* meritò cum Theophylacto ad hunc locum dicimus. Et 1 Joh. 5: 20. expressè vocatur ἀληθινὸς θεὸς,

θεὸς, *verus Deus*: adeò ut inane ſit πρησΦύγετον, quando hæretici ex illo Joh. 17:3. Αὕτη δέ ἐςιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν elicere conantur, Filium non eſſe verum Deum. Hæc enim non excludunt Filium, aut Spiritum ſanctum, ſed falſo dictos Deos, omnia commentitia aliarum gentium numina. Vide quæ ad hanc rem adduximus cap. 6. ſub. num. 1. 5. quibus alia inſuper hîc addimus. Severianus Orat. 3. in Creationem: οὐ πρὸς ἀντιπαράθεσιν αὐτοῦ ταῦτα ἔλεγεν, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαςολὴν τῶν ψευδωνύμων. *Non ut ſe ipſum Patri opponat, hæc dicebat*, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, *ſed ad differentiam falſò dictorum deorum.* Theodoretus in 1 Theſſal. 1. ad v. 9. pag. 367. Διαῤῥήδην ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος ἀπόςολος, πῶς προσήκει νοεῖν τὸ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν. οὐ γὰρ τῷ Υἱῷ συγκρίνων, ἀλλὰ τοῖς μὴ οὖσι θεοῖς τὸν ὄντα θεὸν, ζῶντα καὶ ἀληθινὸν, αὐτὸν προσηγόρευσε. Καὶ ζῶντα μὲν αὐτὸν ἀνόμασεν, ὡς ἐκείνων μὴ ζώντων. ἀληθινὸν δὲ, ὡς ἐκείνων ψευδῶς θεῶν καλουμένων. *Apertè nos docuit divinus Apoſtolus, quomodo ſit intelligendum illud*, ut cognoſcant te ſolum verum Deum. *Non enim cum Filio comparans, ſed cum iis, qui dii non ſunt, eum, qui eſt*, vivum *illum*, & verum *appellavit. Et* vivum *quidem eum nominavit, quòd illi non vivant:* verum *autem, quòd illi falſò dii vocentur.* Eodem modo hunc locum pluribus exponit Chryſoſtomus homil. 80. in Johannem, pag. 891. ubi inter alia: Μόνον ἀληθινὸν θεὸν πρὸς ἀντιδιαςολὴν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν Φησι. Solum verum Deum *ad differentiam eorum, qui non ſunt dii, dicit.* Et Gregorius Nazianzenus Orat. 36. pag. 586. Εἰ τὸ, μόνον ἀληθινὸν θεὸν, ἐπὶ τοῦ πατρὸς θήσεις, ποῦ θήσεις τὴν αὐτοαλήθειαν; *ſi hæc verba*, ſolum verum Deum, *Patri duntaxat tribueris, ubi tandem veritatem ipſum collocabis?* Et mox: οἶμαι τὸ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, ἐπὶ ἀναιρέσει λέγεσθαι τῶν μὴ ὄντων μὲν θεῶν, λεγομένων δὲ. εἰ γὰρ ἂν προσέκειτο, καὶ ὃν ἀπέςειλας Ἰησοῦν χριςὸν, εἰ πρὸς ἐκεῖνον ἀντιδιῄρητο τὸ, μόνον ἀληθινὸν, ἀλλὰ μὴ κατὰ κοινῶ τῆς θεότητος ἦν ὁ λόγος. *Hæc verba*, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, *ad eorum, qui, quanquam falſò, dii tamen appellantur, ſublationem dici exiſtimo. Neque enim adjectum fuiſſet*, Et quem miſiſti Jeſum Chriſtum, *ſi ad eum oppoſita diſtinctione ſubmovendum, illa*, ſolum verum, *pertinerent, ac non de communi utriuſque divinitate ſermo eſſet.* Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, hoc dicit, inquit Epiphanius hæreſi 62. pag. 225. οὐχ ὅτι μὴ ἔςιν ὁ υἱὸς ἀληθινὸς θεὸς, ἀλλ' ἵνα εἰς μίαν ἑνότητα ἀγάγῃ τὴν τριάδος ὀνομασίαν, καὶ ἐκκλείσῃ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πολυθεΐας εἰς μίαν θεότητα, *non quòd Filius verus Deus non ſit, ſed ut Trinitatis nomen ad unam ducat unitatem, atque avertat hominum animos à deorum multi-*

multitudine ad unam deitatem. Vide eundem hæreſi 69. pag. 323. ſic etiam exponunt Theophylactus in cap. 17. Johannis, pag. 796, 797. Cæſarius quæſt. 4. pag. 18. Baſilius Cæſar lib. 4. contra Eunomium, pag. 106. Ambroſius lib. 5. de Fide, cap. 1. Auguſtinus lib. 6. de Trinitate, cap. 9. Hactenus habuimus loca, ubi vox θεὸς *prædicati* locum occupat: ſubjicimus duo teſtimonia, in quibus θεὸς de Chriſto *ſubjecti* locum obtinet. Prius legitur 1 Timoth. 3: 16. θεὸς ἐΦανερώθη ἐν σαρκί. Theophylactus ad hunc locum: θεὸς ἐΦανερώθη; πῶς; ἐν σαρκί. τῇ γὰρ θεότητι ἀόρατος. *Deus manifeſtatus eſt: quomodo? In carne. ſecundum divinitatem enim inviſibilis eſt.* Convenit locus cum illo Joh. 1: 14. Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Φανεροῦσθαι ἐν σαρκὶ, eſt quod 2 Joh. v. 7. ἐν σαρκὶ ἐρχεσθαι. & Rom. 8: 3. ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς πέμπεσθαι. Clemens Alex. Pædag. lib. 1. cap. 5. pag. 90. Καὶ ποῦ ἄρα ἦν ἡ θυρὶς, δι' ἧς ὁ Κύριος ἐδείκνυτο; ἡ σὰρξ, δι' ἧς πεΦανέρωται. *Ubi erat autem feneſtra, per quam oſtendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifeſtatus.* Hippolytus lib. de Antichriſto: ὬΦθη — διὰ σαρκός. *Viſus eſt per carnem.* Ignatius ad Epheſios: θεῦ ἀνθρωπίνως πεΦανερωμένου. *Deo in humana carne manifeſtato.* Fulgentius contra faſtidioſi ſermonem: *Accepit carnem, ut poſſet corporeis oculis videri, — & per illam Divinitatis quoque ſuæ notitiam miſericorditer infunderet.* Sed de Incarnatione cap. 11. Poſterius habetur Act. 20: 28. ubi Paulus Epheſinos Epiſcopos monet, *ut paſcant Eccleſiam Dei,* ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, *quam proprio ſanguine acquiſiverit.* His verbis continetur illuſtris ſententia de Chriſti deitate, quæ oſtendit, rectè in perſona hujus, propter unionem duarum naturarum, tribui in concreto uni proprietatem alterius: id quod pia antiquitas, mentione communicationis proprietatum, religiosè explicat. Vel unum attuliſſe teſtimonium ſufficiet. Greg. Nazianzenus, Orat. 31. pag. 497. ὃ ἦν ἐκένωσε, καὶ ὃ μὴ ἦν προσέλαβεν· οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀνασχόμενος. Θεὸς γὰρ ἀμΦότερα, τό, τε προσλαβὸν, καὶ τὸ προσληΦθέν· δύο Φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ υἱοὶ δύο. μὴ συγκαταψευδέσθω ἡ σύγκρασις. *Id, quod erat, exinanivit: id, quod non erat, aſſumſit: non duplex factus, ſed unum ex duplici natura fieri ſuſtinens. Ambo enim Deus, nimirum quod aſſumſit, & quod aſſumtum eſt: duæ naturæ in unum concurrentes, non duo filii. Ne quis hanc connexionem mendaci oratione premere contendat.* Theophylactus adhuc magis perſpicuè rem præponit in cap. 3. Joh. pag. 595. Ἐπεὶ μία ἡ ὑπόςασις, ἤγουν ἓν πρόσωπον ἦν ὁ χριςὸς ἐκ δύο Φύσεων σύνθετος, τὰ τοῦ ἀνθρώπου ὀνόματα λέγονται ἐπὶ τοῦ λόγου, καὶ πάλιν τὰ τοῦ λόγου τῷ ἀνθρώπῳ προστίθενται. *Quia una hypoſtaſis, hoc*

hoc eſt, una perſona Chriſtus, ex duabus naturis conſtituta eſt, ideo omnia quæ ſunt hominis, dicuntur de Verbo; & iterum ea quæ ſunt Verbi, attribuuntur homini. Hinc veteres dixerunt, in Chriſto eſſe ἄλλο καὶ ἄλλο, non verò ἄλλον καὶ ἄλλον, quia ἄλλο de natura, ἄλλος de hypoſtaſi uſurpatur. Iterum Greg. Nazianzenus Orat. 51. pag. 739. Ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτήρ· εἴπερ μὴ ταυτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. Aliud *quidem atque* aliud *ſunt ea, ex quibus Salvator; quandoquidem id, quod cerni non poteſt, non eſt idem cum eo, quod ſub aſpectum cadit, & quod temporis expers, cum eo, quod tempori ſubeſt; non tamen* alius *atque* alius: *abſit.* Ambroſius de Fide ad Gratianum Auguſtum, lib. 2. cap. 4. explicans locum 1 Corinth. 2:8. ſcribit: Dominus majeſtatis *dicitur crucifixus, quia conſors utriuſque naturæ, id eſt, humanæ atque divinæ, in natura hominis ſubiit paſſionem, ut indiſcretè &* Dominus majeſtatis *dicatur eſſe, qui paſſus eſt, &* filius hominis, *ſicut ſcriptum eſt,* qui deſcendit de cœlo, *&c.* Ad eundem Apoſtoli locum Greg. Nyſſenus Orat. 6. contra Eunomium, t. 2. pag. 596. ἡ τοῦ θανάτου πεῖρα ἐπὶ τὸν κεκοινωνηκότα τῆς ἐμπαθοῦς Φύσεως ἀναφέρεται διὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν· καὶ τὰ ὑψηλά τε καὶ θεοπρεπῆ τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον καταβαίνει. ὡς καὶ Κύριον τῆς δόξης τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ φανέντα κατονομάζεσθαι, τῇ τῆς Φύσεως αὐτοῦ πρὸς τὸ ταπεινὸν ἀνακράσει, καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων χάριτος ἐκ τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον συμμετελθούσης. *Mortis experimentum ad eum, qui particeps factus eſt naturæ patibilis, refertur, propter hominis ſecum unionem: atque illa excelſa & Deo convenientia nomina in hominem deſcendunt: ita ut* Dominus gloriæ *is, qui in cruce viſus eſt, nominetur, propter temperationem naturæ ipſius cum eo, quod eſt humile, & quòd gratia nominum ex divino ad humanum ſimul tranſeat.*

2. Claſſis argumentorum ea continet Scripturæ loca, quæ in veteri Teſtamento de vero Deo enunciantur, in novo autem Chriſto applicantur. Talia loca ſunt,

a. Numerorum 21:5,6. *Jehova*, verus Deus, *dicitur tentatus ab Iſraëlitis in deſerto:* hinc idem Jehova in eos ignitos immiſit ſerpentes. At hoc ipſum de Chriſto dicitur 1 Corinth. 10: 9. *Ne tentemus Chriſtum, ſicut quidam tentârunt ipſum, & à ſerpentibus perierunt.* Tentârunt enim veteres eundem, quem nos, alioqui non æquè peccaremus ac ipſi, imò ne peccaremus quidem, cùm non creaturam, ſed Deum creatorem tentare ſit vetitum, Deuter. 6: 16. nec ſimilis nobis metuenda pœna. Certè ſi alius ab illis, quàm à nobis fuiſſet tentatus, ſine dubio Apoſtolus id

minimè reticuiſſet, nec tentatio creaturæ tentationi Creatoris æquaretur.

β. Malach. 3: 1. *Ecce mittam Angelum meum, qui paret viam ante me, inquit Jehova.* Hunc autem *Angelum* Chriſtus interpretatur fuiſſe *Johannem Baptiſtam*, antecurſorem ſuum, Matth. 11: 10. Marci 1: 2. Lucæ 7: 27. Ex quibus luce meridiana clarius fit, *Chriſtum eſſe verum Deum*, quia vocatur *Jehova*, qui miſſurus erat Angelum ſuum, nempe Johannem. Id agnoſcit Theodoretus in cap. 2. Malachiæ, pag. 940. quando dicit de Deo: προθεσπίζει τὴν προτέραν τοῦ δεσπότου χριστοῦ παρουσίαν, καὶ δείκνυσι τὸν μέγαν Ιωάννην τὸν βαπτιστὴν τῆς ἐπιφανείας ἐκείνης ἡγούμενον. *Prædicit priorem Domini Chriſti adventum, & oſtendit magnum Johannem Baptiſtam illius adventus præcurſorem.* Hinc Johannes vocatur â Clemente Alexandr. in Protreptico pag. 7. ἡ Φωνὴ πρόδρομος τοῦ λόγου. *Vox Verbum præcurrens.* ὁ τοῦ λόγου πρόδρομος. Verbi præcurſor, à Nyſſeno Orat. in diem natalem Chriſti, t. 3. pag. 345. A Greg. Nazianzeno Orat. 20. pag. 369. λύχνος φωτὸς, *lucerna lucis*, nempe Chriſti: & Orat. 21. pag. 375. ὁ πρὸ τῆ φωτὸς λύχνος, *lucerna ante lucem.* A` Cyrillo Alex. lib. 10. de Adoratione, pag. 345. λύχνος χριστοῦ προβαδίζων, *lucerna Chriſtum præcedens.* *Angelus* cur appelletur, etiam exponunt veteres. Theophylactus in cap. 7. Lucæ, pag. 352. Ἄγγελος ὁ Ιωάννης, τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ σχεδὸν ἄϋλον τοῦ βίε καὶ ἀγγελικόν· τάχα δὲ καὶ διὰ τὸ ἀγγεῖλαι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν. Angelus Johannes *vocatur, fortaſſe quòd Angelicam vitam, & non carnalem, ſed ſpiritualem vixerit: fortè etiam, quòd adventum Salvatoris annunciarit.* Idem in cap. 1. Marci, pag. 190. Ἄγγελος ὁ πρόδρομος διά τε τὸ ἀγγελικὴν καὶ σχεδὸν ἄϋλον ἔχειν ζωὴν, καὶ τὸ ἀγγέλλειν καὶ μηνύειν τὸν χριστὸν ἐρχόμενον. Angelus *eſt præcurſor, eò quòd angelicam & ſpiritualem vixerit vitam, annunciaritque & oſtenderit Chriſtum venientem. Imo verò*, ut ex Malachia patet, ea tantùm ratio vera, quæ dicit, eum propterea vocari Angelum, quòd Meſſiæ annunciârit adventum.

γ. Jeſajæ 8: 14. & 15 *Jehova exercituum* futurus dicitur *in lapidem allisionis, & in rupem offenſionis*, &c. Hoc ipſum autem de Chriſto exponitur Lucæ 2: 34. Confer Rom. 9: 33. & 1 Petri 2: 6. Chriſtus eſt λίθος προσκόμματος non *cauſaliter*, ac ſi ipſe eſſet cauſſa offenſionis & lapſus per ſe: cùm per ſe ſit *lapis angularis* erectus in Sion εἰς ἀνάστασιν omnium eorum, qui in cœno peccatorum demerſi jacent, Lucæ 2: 34. ſed *occaſionaliter*, quia impii inde ſumunt occaſionem ſcandali & ſubſequentis lapſus. *Eventualiter*, quia per accidens ita ſolet evenire, ut offendantur impii in illo, qui propter

pter eorum ſalutem & reſurrectionem venit. Atque ita veteres hoc exponunt. Theodoretus in cap. 9. ad Romanos, pag. 81. προσπταίειν εἰώθασιν οἱ ἑτέρως τὴν διάνοιαν ἔχοντες, καὶ τὴν ὁδὸν προσκοπεῖν οὐκ ἐθέλοντες· τοῦτο πεπόνθασιν Ἰουδαῖοι. περὶ γὰρ δὴ τὰ περιττὰ τοῦ νόμου κεχηνότες, τὸν ὑπὸ τῶν προφητῶν προαγορευθέντα λίθον ἰδεῖν οὐκ ἠθέλησαν· καί τοι σαφῶς ἐκείνων προθεσπισάντων, ὡς ὁ τούτῳ πιστεύων μεγίστων τεύξεται ἀγαθῶν. *Solent offendere, qui mentem aliò convertunt, & viam proſpicere nolunt. Hoc Judæis accidit. Ad ea enim, quæ ſupervacanea ſunt Legis inhiantes, lapidem à Prophetis prædictum videre noluerunt: licèt illi apertè prædixerint, quòd, qui ei credit, maxima bona ſit conſecuturus.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 100. Λίθος προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου, ἀπὸ τοῦ τέλους καὶ τῆς ἐκβάσεως τῶν ἀπιστησάντων ὠνόμασαι ὁ χριστός· αὐτὸς γὰρ καθ' ἑαυτὸν θεμέλιος καὶ ἑδραίωμα ἐτέθη. Lapis offenſionis & petra ſcandali, *à fine & eventu eorum, qui non crediderunt, Chriſtus nominatus eſt: ipſe enim per ſe fundamentum baſiſque poſitus eſt.* Chryſoſtomus homil. 16. in epiſt. ad Romanos, pag. 146. Προσκόμματος λίθον καὶ πέτραν σκανδάλου φησὶν ἀπὸ τῆς γνώμης καὶ τοῦ τέλους τῶν μὴ πιστευσάντων. Offenſionis lapidem & petram ſcandali *vocat à ſententia & eventu eorum, qui non crediderunt.* Videatur etiam Nazianzenus Orat. 17. pag. 270.

δ. Pſal. 97:7. de vero Deo Iſraëlis dicitur, *Incurvanto ſe ei omnes Angeli.* Pſal. 102:26. *Tu Domine, initiò terram fundâſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem permanes.* Hæc verò omnia de Chriſto totidem pene ſyllabis enunciantur ad Hebr. 1:6. & 10. Ex hiſce autem locis non ſimpliciter ab adoratione, aut rerum omnium creatione (de quo firmiſſimo argumento in ſequentibus) argumentamur; ſed, quia Chriſtus is eſt, qui ex ſententia Davidis eſt adorandus, cœlumque ac terram creavit, nempe *Jehova exercituum, & Deus Iſraëlis.* Hoc argumentum etiam obſervat Theodoretus in Pſal. 97. pag. 787. Προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ. Καὶ ταύτην ὁ μακάριος Παῦλος τὴν προφητείαν τῷ Σωτῆρι προσήρμοσεν. Adorate eum omnes Angeli ejus. *Et hanc prophetiam beatus Paulus Salvatori accommodavit*, nempe ad Hebr. 1:6. Idem in Pſal. 102. ad v 26. pag. 802 Ταῦτα μέντοι ὁ θεῖος ἀπόστολος τῇ τοῦ Υἱοῦ περιτέθεικεν ἰδιότητι ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ· ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ Υἱῷ θεωροῦμεν τὸν πατέρα. ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὡσαύτως ποιεῖ· καὶ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἐν ἑκατέρῳ γνωρίζεται· μίαν γὰρ ἴσμεν τὴν τῆς Τριάδος ἐνέργειαν. *Hæc quidem divinus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos* (cap. 1. v. 10.) *Filii attribuit proprietati. Verumtamen in Filio Patrem contemplamur.* Quæ *enim*

ille facit, hæc & Filius eodem modo facit, *& eadem natura in utroque cognoſcitur: unam enim operationem Trinitatis ſcimus.*

3. Claſſis argumentatur *ab attributis*, quæ cum ſint προσόντα τῇ Φύσει τοῦ θεοῦ, ἢ συνουσιωμένα αὐτῷ, Chriſto tamen attributa leguntur. Hujuſmodi autem attributa tria maximè à nobis proponuntur.

a. *Æternitas.* Hoc attributum ita Deo proprium eſt, ἀκοινωνήτως, ut, quicunque eſt æternus, expers finis & principii, neceſſariò etiam ſit Deus. Hinc Nazianzenus Orat. 38. pag. 616. dicit Deum eſſe ἄπειρον κατὰ ἀρχήν, & vocari ἄναρχον. Eſſe ἄπειρον κατὰ τέλος, & vocari ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. Eſſe ἄπειρον κατὰ ἀρχὴν καὶ κατὰ τέλος, & vocari αἰώνιον. Pachymeres in cap. 1. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominib. pag. 410. Οἱ θεολόγοι τὸν τῶν αἰώνων ποιητὴν, αἰώνιόν Φασιν· αἰώνιον δέ ἐςι, τὸ τοῦ αἰῶνος μετέχον. Corderius Jeſuita vertit: *Theologi conditorem ſeculorum, ſecularem vocant: ſeculare autem eſt, quod ſeculi eſt particeps.* Quis unquam ſanus Theologus ita de Deo locutus? Tu reddes: *Theologi creatorem mundi, æternum vocant: æternum autem illud eſt, quod æternitatis eſt particeps.* Chriſtum autem eſſe æternum κατὰ τὴν ἀρχὴν, & ſi reſpiciamus εἰς τὰ ἄνω, demonſtramus ex Joh. 1: 1. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, &c. Chriſtus enim ſi ſit ἀγένητος, *non factus*, ἄκτιςος, *non creatus*, eſt ab æterno: eſt autem ἀγένητος καὶ ἄκτιςος, quia quod eſt factum, vel in illo principio factum eſt, in quo nullum erat tempus, nullaque res creata, vel poſt illud principium. At Chriſtus non eſt factus in illo principio, nec poſt illud, quoniam erat in illo principio: quod autem eſt, & factum non eſt, eſt ab æterno. Atque ita veteres intellexerunt. Baſilius lib. 2. contra Eunomium, pag. 51. & ſeqq. verba Evangeliſtæ ſolidè exponit, & Filii æternitatem ab hæreticorum cavillis liberat: Præcipua excerpimus. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. — οὔτε ἀρχῆς ἐςί τι ἐπινοῆσαι πρεσβύτερον· ὅτε γὰρ ἂν εἴη ἔτι ἀρχὴ, εἴτερ ἔχοι τι ἑαυτῆς ἐξώτερον. In principio erat Verbum. — *Neque enim principio aliquid antiquius excogitari poteſt: non eſſet enim principium, ſi quid ante ſe haberet ſuperius.* Mox: Ἀνεπινόητον τῆς ἀρχῆς τὸ πρεσβύτερον· ἀχώριςον δὲ ταύτης τοῦ θεοῦ λόγου τὸ εἶναι. *Nihil excogitari poteſt principio antiquius, & eſſe Dei Verbi inſeparabile eſt à principio.* Theodoretus in epitome div. Decret. cap. 2. pag. 255. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· τοῦτο δὲ τοῦ ἀϊδίως δηλωτικόν. ὁ γὰρ ἐν ἀρχῇ ὢν, ἀεὶ ἦν δηλονότι· οὐ γὰρ εἶπεν, ἐν ἀρχῇ ἐγένετο, ἢ ἐν ἀρχῇ ἐκτίσθη, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν. In principio erat Verbum. *hæc verò æternitatem ſignificat. Qui enim in principio erat, ſemper omnino erat. Non enim dixit*, In principio factum eſt, *aut*, In principio crea-

creatum eſt, *ſed*, In principio erat. Theophylactus in cap. 1. Johannis, pag. 555. Δείκνυσι τὸ ἀΐδιον τοῦ μονογενοῦς ἐν τῷ λέγειν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, τουτέσιν, ἀπ' ἀρχῆς ἦν. τὸ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ὄν, ὃ μὴ εὑρεθῇ πάντως χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν. Καὶ πόθεν, φησὶ, δῆλον, ὅτι τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν, ταυτὸν σημαίνει τῷ ἀπ' ἀρχῆς; πόθεν; καὶ ἀπ' αὐτῆς μὲν τῆς κοινῆς ὑπολήψεως, μάλιστα δὲ ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ· φησὶ γὰρ ἐν μιᾷ τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν, ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἑωράκαμεν. *Oſtendit unigenæ æternitatem, dicendo*, In principio erat Verbum, *hoc eſt, à Principio erat. Quod enim à principio eſt, ejus omnino nullum tempus inventum, quando non erat. Et, unde dixerit quis, manifeſtum, quòd*, In principio erat, *idem ſit atque à* principio. *Unde? Ex ipſa quidem communi conceptione, maximè autem ex hoc ipſo Evangeliſta. In una enim ſuarum epiſtolarum inquit.* Quod erat ab initio, quod vidimus. Theodorus Mopsveſtenus in Catena in cap. 1. Joh. pag. 9. Ἐν ἀρχῇ ἦν, ἐπειδὴ ἀεὶ ἦν. In principio erat, *quoniam ſemper erat.* Severus ibid. pag. 13. Εἰπὼν τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, διὰ μὲν τοῦ ἐν ἀρχῇ ἀνεῖλε τὴν ἀσέβειαν τῶν λεγόντων, ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν· ἀρχῆς δὲ ἀχρόνου προεπινοῆσαί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστι. *Quando dixit*, In principio erat Verbum, *per illud quidem*, In principio, *ſuſtulit impietatem dicentium, Erat quando non erat: in principio enim erat: principio autem temporis experte ut quidquam prius concipiatur, fieri non poteſt.* Alii tamen per ἀρχὴν hoc loco intelligunt Deum Patrem, qui reſpectu Filii & Spiritus ſancti, ut cap. 4. vidimus, ἀρχὴ vocatur. Chryſoſtomus homil. 36. t. 7. pag. 348. Ἐν ἀρχῇ ἦν, τουτέσιν, ἐν πατρὶ, καὶ σὺν πατρί. In principio erat, *id eſt, in Patre, & cum Patre.* Cyrillus Alexand. in Theſauro, Aſſert. 31. pag. 313. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ὡς ἐν ἀρχῇ τῷ πατρὶ ἦν ὁ λόγος. In principio erat Verbum: *tanquam in principio, Patre nimirum, erat Verbum.* Piè quidem, ſed non ſolidè. Tautologia namque eſſet, dicere. Ἐν ἀρχῇ, id eſt, in Patre, *erat Verbum*, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Verſus etiam ſecundus repugnat, qui clarè ſatis oſtendit, ἀρχὴν notare *æternitatem*, quando ὁ λόγος dicitur fuiſſe ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. Quòd autem Chriſtus, quemadmodum principii eſt expers, ita nec finem ſit habiturus, teſtatur Apoſtolus ad Hebræos 1: 12. Cùm ait, τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι, denotat eum eſſe ἄορισον, ἀπέραντον, ἀτέλεσον, ἄπειρον, *interminatum* ratione finis. Cùm autem dicit, σὺ ὁ αὐτὸς εἶ, denotat, Chriſtum ſemper eſſe ejuſmodi, nec ullam ſubire varietatem aut mutationem.

b. *Immenſitas.* Alterum attributum eſt *immenſitas*, ut nullis locorum ſpatiis includi poſſit & cum cœli cœlorum non capiant 1 Reg. 8: 27.

Clemens Alex. ſtrom. lib. 2. pag. 361. Οὐκ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ θεός, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου, καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος· διὸ οὐδ' ἐν μέρει καταγίνεταί ποτε· οὔτε περιέχων, οὔτε περιεχόμενος· ἢ κατὰ ὁρισμόν τινα, ἢ κατὰ ἀποτομήν. *Deus non eſt in caligine, aut in loco, ſed ſupra locum, & tempus, & proprietatem eorum quæ facta ſunt, quare nunquam eſt in parte, nec ut continens, nec ut contentus, aut per circumſcriptionem, aut per ſectionem.* Theodoretus quæſt. 3. in Geneſin: Μόνον τὸ θεῖον, ὡς ἀπερίγραπτον, οὐκ ἐν τόπῳ. *Sola divinitas, velut minimè circumſcripta, non eſt in loco.* Eodem ſenſu dicit idem in Pſal. 114. *Deum non habere* περιγεγραμμένην Φύσιν, *naturam circumſcriptam.* Chryſoſtomus homil. 26. t. 5. pag. 156. Ἀπερίγραπτον τὸ θεῖον. *Deus eſt incircumſcriptus.* Cyrillus Jeroſ. Catech. Illum. 6. pag. 43. Οὐκ ἐν τόπῳ περιωρισμένος, ἀλλὰ τῶν τόπων ποιητής· ἐν πᾶσιν ὢν, καὶ ὑπ' οὐδενὸς περιγραφόμενος· θρόνος αὐτῷ οὐρανός· ἀλλ' ὑπερβαίνει ὁ καθεζόμενος· ὑποπόδιον ἡ γῆ, ἀλλὰ Φθάνει ἡ δύναμις μέχρι καταχθονίων. *Non eſt definitus loco, ſed locorum opifex, qui in omnibus eſt, & à nullo circumſcribitur. Solium ei cœlum eſt; exſuperat tamen & tranſcendit qui ſedet: & terra ſcabellum pedum: pervenit tamen uſque ad ſubterranea potentia ejus.* Plura veterum teſtimonia adducimus cap. 7. Obſervationum noſtrarum: & ſimul docemus, *quomodo Deus in cœlis* eſſe dicatur, nec tamen immenſus eſſe deſinat. Cùm ergo ſolus Deus, velut ἀπερίγραπτος, non ſit in loco; eadem verò immenſitas etiam Chriſto tribuatur, inde ἀναντιῤῥήτως evincitur, eum eſſe verum Deum. Joh. 3: 16. ipſe palam teſtatur: *Nullus aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit è cœlo, Filius hominis, qui eſt in cœlo.* Audis, Chriſtum ſimul eſſe in terra & in cœlo, ac proinde cœli complexu non concludi, ac proinde eundem eſſe immenſum. Sic locum intellexit Severus in Catena in Johannem, pag. 94. Ὅτι δὲ καὶ ὅλος ὢν ἐν τῷ σώματι, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος αὐτῷ, τὰ πάντα ἐπλήρου θεϊκῶς, αὐτὸς τῇ οἰκείᾳ πιστοῦται Φωνῇ. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἀναγέγραπται πρὸς Νικόδημον Φήσας· Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, &c. Καὶ τοίγε ὁ καθὸ υἱὸς ἀνθρώπου γέγονεν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατεβέβηκεν· ὁ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ τὴν σάρκα ἐπήγετο, προσέλαβε δὲ αὐτὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, συγγενῆ καὶ ὁμοούσιον οὖσαν ἡμῖν. Οὔτε μὴν, ὅτε πρὸς τὸν Νικόδημον διελέγετο, σωματικῶς ἦν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ἀσωμάτως, καθὸ θεὸς ἦν, πληρῶν πάντως οὐρανόντε, καὶ γῆν, καὶ τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. *Quòd autem totus in corpore, eidemque ſecundum hypoſtaſin unitus exſtiterit, atque omnia deitate ſua impleverit, ipſemet ſua voce confirmat. In Evangelio enim ſcriptum eſt, eum ad Nicodemum dixiſſe:* Nemo aſcendit in cœlum, *&c. Atqui non, prout filius hominis factus eſt, è cœlo deſcendit: quia carnem nequaquam cœlitus*

tus

tus attulit, ſed ex ſancta Virgine illam aſſumſit, noſtræ ſcilicet cognatam atque ſimilem. Neque verò, tum cum Nicodemo colloquebatur, corpore in cœlo verſabatur, ſed ſine corpore, quatenus nempe Deus erat, implens omnino tam cœlum quàm terram, & quæ ſupra cœlos ſunt.

c. *Omniſcientia.* Hoc ibidem attributum ita Deo proprium eſt, ut ſolus ſit & appelletur καρδιογνώστης Act. 1:24. & cap. 15:8. Ita autem vocatur, ὅτι πάντα ἔγνωσαι καὶ ὥρισαι παρὰ τῷ θεῷ, καὶ πρὸ τῶν ἐνθυμήσεων ἡμῶν, *quoniam omnia nota & definita apud Deum, etiam ante cogitationes noſtras;* inquit Oecumenius in cap. 1. Actor. pag. 8. Cyrillus Alexand. lib. 6. de Adoratione, pag. 185. Ἴδιον τῆς Φύσεως τοῦ θεοῦ, τὸ εἰδέναι σαφῶς τὰ ἡμέτερα, καὶ συνειλεγμένην ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ τὴν τῶν ὅλων εἴδησιν ἔχειν. *Proprium naturæ Dei eſt, noſtra perſpicuè ſcire, & collectum quaſi in ſe ipſo rerum omnium notitiam habere.* Et mox: Ἴδιον καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν τῆς ἀνωτάτω Φύσεως τῶν ἐσομένων ἡ γνῶσις. *Proprium & peculiare bonum ſupremæ naturæ, futurorum cognitio eſt.* Idem in cap. 41. Jeſaiæ, pag. 532. τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου δόξης ἴδιόν τε καὶ ἐξαίρετον τὸ πάντα μὲν εἰδέναι, ἀγνοεῖν δὲ παντελῶς οὐδέν, οὔτε τῶν προγεγονότων οὔτε τῶν ἐνεστηκότων, ἢ τῶν ἐσομένων. *Divinæ & ineffabilis gloriæ proprium & peculiare eſt, omnia quidem ſcire, nihil verò prorſus ignorare neque præteritorum, neque præſentium, neque futurorum.* Et quia Deus eſt *omniſcius*, propterea ei tribuuntur *oculi* omnia cernentes, quibus ſignificatur ἡ τῶν ἁπάντων ἐποπτικὴ αὐτοῦ δύναμις, καὶ τὸ ἀλάθητον τῆς αὐτοῦ γνώσεως, *virtus ipſius, quæ omnia cernit, & cognitio, quam nihil fugit;* ut loquitur Cyrillus Alex. lib. de Trinitate cap. 12. & ex eo Damaſcenus Orthod. fidei lib. 1. cap. 14. pag. 50. Hinc *oculus Dei* appellatur ἀκοίμητος ὀφθαλμός, *inſomnis oculus.* Chryſoſtomus homil. 11. in 1. ad Corinth. pag. 309. πάντα τοῖς ἀνθρώποις μὲν οὐκ ἔστιν ἐφικτά, τῷ δὲ ἀκοιμήτῳ μόνῳ ὀφθαλμῷ. Κἂν ἀνθρώπους ἀπατήσωμεν, ἐκεῖνον οὐδέποτε παραλογισόμεθα. *Homines quidem non poſſunt omnia comprehendere, at ſolus inſomnis oculus poteſt. Etiam ſi homines decipiamus, illum tamen nunquam fallemus.* Idem homil. 62. in Geneſin. Κἂν πάντας λαθεῖν δυνηθῶμεν, τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ δυνάμεθα λαθεῖν. *Etiamſi omnes latere poſſimus, inſomnem oculum latere non poſſumus.* Vocatur ἀλάθητος ὀφθαλμός, *oculus quem nihil latet:* πανεπόπτης & παντεπόπτης ὀφθαλμός, *oculus omnia inſpiciens & videns:* πανδερκὴς καὶ ἀπαραλόγιστος ὀφθαλμός, *oculus omnia cernens & falli neſcius:* de quibus alibi. At *Chriſtus* etiam eſt *omniſcius*, ut patet ex Joh. 2: 24, 25. Ad hunc locum Origenes in Catena in Joh. pag. 81, 82. Οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ εἰδέναι αὐτοὺς, οὐκ ἐξεπιτολῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ βάθους τῆς διανοίας πάντως.

τως. Τὸ γὰρ ἐκ πράξεων καὶ λόγων ἐπίστασθαι τινὰς, καὶ ἀνθρώπῳ δυνατόν. Ἀλλ' Ἰησοῦς, ὁ ψιλὸς ἄνθρωπος ὢν, ἀλλὰ θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος, πάντας οἶδε, τὸ κρυπτὸν τε καὶ νοῦ περιλαμβάνων. Περὶ μόνου γὰρ θεοῦ λέγεται τό· ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, καὶ εἰδὼς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· Ἐπεὶ γοῦν Ἰησοῦς θεὸς ὢν, τὸ κρυπτὸν Ἐπίσταται, ὁ χρήζει λαβεῖν παρ' ἀνθρώπου μαρτυρίαν, θεὸς ὢν, ἐπισάμενος τί ἐστιν ἐν ἀνθρώπῳ. *Non credidit ſemetipſum eis, eò quòd illos non de facie tantùm, ſed ex intimis etiam cogitationibus omnino perſpectos haberet. Nam ex factis verbiſque aliquem cognoſcere etiam homo poteſt. Verùm Jeſus, cùm non nudus eſſet homo, ſed Deus & factus homo, univerſos noverat, ipſamet mentis arcana percipiens. De ſolo ſiquidem Deo dicitur, quòd ſit occultorum cognitor, omniáque ſciat antequam fiant. Cùm igitur Jeſus ſit Deus, arcana novit, nec ullo humano indiget teſtimonio, utpote Deus, ſciens, quid ſit in homine.* Hanc verò veritatem minimè labefactat illud, quòd Agnoëtæ tradiderunt, Chriſtum quædam ignorâſſe, ut *diem ultimi judicii*, & *Sepulchrum Lazari*, *in ſapientia* quin etiam *profeciſſe*. Examinemus ſingula, &, quomodo veteres hanc hæreticorum calumniam contuderint atque obtriverint, videamus.

a. Ipſe Chriſtus aſſerit Matth. 24: 36 & Marci 13: 32. *Nemini notum eſſe diem ultimi judicii, ne ipſi quidem Filio.* Hoc priſcis temporibus Ariani, & deinceps Agnoëtæ urgebant ad Deitatem Filii deſtruendam. Hoc igitur telum orthodoxi variis modis conabantur extorquere heterodoxis.

Alii enim; ex quibus eſt Euthymius in Matthæum, volunt apud Matthæum dici, *Neminem nôſſe, nec Angelos ipſos, niſi Patrem ſolum;* apud Marcum verò, *ubi Filii fit mentio, excluſionem omitti:* ut ſenſus ſit, *neque Filius ſcit, niſi Pater*, videlicet *ſciat:* quia verò ſcit Pater, ſcit utique & Filius. Sed nimis hoc argutum eſt. Tale tamen quippiam ex orthodoxi antiquioris ſententia refert Gregorius Nazianzenus Orat. 4. adv. Eunomium, quæ eſt ſecunda de Filio, ordine 36. pag. 588. Ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄλλως οἶδε τὴν ἡμέραν, ἢ τὴν ὥραν, ἢ ὡς ὅτι ὁ πατήρ. Ἐπειδὰν ὁ πατὴρ γινώσκει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Υἱός. *Non aliter nôſſe Filium, niſi ea ratione, quâ Pater novit diem, vel horam. Quoniam Pater novit, etiam Filius.* Hoc autem Baſilii eſſe, notat Elias Cretenſis: ſed fruſtrà: iſte enim in diverſum concedit, ut patet ex epiſtola ejus 391. pag. 1169. In diſceptatione etiam illa, quam in Synodo Nicæna cum Ario habuiſſe fertur Athanaſius, reperiuntur ferè eadem cum illis, quæ ex Euthymio attulimus, & quæ Gregorius attigit: verba enim ejus ſunt: Γιγνώσκων γὰρ ἑαυτὸν

τὸν

τὸν μὴ διεςῶτα ἀπὸ τοῦ Πατρὸς κατ' οὐσίαν, ἀλλ' ἡνωμένον τῇ θεότητι τῷ θεῷ Πατρὶ αὐτοῦ, τὴν ἑαυτοῦ πρόγνωσιν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς προγνώσει ἐσήμανε. *Cùm nôsset, se à Patre secundum essentiam nihil distare, sed deitatis ratione unum cum Patre exsistere, proinde præcognitionem suam sub Patris præcognitione subindicavit.* Vide etiam Photii epistolam 228. pag. 342.

Alii εἴδησιν, *cognitionem*, distinguunt. Epiphanius hæresi 69. pag. 328. & in Ancorato, pag. 478. *duplicem* dicit esse *cognitionem*, sive εἴδησιν, alteram ὁράσεως ἢ ἐννοίας, *visionis* seu *notionis* tantùm, alteram γνώσεως καὶ χρήσεως, ἤτοι πράξεως, *notitiæ & usus*, sive *actionis* etiam, Genes. 4:1. illâ *nôsse Christum* diem judicii; istâ *nôsse* quidem *Patrem*, *Filium* verò *non item:* quia *nondum quemquam judicat*, Joh. 5:22. Eodem concedit Photius epist. 228. pag. 337. quando dicit, se sene quodam, in rebus theologicis apprimè versato, usum esse magistro, eúmque de hac quæstione ita differentem audivisse: Τὸ εἰδέναι διττὸν ἔλεγεν εἶναι· τὸ μὲν ἐπιςήμῃ, τὸ δὲ τῇ πείρᾳ. Κατὰ μὲν ἂν ἐπιςήμην ὁμοίως εἰδέναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν· κατὰ πεῖραν δὲ οὐκέτι. Τὸν μὲν γὰρ πατέρα καὶ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ προσλαβεῖν τὴν τοιαύτην γνῶσιν, ἡνίκα πᾶσαν ἐδεδώκει τῷ Υἱῷ τὴν κρίσιν· ἐκεκρίκει γὰρ τότε ὁ πατὴρ τὴν κρίσιν ἅπασαν ἐγχειρίσαι τῷ Υἱῷ, καὶ ὅσον ἦκεν εἰς ψήφους τὰς αὐτῷ ἐνεργῆσαι τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ συμπεραίνεσθαι. Ὁ δέ γε Υἱὸς, δῆλον ὡς οὔπω κέκρικεν, οὐδ' εἰς ἔργον τὴν πρᾶξιν, ἧς αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεῖπε κύριον, ἤγαγεν. Οὐκοῦν ὁ μὲν πατὴρ καὶ πείρᾳ τὴν ὥραν οἶδεν· ὁ δὲ Υἱὸς, εἰ καὶ κατ' ἐπιςήμην, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ἀλλ' οὖν οὔπω δὲ καὶ πείρᾳ· εἴσεται δὲ, ἐπειδὰν δηλονότι τὴν κρίσιν οἴσῃ, τῆς κατ' ἐπιςήμην εἰδήσεως εἰς τὴν κατὰ πεῖραν γνῶσιν προελθούσης. Scire *duplex esse dicebat*, unum *per experientiam*, alterum *per scientiam*. Secundum scientiam *quidem æquè ac Patrem nôsse Filium diem illum & horam: non autem* secundum experientiam: *Patrem enim experientiâ cognovisse, & talem notitiam assumsisse, quando omne judicium Filio tradiderit: judicabat enim tunc Pater convenire, ut judicium omne Filio tradat, & quantum ipsius suffragium attinebat, proprium judicium suum consummâsse & perfeciisse. At constat Filium actu nondum judicâsse, nec in effectum rem ullam, cui ipsum præfecit Pater, duxisse. Quocirca Pater quidem ipsâ etiam experientiâ horam novit: Filius, licèt ut Pater secundum scientiam novit, nondum tamen experientiâ novit: sciet autem tum, cum judicium ferret, cognitione, quæ est per scientiam, in cognitionem per experientiam transeunte.* Hanc tamen expositionem non per omnia veram esse censet. Imò verò nihil omnino solidi continet, ut cuivis facilè patebit, qui eam paulò accuratiùs consideraverit. Si enim Filius propterea ultimi judicii diem ignorare

diceretur, quia judicium nondum consummavit, idem de Patre dicendum esset, nam nec ipse judicium consummavit. Verùm hactenus enumeratæ & propositæ peculiares quorundam opiniones sunt. Aliò abeunt Interpretes plerique, ut deinceps videbimus.

Alii ergo ideò ajunt *de Filio dici, quòd diem ultimum nesciat*, quia etiamsi sciat, alios tamen hoc ipsum celet. Ita intellexit Isidorus Pelusiota epist. 117. lib. 1. pag. 30. Σαφηνίζειν τὰ ἀνωφελῆ παρητεῖτο προβλήματα. *Inutiles quæstiones explicare recusabat.* Item: Τῆς εἰκαίας ἐρωτήσεως τὴν ἀπόφασιν οὐκ ἐδήλωσε. *Vanæ percunctationis explicationem ac sententiam minimè declarandam duxit.* Basilius M. epist. 141. pag. 929. dicit, *Propter te horam & diem judicii ignorat: quanquam nihil latet veram illam Sapientiam.* — Ἀλλὰ τοῦτο οἰκονομεῖ διὰ τὴν σὴν ἀσθένειαν, *verùm id ita dispensat propter tuam infirmitatem, ne vel ii, qui deliquerunt, per angustiam præscripti temporis adigantur ad desperationem, tanquam non relicto resipiscentiæ tempore: vel rursus ii, qui in militia Christiana decertant, per temporis prolixitatem* λειποταντήσωσιν, *ad deserendam aciem impellantur, si viderint sibi bellum esse diuturnum cum adversaria potestate.* Ἑκατέρους τοίνυν διὰ τῆς προσποιητικῆς ἀγνοίας οἰκονομεῖ. *Itaque utrisque per ignorantiæ prætextum consulit.* Photius epist. 228. pag. 336. *si quis dixerit, Christum noluisse discipulis dicere, quæ iis scitu nondum erant utilia, ne hæc quidem ratio à providentia Dei erga homines abhorret:* μεθοδεύοιτο δ' ἂν, ἐξ οἰκονομίας σχηματιζομένη τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸ μᾶλλον δόξαι μὴ εἰδέναι, ὑπὲρ τῶ μὴ λυπεῖν τοὺς μαθητὰς, τὸ ἐγνωσμένον μαθεῖν ζητοῦντας, ἢ ἐκδιδάσκοντα. *Prudenter enim per dispensationem præ se fert ignorantiam, & potiùs videri vult ignorare, ne mœrore discipulos afficeret, qui desiderabant id, quod ignorabant, intelligere.* Chrysostomus homil. 77. in Matthæum: τῷ μὲν εἰπεῖν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, ἐπεξόμισεν αὐτοὺς, ὥςε μὴ ζητῆσαι μαθεῖν, ὅπερ ἐκεῖνοι οὐκ ἴσασι· τῷ δὲ εἰπεῖν, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, κωλύει μὴ μόνον μὴ μαθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ καὶ ζητῆσαι. *Quod dixit,* neque Angeli, *repressit eos, ne discere vellent, quod Angeli nesciunt. Eo verò, quòd dixit,* neque Filius, *non solum à discendo, sed etiam à quærendo prohibuit.* Vide ibidem plura, ut & apud Theophylactum in cap. 24. Matthæi, pag. 147. Cyrillus Alex. in Thesauro lib. 22. Οἰκονομεῖ γάρ τοι χριστὸς, μὴ εἰδέναι λέγων τὴν ὥραν ἐκείνην, καὶ οὐκ ἀληθῶς ἀγνοεῖ. *Dispensatione quadam utitur Christus, nescire se dicendo horam illam, cùm verè non ignoret.* Et rursus: οἶδε γὰρ τὰ πάντα ὁ Υἱὸς, κἂν οἰκονομῶν ἀγνοεῖν τι λέγῃ. *Novit enim omnia Filius, etiamsi per dispensationem quandam aliquid nescire se dicat.* Eodem modo Hilarius lib. 9. de Trinitate: *Dispensatio est potiùs absconditæ scientiæ,*

tiæ, quam natura neſciendi; cùm Filius idcirco neſcire ſe dicat, ne & alii ſciant; & Patrem ſolum dicat ſcire, ne & ipſe non neſciat. Thomas etiam adverſus gentes lib. 4. cap. 8. *Non ignoravit, ſed ad ignorantis modum ſe habuit, quia diſcipulis non revelavit.* Eodem ferè concedit Camero in Myrothecio Evangelico. Nôſſe, *inquit, idem hîc valet, atque* docere; *qua ſignificatione* ſciendi *vocabulum à Paulo ſumitur* 1 *Corinth.* 2: 2. Cæterùm nec hæc expoſitio; ut C. Gatakerus rectè obſervat; ſatis videtur ſolida: ſiquidem, ut Calvinus in Harmon. Evang. monet, *Communis Chriſto cum Angelis, aliiſque etiam, ignorantia iſtic tribuitur:* at illos ignorare ſimpliciter quique intelligunt. Quin & tam *Pater* ipſe hoc ſenſu, non minùs quàm *Filius, diei iſtius neſcius* dici poterit, ſi *nôſſe* pro *docere, neſcire* pro *celare* ſumatur; cùm eoſdem quos Chriſtus, ipſe pariter hoc idem non doceat, ſed celet.

Alii volunt, Chriſtum hominem non prorſus quidem tempus noviſſimi diei ignorâſſe, ſed ideò ignorâſſe dici, quia ſcientiam illam, quâ id nôrat, non à ſe, ſed à natura divina, neſcia alioqui hac in parte futura, mens humana habuerit. Ita Gregorius 1. Romanus in Regiſtro, lib. 8. epiſt. 42. *In natura quidem humanitatis diem novit: ſed tamen hunc non ex natura humanitatis novit: ergo quod in ipſa novit, non ex ipſa novit.* Eodem inclinat Cyrillus Alex ad Caloſyr. cap. 14. Καθὸ μὲν νοεῖται θεὸς, οἶδε πάντα ὅσα καὶ ὁ πατήρ· καθόγε μὴν ἄνθρωπος καὶ αὐτὸς, ἐκ ἀποσείεται τὸ ἀγνοῆσαι δοκεῖν, διὰ τὸ πρέπειν τῇ ἀνθρωπότητι. *Quatenus Deus eſſe intelligitur, novit omnia quæcunque & Pater: idem tamen, ſecundum quod homo eſt, nec neſcium videri ſe renuit, quia humanæ naturæ iſtud convenit.*

Dilutum nimis eſt, quod Photius epiſt. 228. pag. 336. affert, Chriſtum propterea ſoli Patri notitiam ultimi diei vendicare, ut ipſum hac ratione honoret. Verba ejus ſunt: Τῷ πατρὶ δίδωσιν ὁ Υἱὸς, ὡς αἰτίῳ, τὰ πρεσβεῖα· πρέπει γὰρ υἱῷ Φιλοτάτορι, πάσης τε Φύσεως καὶ εὐταξίας δημιουργῷ καὶ νομοθέτῃ, καὶ τοῖς τῆς αἰτίας προνομίοις τιμᾷν τὸν πατέρα, καὶ τὴν τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας γνῶσιν, ὥσπερ δὴ καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐκείνῳ προσανατίθησιν ἐχ ἑαυτόν, ἄπαγε, ταύτης ἀποσερῶν, ὅτι μηδ' ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων τε καὶ καλῶν, ἀλλ' ἐκεῖνον καὶν ταύτῃ προτιμῶν *Patri, tanquam cauſſæ, Filius prærogativam tribuit. Convenit enim Filio, qui Patrem ſuum diligit: utpote totius naturæ & ordinationis creatori & diſpenſatori, cauſſæ præeminentiis honorare Patrem, ac ſic diei illius & horæ notitiam, ut & alia multa, eidem adſcribere: non, id enim nefas eſt, ſe ipſum illâ ſcientiâ privare, ut nec alio aliquo digno & honorando munere, verùm illum ſibi præferre.*

Eorum tandem ſimpliciſſima eſt ſententia & veriſſima, qui ſtatuunt, *Chriſtum, quatenus homo eſt*, tunc temporis, quo illud proferebat, *horam noviſſimi diei ignorâſſe.* Id ipſum fortè vult Cyrillus loco non tantùm proximè allato, ſed etiam alibi. Ut in Theſauro Aſſert. 22. pag. 223. Εἰδὼς ὡς θεὸς λόγος, δύναται ὡς ἄνθρωπος ἀγνοεῖν, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ. *Cùm nórit ut Deus Verbum, poteſt tamen ignorare quâ homo: ut ſecundum omnia ſimilis ſit fratribus.* Idem in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 151. Κἂν ἀγνοεῖν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλ' οἶδε θεϊκῶς. *Etſi ſecundum naturam humanam ignorare dicatur, novit tamen ſecundùm divinam.* Rurſus in Theſauro, Aſſert. 22. pag. 218. Ἣν ἡμέραν ἀγνοεῖν ἔφησεν οἰκονομικῶς, ἀποσώζων πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τάξιν· ἀνθρωπότητος γὰρ ἴδιον τὸ μὴ εἰδέναι τὰ μέλλοντα. *Quem diem ignorare ſe dixit ſecundum diſpenſationem, ſervans rurſus ordinem naturæ humanæ convenientem: naturæ enim humanæ proprium eſt, neſcire futura.* Et pag. 221. Εἶδε μὲν ὡς σοφία καὶ λόγος ὢν ἐν πατρί· μὴ εἰδέναι δέ φησι δι' ἡμᾶς καὶ μεθ' ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος. *Scivit quidem tanquam ſapientia & Verbum in Patre exſiſtens: ſe autem neſcire dicit propter nos & nobiſcum, ut homo.* Et in cap. 14. Zachariæ, pag. 800. ᾗ μὲν νοεῖται καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, οὐκ ἂν εἰδείη τὰ ἐν τῷ Πατρί· ᾗ δέ ἐςι φύσει θεὸς, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφυκὼς, οἶδέ που πάντως καὶ τὴν ἐσχάτην ἡμέραν, κἂν εἰ λέγοι μὴ εἰδέναι διὰ τὸ ἀνθρώπινον. *Quatenus ut homo nobis ſimilis conſideratur, neſcit ea, quæ in Patre ſunt: quatenus verò naturâ Deus eſt, & ex eo genitus, omnino etiam novit ultimum diem, etiamſi dicat ſe ignorare ſecundum naturam humanam.* Nec verò Cyrillus tantùm ita locutus eſt, ſunt etiam alii ex Eccleſiæ Doctoribus, & quidem plurimi, qui eandem ſententiam perſpicuè defendunt. Ephrem in Biblioth. Photii, Cod. 229. pag. 796. Ὁ αὐτὸς πάντα προγινώσκει, ἔςι γὰρ φύσει θεὸς· καὶ πάλιν ἀγνοεῖν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν διὰ τὸ ἡμέτερον λέγεται φύραμα. *Idem præneſcit omnia, eſt enim naturâ Deus: & rurſum ignorare dicitur extremum diem propter aſſumtam naturam noſtram.* Chryſoſtomus homil. 117. t. 5. pag. 755. Τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ λαμβάνεται καὶ εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας σχῆμα. Ἀγνοεῖ τοίνυν κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἀνθρωπότητος ὁ γινώσκων τὰ πάντα κατὰ τὴν δύναμιν τῆς θεότητος. *Nomen* Filii *uſurpatur & de Deitatis dignitate, & de diſpenſatione. Ignorat igitur ſecundum naturam humanam, qui omnia novit ſecundum deitatis potentiam.* Athanaſius epiſt. ad Serapionem, t. 1. pag. 172. Ἀνθρωπίνως τοῦτο εἴρηκε, καὶ τὸ αἴτιον τοῦ οὕτως εἰρηκέναι ἔχει τὸ εὔλογον· Ἐπειδὰν γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, ἀνθρώπων δὲ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν, ὥσπερ τὸ πεινᾷν, καὶ τὰ ἄλλα· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἄνθρωπος γεγονὼς, ἐπιδείκνυται, ἵνα δείξῃ,

ξη, ὅτι ἀληθῶς ἀνθρώπινον ἔχει σῶμα. *Humano more*, vel, *juxta humanam naturam*, *hoc dixit*, nempe neque Filium diem illum, & horam illam ſcire; *atque cauſſa*, *cur ita locutus ſit*, *ratione non caret*. *Cùm enim homo factus ſit*, *hominum verò proprium ſit ignorare*, *quemadmodum eſurire*, & *alia*: *propterea etiam hominum ignorationem*, *ut homo factus*, *oſtendit*, *ut ſe verè humanum habere corpus demonſtret*. Idem Orat. 4. contra Arianos, t. 1. pag. 494. Τίνος χάριν γινώσκων ἔλεγεν, ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς οἶδεν, οὐδένα τῶν πιστῶν ἀγνοεῖν οἶμαι· ὅτι καὶ τοῦτο οὐδὲν ἧττον διὰ τὴν σάρκα ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐλάττωμά ἐστι τοῦ λόγου, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως ἴδιον καὶ τὸ ἀγνοεῖν. *Cur*, *cùm ſciverit*, *dixerit*, neque Filium ſcire, *neminem fidelium ignorare puto*: *quoniam hoc nihilominus propter carnem*, *tanquam homo dixit*. *Neque hoc Verbo quidquam detrahit*, *ſed naturæ humanæ proprium eſt etiam ignorare*. Et paulò poſt: Δῆλόν ἐστιν, ὅτι καὶ τὴν τοῦ παντὸς τέλους ὥραν, ὡς μὲν λόγος, γινώσκει· ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἀγνοεῖ· ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν. *Manifeſtum eſt*, *eum*, *tanquam Verbum*, *finis univerſorum horam ſcire*: *tanquam hominem verò*, *ignorare*: *hominis enim propria eſt ignorantia*. Theodoretus ad 4. Cyrilli anathematiſmum, t. 4. pag. 713. Εἰ οὔτε ψεύδεται ἡ ἀλήθεια, οὔτε ὁ θεὸς λόγος ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν, ἣν αὐτὸς ἐποίησεν, ἣν αὐτὸς διώρισεν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην· ἀλλ' ἔχει τοῦ πατρὸς τὴν γνῶσιν, ὡς εἰκὼν ἀπαράλλακτος· οὐκ ἄρα τοῦ θεοῦ λόγου ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, τῆς τοσαῦτα κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ γινωσκούσης, ὅσα ἡ ἐνοικοῦσα θεότης ἀπεκάλυψε. *Si veritas non mentitur*, *neque Deus Verbum diem ignorat*, *quem fecit*, *quem præfinivit*, *in quo judicaturus eſt orbem*: *ſed habet Patris cognitionem ut imago per omnia ſimilis*. *Non igitur Dei Verbi eſt ignorantia*, *ſed formæ ſervi*, *quæ tot illo tempore ſciebat*, *quot Deitas inhabitans revelabat*. Greg. Nazianzenus Orat. 36. pag. 588. Γινώσκει μὲν ὡς θεὸς, ἀγνοεῖν δέ φησιν ὡς ἄνθρωπος. *Scit quidem tanquam Deus*, *ſe autem ignorare dicit*, *quatenus homo eſt*. Photius epiſt. 228. pag. 335, 336: Ὃς μὲν δημιουργὸς ἁπάντων καὶ θεὸς, ἅπαντα τῷ πατρὶ συνήδει· ὡς ἄνθρωπος δὲ, οὐδὲ τὴν ἀνθρώποις πρέπουσαν ἄγνοιαν, οὐ μὲν οὖν οὐκ ἠθέτει. Ὃς γὰρ δὴ τὸ ὅλον εἵλετο λαβεῖν, πῶς ἕν τι τῶν περὶ ἐκεῖνο παρητήσατο μὴ λαβεῖν, ἢ μὴ πιστοῦσθαι ὅτιπερ ἔχοι λαβών; *Certè*, *ut conditor omnium ac Deus*, *omnia cum Patre ſciebat*: *at tanquam homo*, *humanam à ſe ignorantiam non rejecit*. *Nam qui totum dignatus eſt recipere*, *quomodo unum aliquid eorum abnegaret*, *nec reciperet*, *aut ubi accepiſſet*, *accepiſſe non crederetur?* Damaſcenus orthod. fidei lib. 3. cap. 21. pag. 260. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὴν μὲν ἀγνοοῦσαν καὶ δούλην ἀνέλαβε φύσιν. Καὶ γὰρ δούλη ἐστὶν ἡ ἀνθρώπου φύσις τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν θεοῦ, καὶ οὐκ ἔχει τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν. *Sciret oportet*, *quòd ignorantem & ſervam aſſumſerit naturam*.

naturam. Nam & hominis natura ſerva Dei eſt, qui fecit illam, & non habet futurorum cognitionem. Cùm igitur veteres tanto conſenſu ſtatuant, Filium, ſecundum naturam humanam, ultimi diei tempus ignorare, verè dictum à Leontio de ſectis, act. ultima, pag. 546. Ἰσέον ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν πατέρων, σχεδὸν δὲ πάντες, Φαίνονται λέγοντες, αὐτὸν ἀγνοεῖν. Εἰ γὰρ κατὰ πάντα λέγεται ἡμῖν ὁμοούσιος, ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, δηλονότι καὶ αὐτὸς ἠγνόει. *Scire oportet, multos ex Patribus, imò ferè omnes, affirmare, eum ignorare: ſi enim juxta omnia nobis dicitur factus ſimilis, nos verò etiam ignoramus, ipſe quoque ignorabat.* Atque hæc de die & hora ultimi judicii.

β. Deinde *Agnoëtæ*, ad hæreſin ſuam defendendam, afferebant illa Chriſti de mortuo Lazaro Joh. 11:34. ποῦ τεθείκατε αὐτόν; *Ubi poſuiſtis eum?* & inde colligebant, eum, juxta naturam divinam, quædam ignorâſſe. At optimè veteres obſervant, Chriſtum id juxta naturam interrogâſſe humanam. Athanaſius in epiſt. ad Maximum Philoſophum, t. 1. pag. 164. Πυνθάνεται ἀνθρωπίνως, ποῦ Λάζαρος κεῖται; ἐγείρει δὲ τοῦτον θεϊκῶς. *Juxta naturam humanam interrogat*, ubi poſitus ſit Lazarus? *eundem verò juxta naturam divinam ſuſcitat.* Chryſoſtomus in Catena ad præſentem locum, pag. 288. Καὶ εἶπε, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; οὐ γὰρ βούλεται αὐτὸς ἐπιβίπτειν, ἀλλὰ πάντως παρ' ἐκείνων παρακαλούμενος ποιεῖν, ὥςε πάσης ὑποψίας ἀπαλλάξαι τὸ σημεῖον. *Et dixit*, ubi poſuiſtis eum? *Non enim vult ipſe ſe ingerere, ſed omnia ab ipſis rogatus facere, ut miraculum omni ſuſpicione liberaret.* Ammonius ibidem: Ἐρωτᾷ τοῦτο, ἵνα καὶ προφάσει τοῦ ὑποδεῖξαι τὸν τόπον ἔλθωσι, καὶ ἴδωσι τὸ σημεῖον· ὡς ἀφιλόκομπος τοῦτο εἶπε, καὶ ἀγνοεῖν σχηματίζεται, διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης Φύσεως ταπεινὸν, ὁ πάντα εἰδὼς ὡς θεὸς, ἵνα πολλοὺς ἑλκύσῃ εἰς τὸν τόπον. *Hoc interrogat, ut prætextu loci oſtendendi plures eò convenirent, atque miraculum cernerent. Tanquam minimè jactabundus id dixit, & propter naturæ humanæ humilitatem, ſe ignorare ſimulabat, cùm, ut Deus, omnia ſciret, quò plures ad eum locum alliceret.*

γ. Afferunt præterea locum Lucæ 2:52. ubi de Chriſto: προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Proficiebat ſapientiâ & ſtaturâ, ac gratiâ apud Deum & homines.* Hoc etiam ariete Filii Deitatem pulſabant Ariani. Quid verò veteres? Gregorius Nazianzenus Orat. 20 pag. 343. Ἐκεῖνος προέκοπτεν ὥσπερ ἡλικίᾳ, οὕτω δὴ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι· οὐ τῷ ταῦτα λαμβάνειν αὔξησιν, τί γὰρ τοῦ ἀτ' ἀρχῆς τελείου γένοιτ' ἂν τελειότερον; ἀλλὰ τῷ κατὰ μικρὸν ταῦτα παραγυμνοῦσθαι καὶ παρεκφαίνεσθαι. *Proficiebat ille ut ætate, ita etiam ſapientia & gratia: non quod hæc in illo incrementum*

crementum caperent, (quid enim eo, quod à principio perfectum erat, perfectius esse posset?) sed quòd hæc paulatim detegerentur & elucerent. Eodem modo explicat Theophylactus in cap. 2. Lucæ, pag. 321. Damascenus etiam orthod. fidei lib. 3. cap. 22. pag. 263. Προκόπτειν λέγεται σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι· τῇ μὲν ἡλικίᾳ αὔξων· διὰ δὲ τῆς αὐξήσεως τῆς ἡλικίας, τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ σοφίαν εἰς Φανέρωσιν ἄγων, &c. Proficere *dicitur* Sapientiâ, ætate, & gratiâ, *ætate quidem crescens: incremento verò ætatis insitam sibi Sapientiam in apricum proferens*, &c. Titus, Bostrorum episcopus, sine dubio ex Chrysostomo, dicit Christum προκόπτειν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, συμπροσάγοντα τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας τὴν ἔκλαμψιν τῆς θεότητος, *simul cum annis ac ætate Deitatem manifestando.* Nicephorus Callisti, προέκοπτε σοφίᾳ καὶ χάριτι, τῷ κατὰ μικρὸν αὐτὰ παραδείκνυσθαι, ἃ τῷ λαμβάνειν ἐτίδοσιν. *Crevisse sapientiâ & gratiâ* dicitur Christus, *quòd paulatim ea in illo magis magisque eluceseceret, non quòd incrementum aliquod acciperet.* Athanasius Orat. 4. adv. Arianos: Οὐχ ὁ λόγος ἦν, ἢ ὁ λόγος, ὁ προκόπτων· ἀλλὰ προκόπτοντος τοῦ σώματος, προέκοπτεν ἐν αὐτῷ καὶ ἡ Φανέρωσις τῆς θεότητος τοῖς ὁρῶσιν· ὅσῳ δὲ ἡ θεότης ἀπεκαλύπτετο, τοσούτῳ πλέον ἡ χάρις ηὔξανεν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. *Verbum, quâ Verbum, non proficiebat, sed proficiente corpore, profecit & divinitatis in eodem se exhibentis manifestatio, coram illis, qui eum intuebantur: quò autem magis sese exserebat divinitas, eò amplior utique homini apud homines gratia accrevit.* Verùm, ut nec *scientiæ*, sic nec *sapientiæ* thesauros universos simul semélque Christo homini communicatos fuisse, Lucas verbis illis, Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ, docere voluit: alioqui, quomodo sapientiâ proficere posset, si sapientiæ omnis apicem perfectionémque summam jam fuisset assecutus? Siquidem, *ubi perfectio est, ibi nullus utique profectus est, cùm perfecto nihil addi possit;* inquit Bernhardus de Consid. lib. 2. Et, juxta Dionysium Areopagitam cap. 4. de Div. Nominibus, pag. 519. τέλειόν ἐστιν, ὃ μήτε αὔξει, μήτε μειοῦται. *Perfectum est, quod neque augetur, neque minuitur.* Optimè ergo, omnibus aliis interpretationibus rejectis, asserimus, *Christum secundum Sapientiam divinam, hoc est, eam, quæ ei competit tanquam Deo, non profeciisse: secundum sapientiam autem humanam, hoc est, eam, quæ ei ut homini competit, verè profeciisse, hominis quidem more, sed supra modum humanum.* Nec nova videri debet hæc hujus loci explicatio: ejus enim expressa in Antiquitate ostendimus vestigia. Cyrillus Alexand. in Thesauro, Assert. 28. pag. 249. Οὐ καθὸ λόγος ἐστὶ, προκόπτειν λέγεται, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ φύσιν πεφόρεκε τὴν τούτου δεκτικήν. *Non quatenus Verbum est,* proficere *dicitur,*

dicitur, ſed quatenus homo factus eſt, & naturam hujus capacem geſtavit. Theodoretus dial. 2. Ἡλικίᾳ μὲν τὸ σῶμα προκόπτει, σοφίᾳ δὲ ψυχή. Ætate *quidem corpus*, ſapientiâ *verò anima* proficit. Greg. Nyſſenus ad Euſtathium, t. 3. pag. 658. Τὸ προκόπτειν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῶς ἐν τῷ ἡμετέρῳ Φυράματι γεγενῆσθαι τὸν Κύριον παρὰ τῆς γραφῆς ἰσόρηται· ὡς ἂν μή τινα χώραν ἔχοι τὸ τῶν ἀντὶ τῆς ἀληθοῦς θεοφανίας δόκησίν τινα γεγενῆσθαι δογματιζόντων, ἐν σωματικῇ μορφῇ κατεσχηματισμένην· διὰ τοῦτο ὅσα τῆς Φύσεως ἡμῶν ἴδια, ἀνεπαισχύντως καὶ περὶ αὐτὸν ἱστορεῖ ἡ γραφὴ, τὴν βρῶσιν, τὴν πόσιν, τὸν ὕπνον, τὸν κόπον, τὴν τροφὴν, τὴν προκοπὴν τῆς σωματικῆς ἡλικίας, τὴν αὔξησιν· πάντα, δι' ὧν ἡ ἡμετέρα χαρακτηρίζεται Φύσις, πλὴν τῆς καθ' ἁμαρτίαν ὁρμῆς. Proficere ætate, ſapientia & gratiâ, *ideò commemoratur à ſcriptura, ut demonſtretur, verè in maſſa noſtra Dominum fuiſſe generatum, ne quis locus eorum relinquatur errori, qui tradunt, pro vera Dei apparitione, ſpeciem duntaxat quandam eſſe genitam, quæ figuram aſſumſerit humanæ formæ. Propterea non erubeſcit ſcriptura, omnia de eo narrare, quæ ſunt naturæ noſtræ propria: eſum, potum, ſomnum, laſſitudinem, cibi ſumtionem, progreſſum corporeæ ſtaturæ, incrementum: omnia denique, per quæ naturæ noſtræ character exprimitur, excepta propenſione ad peccatum.* Epiphanius in Ancorato: Προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, οὐχ ἡ θεότης ἡλικίας ἐπιδεχομένη, (commodiùs fortè legeretur ἐπιδεομένη) ὅτε σοφίας ὑστεροῦσα, ἡ οὖσα σοφία ὅλη. Σοφία δὲ προέκοπτεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρώπησις. Proficiebat ſapientia & ætate, *non deitas, quaſi ætatis acceſſione egeat: ſed nec quaſi ſapientiæ ea defectum ullum nôrit; quæ eſt tota ſapientia: verùm ſapientiâ proficiebat Salvatoris noſtri humanitas.* Leontius de ſectis, act. poſtrema: Καὶ ἡ γραφὴ λέγει περὶ αὐτοῦ, ὅτι προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, δηλονότι ἐκεῖνο μανθάνων, ὅπερ ἠγνόει. *Scriptura etiam de ipſo dicit*, eum profeciſſe ætate & ſapientiâ, *illud nimirum diſcens, quod ignorabat.* Vide inſuper Cyrillum Alex. in Actis Synodi Epheſinæ pag 151. & Epiphanium hæreſi 77. Hoc ergo vult Evangeliſta, Chriſtum prout *ætate*, ita & *ſapientiâ* pariter *creviſſe.* Proinde & Codices quidam; ut Cl. Gatakerus monet; ſic efferunt: Προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, quemadmodum etiam legerunt Nyſſenus & Leontius, quorum teſtimonia adduximus; alii, προέκοπτεν ἐν τῇ ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ. Ita Ambroſius de Incarnat. ſacram. cap. 7. Jeſus proficiebat ætate & ſapientiâ: *quomodo proficiebat ſapientia Dei? Doceat te ordo verborum. Profectus* ætatis, *& profectus* ſapientiæ, *ſed humanæ eſt. Ideò* ætatem *antè præmiſit, ut ſecundum hominem crederes dictum.* Ætas *enim non divinitatis, ſed corporis eſt. Ergo ſi proficiebat ætate hominis,*

nis, proficiebat ſapientiâ hominis. Auguſtinus itidem epiſt. 3. hunc locum ob oculos habens: *Ille in ſuo corpore numeros temporum menſuráſque ſervavit ætatum, qui ſine ulla ſui mutabilitate mutando contexuit ordinem ſeculorum: hoc enim crevit in tempore, quod cœpit ex tempore.*

4. Claſſis argumentorum ea continet Scripturæ loca, in quibus Filius Dei vocatur ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, & εἰκὼν τοῦ θεοῦ.

a. Quia in Filio Dei reſplendet gloria ac majeſtas Patris, alioquin ἀορίστου καὶ ἀοράτου, hinc ad Hebræos 1: 3. dicitur eſſe ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, ex qua appellatione veteres Filii Deitatem variè probant. Theodoretus in cap. 1. epiſtolæ ad Hebræos, ita argumentatur: Τὸ ἀπαύγασμα καὶ ἐκ τοῦ πυρός ἐστι, καὶ σὺν τῷ πυρί ἐστι· καὶ αἴτιον μὲν ἔχει τὸ πῦρ, ἀχώριστον δέ ἐστι τοῦ πυρός· ἐξ οὗ γὰρ τὸ πῦρ, ἐξ ἐκείνου καὶ τὸ ἀπαύγασμα. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν δυνατόν εἶναί τι ἔκ τινος, καὶ συνυπάρχειν τούτῳ ἐξ οὗπερ ἐστὶ, μὴ ἀμφιβάλῃς, φησὶν, ὡς ὁ θεὸς λόγος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ Υἱὸς, καὶ γεγέννηται ὡς υἱὸς, καὶ συνυπάρχει τῷ γεγεννηκότι, ὡς λόγος, ὃς ἀπαύγασμα δόξης. ἐξ οὗ γὰρ ἡ δόξα, ἐξ ἐκείνου καὶ τὸ ἀπαύγασμα· ἀεὶ δὲ ἡ δόξα, ἀεὶ τοίνυν καὶ τὸ ἀπαύγασμα· καὶ τῷ πυρὶ δὲ ὁμοφυὲς τὸ ἀπαύγασμα· ἐκεῖθεν καὶ ὁ Υἱὸς τῷ πατρί. *Splendor & ex igne eſt, & eſt cum igne: & cauſſam quidem habet ignem, non poteſt autem ab igne ſeparari: ex quo enim eſt ignis, ex eo etiam eſt ſplendor. Si ergo in ſenſilibus poteſt eſſe aliquid, quod ex aliquo ſit, & unâ cum eo ſit, ex quo eſt: ne dubites, inquit, Deum Verbum, unigenitum Dei Filium, & genitum eſſe ut filium, & cum eo qui genuit unâ eſſe, ut Verbum, quod eſt* ſplendor gloriæ. *Ex quo enim gloria, ex eo etiam eſt ſplendor. Ejuſdem etiam naturæ eſt ſplendor cum igne: ergo etiam Filius cum Patre.* Eodem ferè modo ſcribit idem in epitome divin. Decret. cap. 2. pag. 256. Τὸ ἀπαύγασμα καὶ ἐκ τοῦ πυρὸς ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καὶ τῷ πυρὶ συνυπάρχει· συμπέφυκε γὰρ τῷ πυρὶ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ἡ ἀκτὶς τῷ ἡλίῳ. ἐξ οὗ γὰρ ἥλιος, ἐξ ἐκείνου καὶ ἀκτῖνες· ἀλλ' αἴτιος τῶν ἀκτίνων ὁ ἥλιος, καὶ τὸ πῦρ τοῦ ἀπαυγάσματος· οὐ γὰρ ἥλιος ἐξ ἀκτίνων, ἀλλ' ἀκτῖνες ἐκ τοῦ ἡλίου γεννῶνται, καὶ τὸ ἀπαύγασμα ἐκ τοῦ πυρὸς φύεται· οὕτως ὁ μονογενὴς Υἱὸς γεγέννηται μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, σύνεστι δὲ τῷ νῷ, ὡς ὁ λόγος τῷ γεγεννηκότι, καὶ τὸ ἀπαύγασμα τῷ πυρὶ, καὶ ἡ ἀκτὶς τῷ ἡλίῳ. *Splendor & ſuam habet ab igne exſiſtentiam, & cum igne coëxſiſtit. Simul enim eſt naturâ ſuâ ſplendor cum igne, & radius cum ſole. Ex quo enim eſt ſol, ex illo & radii: ſed radiorum cauſſa eſt ſol, & ignis ſplendoris. Neque enim ex radiis ſol, ſed radii gignuntur ex ſole, & ſplendor ex igne naſcitur. Sic unigenitus Filius, genitus quidem eſt ex Patre: ſimul autem eſt cum mente, ſicut Verbum cum eo, qui genuit, & ſplendor cum igne, & radius cum*

ſole. Et paulò poſt: Τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης διδάσκει τὸ συναΐδιον. Splendor gloriæ, *docet eum eſſe coæternum.* Iterum Theodoretus θεραπευτ. ſerm. 2. *Filius vocatur* ἀπαύγασμα δόξης, ὡς συναΐδιος ὢν τῷ γεννήσαντος, *ſplendor gloriæ, ut qui genitori ſit coæternus.* Conſentiunt Patres alii. Greg. Nyſſenus tom. 2. contra Apollinarem, pag. 47. & 48. Ὥςπερ συγγενῶς ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον ἀκτὶς, καὶ πρὸς τὸν λύχνου τὸ ἀπαυγαζόμενον Φῶς. — Οὕτω καὶ τὸ παρὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπαύγασθὲν Φῶς· οἵα γὰρ ἡ δόξα, τοιοῦτον δηλονότι καὶ τὸ ἀπαύγασμα. *Ut radius cognationem habet cum ſole, & cum lucerna lumen, quod ex ea reſplendet: — ita planè lumen, quod à gloria Patris reſplenduit. Qualis enim eſt gloria, talis utique eſt ſplendor.* Vide eundem Orat. 8. adv. Eunomium, tomo eodem, pag. 624. & lib. 1. contra Eunomium, t. 2. pag. 417. & de perfecta Chriſtiani forma, t. 3. pag. 284. Theophylactum item in cap. 1. ad Hebræos, pag. 877. ex Chryſoſtomi homilia 2. in eandem epiſtolam: & Theodotum, Ancyræ epiſcopum, in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 262. Confer imprimis, quæ dicta ſunt ſuprà cap. 3. num. 11. 2: 4. Orthodoxè igitur, & ex ſenſu horum Eccleſiæ Doctorum, ad locum Apoſtoli Bullingerus noſter. *Demonſtrat*, inquit, *Apoſtolus, Filium Dei Deo æqualem eſſe. Nam ſicut* ſplendor, ἀπαύγασμα, refulgentia, fulgor, *ſive* radius *ex ſole emicat: ſic etiam Filius ex ſeipſo non exſiſtit, ſed ex Patre genitus eſt. Et ſicut radius à ſole non ſeparatur, ſic neque à Patre Filius dividitur. Interim ſphæra ſive globus ſolis non eſt radius, neque radius globus, & neutrum horum calor, neque calor globus aut radius: ſunt tamen hæc tria, non tres ſoles, ſed unus ſol. Sic utique & una eſt magnifica gloria, (hoc enim nomine decorat Apoſtolus Deum) non duæ, vel tres: ſubſtantiæ tamen vel perſonæ ex illa duæ, verùm ab ea prorſus non ſunt ſeparatæ. Hinc Tertullianus, adverſus Praxeam.* Nec dubitaverim, *inquit*, Filium dicere, & radicis fruticem, & fontis fluvium, & ſolis radium. Quia omnis origo parens eſt, & omne quod ex origine profertur, progenies eſt. Multò magis ſermo Dei, qui etiam propriè nomen Filii accepit. Nec frutex tamen à radice, nec fluvius à fonte, nec radius à ſole diſcernitur: ſicut neque à Deo ſermo. Igitur ſecundum horum exemplorum formam profiteor me duos dicere, Deum & Sermonem ejus, Patrem & Filium ipſius. Nam & radix & frutex, duæ res ſunt, ſed conjunctæ. Et fons & flumen duæ ſpecies ſunt, ſed indiviſæ. Et ſol & radius duæ formæ ſunt, ſed cohærentes. Omne quod prodit ex aliquo, ſecundum ſit ejus neceſſe eſt de quo prodit, non tamen ideo eſt ſeparatum. Secundus autem ubi eſt, duo ſunt: & ter-

& tertius ubi eſt, treis ſunt. Tertius enim eſt Spiritus à Deo & Filio: ſicut tertius à radice fructus ex frutice: & tertius à fonte rivus ex flumine: & tertius à ſole apex ex radio: nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates ſuas ducit. Ita Trinitas per conſertos & connexos gradus à Patre decurrens, & monarchiæ nihil obſtrepit, & οἰκονομίας ſtatum protegit, &c. Lib. adv. Praxeam, cap 8. pag. 847.

b. Εἰκὼν τοῦ θεοῦ, *imago Dei*, appellatur Chriſtus 2 Corinth. 4:4. & ad Coloſſ. 1:15. idque reſpectu naturæ divinæ. Unde iterum veteres optimo concluſerunt jure, eum eſſe verum Deum. Ad priorem locum Theodoretus, pag. 226. Εἰκόνα τοῦ θεοῦ τὸν χριστὸν, ὡς θεὸν ἐκ θεοῦ, προσηγόρευσεν· ἐν ἑαυτῷ γὰρ δείκνυσι τὸν πατέρα, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. *Chriſtum* Dei imaginem, *utpote Deum de Deo, appellavit. In ſe ipſo enim Patrem oſtendit: unde dicit*, Qui me vidit, vidit Patrem. Chryſoſtomus ad eundem locum dicit, Apoſtolum vocare εἰκόνα, τὸ κατὰ πᾶν ἴσον καὶ ὅμοιον, *quod in omnibus eſt æquale & ſimile.* Vide eundem, ut & Theodoretum atque Theophylactum ad Coloſſ. 1:15. Epiphanius hæreſi 65. pag. 266. Εἰκὼν θεοῦ τοῦ ἀοράτου, οὐ παράδειγμα εἰκόνος, οὐκ εἰκὼν εἰκόνος, οὐκ ἀνόμοιος, ἀλλ' εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, ἵνα τὸ ἀπαράλλακτον δείξῃ τῆς ἀπὸ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀχρόνου γεννήσεως ἐν ἀληθείᾳ. *Imago Dei inviſibilis* ſc. Filius eſt, *non exemplum imaginis, non imago imaginis, ſed imago Patris, ut oſtendat indiſcretam ſimilitudinem generationis ſine principio & ſine tempore factæ in veritate.* Origenes lib. 6. contra Celſum, pag. 319. Εἰκὼν τοῦ θεοῦ ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεώς ἐστιν, ὁ αὐτολόγος, ἡ αὐτοαλήθεια, ἔτι δὲ καὶ αὐτοσοφία. *Imago Dei primogenitus omnis creaturæ eſt, ipſum Verbum, ipſa veritas, ipſa ſapientia.* Baſilius Cæſar. lib. 1. contra Eunomium, pag. 28. ad locum Apoſtoli Coloſſ. 1:15. hæc habet: Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου· εἰκὼν οὐκ ἄψυχος, οὐδὲ χειρόκμητος· οὐδὲ τέχνης ἔργον καὶ ἐπινοίας· ἀλλὰ εἰκὼν ζῶσα, μᾶλλον δὲ αὐτοοῦσα ζωὴ, οὐκ ἐν σχήματος ὁμοιότητι, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ τὸ ἀπαράλλακτον αὐτὴ διασώζουσα. Qui eſt imago Dei inviſibilis: *imago non inanimata, nec manu fabricata, nec artis & commentationis opus, ſed imago vivens, imò verò ipſa vita, non in figuræ ſimilitudine, ſed in ipſa ſubſtantia indiſcretam ſimilitudinem ſervans.* Notanda apud Baſilium & Epiphanium vox ἀπαράλλακτος. De ea Heſychius: Ἀπαραλλάκτῳ, ὁμοίῳ, κατὰ μηδὲν παραλλάσσοντι. *Simili, nulla in re, nullo modo variante, vel diſſimili.* Idem: Ἀπαράλλακτον, ἀλλοιωτόν. Ita etiam Phavorinus, & ex utroque Lexicographi quidam. Malè. Subſtituendum ἀναλλοίωτον, quod idem atque ἀπαράλλακτον. Idem Heſychius: Ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον· τὸ μὴ ἀλλοιούμενον,

λοιώμενον, vel ἡλλοιωμένον, ὃ ἐςιν ἄλλο ἐξ ἄλλου γινόμενον. Ita enim hæc legenda. *Immutabile, quod non mutatur, quod eſt aliud ex alio factum*, nempe ἀλλοιώμενον. Epithetum, quod ſoli competit Deo. Ἀπαράλλακτον ergo eſt, *quod alteri prorſus, omni modo, omnino, nullo mutato eſt ſimile: quod in nullo ab altero quopiam diverſum aut varium eſt.* Jam, quia Filius Patri eſt ὁμοούσιος, ut ſequenti capite demonſtrabimus, vocatur Patris ἀπαράλλακτος εἰκών. Chryſoſtomus apud Oecumenium in 2 Corinth. 4. pag. 520. Τ'ιὸς εἰκών ἐςι τοῦ Πατρὸς ἀπαράλλακτος. *Filius eſt imago Patri per omnia ſimilis.* Athanaſius Orat. 3. contra Arianos. t. 1. pag. 404 dicit *Filium* ἐμφέρειαν καὶ εἰκόνα ἀπαράλλακτον σώζειν πρὸς τὸν πατέρα, *ſimilitudinem & imaginem Patri per omnia ſimilem habere.* Ita etiam alii paſſim loquuntur.

5. Claſſis continet enumerationem operum, quæ cùm ſoli Deo conveniant, Chriſto tamen tribuuntur in Scripturis. Atque hîc occurrit.

a. Creatio, quæ ſoli competit Deo, cùm ſit actio infinitæ & omnipotentis virtutis: unde eam ſibi etiam vendicat, tanquam ſibi ἀκοινωνήτως propriam Jeſajæ 44:24. Vide ſuprà cap. 5. Optimè Cyrillus Alex. Dial. 3. de SS. Trinitate, pag. 493. argumentatur: Εἴπερ τῳ φαίνοιτο προσὸν τὸ ἰσουργεῖν δύνασθαι τῷ θεῷ, ἰσοκλεὴς πάντως του, καὶ ἕτερον οὐδὲν εἴη ἂν, ἢ θεός. *Si quis æquali cum Deo operandi vi polleat, æquali utique gloria præditus erit, neque aliud erit, quàm Deus. Creationem hominis Filio tribui*, ex antiquitate demonſtravimus cap. 3. num. 11. 2. 1. *Eundem cœli & terræ creatorum eſſe*, in Scripturis diſertiùs perhibetur, quàm ut eorum teſtimonia omnis hæreticorum ſophiſtice eludere poſſit: *omnia* enim *per eum condita* dicuntur Joh. 1:3. Ad quem locum Theodorus Mopsveſtenus in Catena in Johannem, pag. 16. Οὗτος ἀεὶ συνῆν τῷ πατρὶ, ὡς ὅμοιος τὴν φύσιν, ὡς κοινωνὸς τῆς δημιουργίας, ὡς συνὼν μὲν ἀεὶ, συνεργασάμενος δὲ, ὅτε ἔδει γενέσθαι τὰ ὄντα. Σαφῶς δὲ ἔδειξεν, ὅτι τὸ Δι' ΑΥΤΟΥ, οὐ διακονίας ἕνεκεν αὐτῷ κεῖται, ἀλλὰ συνεργείας. Καὶ τὸ μηδὲν ὑφεξαιρεῖσθαι τῆς αὐτοῦ ποιήσεως τῶν γεγονότων, τὸ ἐπαγαγεῖν· Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ ἐγένετο. *Hoc* Verbum *Patri ſemper coëxſiſtebat, ut quod & naturam & operationem cum eo haberet communem; quod, inquam, ipſi quidem ſemper aderat, cooperabatur autem ipſi, quando res omnes produci conveniebat. Manifeſtè autem oſtendit, illud*, per ipſum, *non propter ejus miniſterium appoſitum eſſe, ſed propter cooperationem. Et ut nihil eorum, quæ facta ſunt, ab ipſius fabricatione eximeretur, ſubdit*, Et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Cyrillus Alexand. ibidem: Ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάντα φησὶ, πάντως δήπου καὶ ὑπουργὸς ἡμῖν, καὶ ἀλλοτρίων θελημάτων ὑπηρέτης εἰσβήσεται,

ται, ἵνα μηκέτι κατὰ φύσιν νοῆται δημιουργός· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς καὶ μόνος ὑπάρχων τοῦ θεῖ καὶ Πατρός, ὡς Υἱὸς μονογενὴς τὰ πάντα ἐργάζεται, συνεργοῦντι καὶ συνόντος αὐτῷ τῷ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Non quia* omnia per ipsum facta *dicit, idcirco servum & alienæ voluntatis ipsum cogitemus, ne naturâ suâ conditor haberi desinat: quin imò ipse solus virtus existens Dei & Patris, ut Filius unigena omnia operatur, Patre videlicet & coexsistente ipsi Patre & Spiritu Sancto.* Et mox: Τοῦ γοῦν τοῦ Πατρός, ὁ Υἱὸς ἐργάσεται ὡς Φυσικὴ τε καὶ οὐσιώδης δύναμις καὶ ὑπάρξεως αὐτοῦ. *Operante Patre etiam Filius operabitur, tanquam naturalis & essentialis & exsistentiam habens virtus ipsius.* Theophylactus in Joh. pag. 559. fusè hunc locum exponit, & ab Arianorum corruptela vindicat. Inter alia: ὁ Εὐαγγελιστὴς εἰπὼν, διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάντα, ἐδήλωσεν, ὅτι ὁ πατὴρ μεσίτῃ αὐτῷ πρὸς τὴν κτίσιν, ἵν' οὕτως εἴπω, ἐχρήσατο ὡς ἐλάττονι αὐτῷ, ἀλλὰ ὡς μᾶλλον ἰσοδυνάμῳ, καὶ ὡς ἰσχύοντι τηλικαύτην ἐπιτῆναι. *Quando Euangelista dicit,* per Filium omnia esse facta, *significavit, Patrem mediatore illo; ut ita dicam; ad rerum creationem usum, non se minore, sed æqualem potestatem potiùs habente, & ut talia perficere.* Ita ad Coloss. 1: 16. itidem de Filio: Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὴν ἔκτισαι. Ad quem locum Theophylactus, pag. 636. τὸ, ἐν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ, δι' αὐτοῦ. *Istud,* in ipso, *pro,* per ipsum. Et paulò post: Ὅπερ ἀνωτέρω εἶπεν, ἐν αὐτῷ, τοῦτο νῦν λέγει, δι' αὐτοῦ. Πάντα οὖν ὅσα γέγονε, δι' αὐτοῦ ἔκτισαι. *Quod suprà dixerat* in ipso, *id nunc dicit,* per ipsum. *Omnia igitur quæcunque facta sunt per ipsum sunt condita.* Confer etiam ad Hebræos 1: 2. Et ne cavillentur Ariani, per eum non tanquam causſam principem, sed instrumentalem, ὀργανον & ὑπουργὸν omnia fuisse creata, ad Hebræos 1: 10. Christo adhuc dicitur locus iste Psal. 102: 26. *Tu in principio, Domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.* Hoc observat Theophylactus, pag. 884. scribit: Τοῦτο δὲ πρὸς τὸν λεγόμενον, Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. *Istud est contra Arium, qui ipsum ministrum vel potiùs instrumentum faciebat, eò quòd suprà dictum,* per quem & fecit. Joh. 5: 19. Quæcunque Pater facit, hæc etiam Filius pariter facit. Unde non dicitur ὅμοια ποιεῖν, pariter, *unà & conjunctim cum Patre, quoniam Pater quoniam eadem est utriusque potentia.* Nazianzenus Orat. 36. pag. 584. Οὕτω γὰρ ἐγὼ δέχομαι τὸ, ἅπερ ὑπὸ τοῦ

τρὸς γίνεται, ταῦτα καὶ τὸν Υἱὸν ὁμοίως ποιεῖν, ὃ κατὰ τὴν τῶν γινομένων ὁμοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἐξουσίας ὁμοτιμίαν. *Ita enim ego hæc accipio;* Quæcunque Pater facit, hæc etiam Filius pariter facit, *non quòd similia sint utriusque opera, sed quod par sit utriusque potestas atque auctoritas.* Ad integrum comma illud 19. notatu digna illa Theophylacti, pag. 629. Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, καθὸ οὐδὲν ἀλλότριον, οὐδὲ ξένον τοῦ Πατρὸς ἔχει, ἀλλὰ πάντα ἔοικε τῷ πατρὶ, καὶ οὐκ ἄλλην ἔχει οὐσίαν, ἵνα καὶ ἄλλην δύναμιν ἔχῃ, καὶ ἀκολούθως ἄλλην ἐνέργειαν, ἀλλ' ἐπεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει οὐσίαν, τὴν αὐτὴν ἔχει καὶ δύναμιν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰ αὐτὰ ἐνεργεῖ, καὶ οὐ δύναται ἄλλο τι ποιῆσαι, παρ' ὃ ὁ πατὴρ ποιεῖ· οὐ γὰρ ἄλλην δύναμιν ἔχει ἢ ὑποδεεστέραν, ἢ ὑπερτέραν τῆς πατρικῆς, ἀλλὰ μία οὐσία, μία δύναμις, μία ἐνέργεια Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Non potest Filius à se ipso facere aliquid, *quatenus nihil alienum vel peregrinum habet à Patre, sed per omnia similis est Patri: neque aliam habet substantiam, ut & aliam virtutem habeat, & consequenter aliam operationem; sed quia eandem habet substantiam, eandem habet & virtutem: & propter hoc etiam eadem operatur, & non potest aliud quid facere præter id, quod Pater facit. Non enim aliam virtutem habet, vel inferiorem, vel superiorem paterna; sed una est substantia, una virtus, una operatio Patris & Filii.* Isidorus Pelusiota epist. 253. lib. 1. pag. 92. Τὸ, ὃ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, οὐκ ἀσθενείας σημεῖον, ἀλλὰ τῷ μὴ ἐνδέχεσθαι, ἄλλην Πατρὸς, καὶ ἑτέραν Υἱοῦ εἶναι τὴν βούλησιν. *Hæc verba,* Non potest Filius à se ipso facere quidquam, *non sunt imbecillitatis signum, verùm illud indicant, fieri non posse, ut alia Patris, alia Filii sit voluntas.*

β. *Conservatio rerum omnium* soli Deo competit, sicut Creatio: est enim Conservatio quasi continuatio quædam illius actionis, per quam res acceperunt esse. In primo momento, quo res esse incipit, dicitur Creatio, in progressu autem & continuatione Conservatio. Ut ergo solus Deus res omnes creavit, ita solus eas conservat, adeò ut si vel ad momentum virtutem suam subtraheret, statim collaberentur res omnes, & in nihilum reciderent, juxta illud Actor. 17: 28. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν. *In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus:* quod nonnisi de rerum omnium conservatione potest intelligi, quæ, ut dictum, Deo soli competit. Chrysostomus πρὸς τὰς σκανδαλισθέντας, cap. 2. t. 7. pag. 3. Αὐτὸς δημιουργὸς, αὐτὸς αὐτὰ οὐκ ὄντα παρήγαγε, καὶ αὐτὸς παραχθέντα διακρατεῖ καὶ διατηρεῖ ὡς βούλεται· αὐτὸς καὶ δημιουργὸς καὶ διακρατῶν καὶ συνέχων τὰ πάντα. *Ipse est conditor, ipse omnia, cùm non essent, produxit, & ipse producta conservat, & tuetur ut vult. Ille est conditor, & cuncta continet atque conser-*

conservat. Idem homil. 40. t. 5. pag. 270. Θεὸς δὲ μόνον παρήγαγε τὴν ἀλλὰ καὶ παραχλεύσαν αὐτὴν συγκρατεῖ. *Deus res creatas non tantùm produxit, sed etiam productas continet atque conservat.* At Christo etiam venit rerum omnium conservatio: dicitur enim Φέρειν τὰ πάντα τῷ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ad Hebr. 1: 3. Ad quæ Theophylactus, pa gestat verbo, *id est, gubernat, continet.* Joh. 5: 17. Ὁ πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. *Pater meus usque adhuc operatur, & ego* Hoc intelligi debet de vi & influxione illa, quam rebus omnibus sinuat Deus, ut eas moderetur, jugique successione conservet: Chrysostomus homil. 10. in Genesin, pag. 63. ait. Τὴν διηνεκῆ αὐτοῦ providentiam nobis declarat, & operationem vocat, creata conserva- homil. 38. in Joh. Τίς ὁ τρόπος τῆς ἐργασίας; Προνοεῖ, συγκρατεῖ τὰ γενόμενα, καὶ λίμνας, καὶ ποταμοὺς, καὶ ὑετοὺς, καὶ Φύσεως δρόμου· τὸν ἐν τοῖς σπέρμασι τῶν συνέχοντα, μάνθανε τὴν διηνεκῆ ἐργασίαν. *Quis est modus* operationis? *Providet, omnia creata conservat. Cùm igitur solem orientem, lunam, flagna, fontes, fluvios, pluvias, naturæ vim in seminibus, in & brutorum corporibus, cætera omnia, quibus hoc totum constat, vides tollige perpetuam operationem.* Nazianzenus Orat. 36. pag. 584 Ἐργ κατὰ τὴν ὧν ποτοίησεν οἰκονομίαν τε καὶ συντήρησιν. Operatur *ratione gu tionis & conservationis eorum, quæ creavit.* Cyrillus Alex. lib. 5. d nitate, pag. 581. Ἰσοτενῶς τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν ποιουμένους εὑρήσομεν, Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν. *Æqualiter providere universitati comperiemus & Patrem & Filium.*

γ. *Patratio miraculorum* est actio merè divina. *Miraculum* au cum Augustino, lib. 3. de Trinitate, cap. 4. vocamus *aliquid ar insolitum, supra facultatem naturæ & spem mirantis apparens.* Th tus, Ancyræ episcopus, in Actis Ephesinis, pag. 262. Σημεῖον κα ὑπὲρ τὴν συνήθη Φύσιν γενόμενον· καὶ ὅτι μὲν ἐγένετο ἴσμεν, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἴσμεν. Signum *vocatur, quod præter naturam factum est: & quo dem factum esse scimus, ejus verò modum ignoramus.* Item ibidem: Μιράκουλον καλεῖται, λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις οὐκ ἐρευνώμενον. Miraculum *vocatur, qu*

tione humana inveſtigari nequit. Unde idem, pag. 261. Πράγματος, οὗ τὸν λόγον ἐπιγινώσκομεν, τούτου ἡ Φύσις οὐ θαῦμά ἐςιν, οὐδὲ σημεῖον. *Rei, cujus rationem cognoſcimus, natura, neque miraculum, neque ſignum eſt.* Miraculorum autem patrationem ſoli convenire Deo, vel inde patet, quia Miraculum eſt ὑπὲρ τὴν συνήθη Φύσιν γεγενημένον, quia totius naturæ vires excedit. Nulla autem creatura propriis viribus poteſt agere ſupra ordinem totius naturæ: ſic enim ageret ultra proprias vires, cùm omnis creatura contineatur ſub univerſali naturæ ordine. Deinde Deus hoc ſibi ἀκοινωνήτως proprium vindicat, poſſe aliquid agere ὑπὲρ vel παρὰ Φύσιν, natura rerum non hominibus, non Angelis, ſed Dei unius mandatis obſequente. Sic Pſal. 72: 18. *Benedictus Deus Iſraëlis, qui facit mirabilia ſolus.* Et Pſal. 136: 4. itidem de Deo: *Qui facit mirabilia magna opera ſolus.* Ad poſteriorem locum eruditè Theodoretus, pag. 937. Μεγαλουργίαι καὶ αἱ τῶν εὐνῶν αὐτοῦ θεραπόντων· ἀλλὰ θεῖα καλοῦμεν καὶ τὰ Μωϋσέως, καὶ τὰ Ἰησοῦ, καὶ τὰ Ἠλίου θαυμάσια ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν ἀποςόλων γεγενημένα σημεῖα. Εἰκότως τοίνυν αὐτὸν ὁ προφήτης μόνον ἔφη τῶν μεγάλων θαυμάτων δημιουργόν. *Magna opera etiam ſunt benevolorum ſervorum ejus. Sed* divina *vocamus Moſis, Joſuæ, & Eliæ mirabilia: nec non ſigna, quæ à ſanctis Apoſtolis ſunt facta. Jure igitur Propheta* ipſum ſolum *dixit* magnorum miraculorum *opificem eſſe.* Vult, mirabilia, quæ à Sanctis Dei ſervis patrantur, eſſe Θεῖα, *divina*, quia Deum habeant Autorem; quia ipſe Deus ad ea edenda ſervis ſuis, tanquam inſtrumentis, ſit uſus. Rectè etiam Lyranus ad eundem locum: *Mirabile dicitur alicui, quod tranſcendit cognitionem ejus: & ideo aliqua ſunt mirabilia ſimplicibus, quæ non ſunt mirabilia ſapientibus, ſicut eclipſis ſolis aut lunæ mirabilis eſt laico, non autem aſtrologo. Et per hunc modum aliqua ſunt mirabilia hominibus, non tamen Angelis. Illa verò ſunt* mirabilia *ſimpliciter, ſive* magna, *quæ tranſcendunt facultatem totius naturæ creatæ: & hæc ſunt ſoli Deo poſſibilia.* Quod ſi jam probetur, etiam Chriſtum *magna* edidiſſe *mirabilia*, patebit omnino, eum eſſe verum & æternum Deum. Chriſtum autem ejuſmodi miracula propria virtute patrâſſe, ex hiſtoria Evangelica liquet. Sic ægri graviſſimis liberantur morbis, modò verbo Chriſti nudo: tum præſentes, ut paralyticus Matth. 9: 6, 7. tum abſentes, ut Centurionis famulus Matth. 8: 13. modò per contactum, ut ſocrus Petri Matth. 8: 15. duo cæci Matth. 9: 28, 29. & mulier αἱμοῤῥοοῦσα Matth. 9: 22. Alia miracula nunc taceo. Huc facit, quod veteres de τυφλῷ ἐκ γενετῆς, Joh. 9: 1. ſtatuunt, non viſum modò illi datum, ſed & oculos à Domino formatos & crea-

& creatos esse. Cyprianus lib. de bono Patientiæ, pag. 316. *Cæci oculos Christus formavit.* Asterius homil. *in cæcum à nativitate* Bibliotheca Photii Cod. 271. pag. 1504. Τὸ πάθος, Φησὶν ὁ Χριστὸς, τυφλοῦ οὐχ ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἀντίδοσις, ἀλλ' ἑτοιμασία μελλούσης οἰκονομίας τε διαπραττούσης, καὶ ὅτως ὁ κτίσης τῶν ὅλων μετὰ τὴν πρώτην ποίησιν εὑρὼν δημιουργεῖν ἀφορμάς. *Cæcitas, ait Christus, non propter peccata accidit præparatio est futuræ dispensationis aliò tendentis, usque creator universi post primam creationem etiam nunc creandi occasionem inveniat.* Ἐπ principio omnia creavit, idem etiam hoîce formavit oculos. E etiam Chrysostomus respexit in Matth. cap. 14. cùm miraculum P δημιουργίαν ὀΦθαλμοῦ vocavit. Ὅτε, inquit, ὀφθαλμὸν ἐδημιούργησε *creavit oculum.* Et bene observat discrimen inter miracula Christi & ειας ἐθεράπευσε, καὶ οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, εὐχόμενοι. *Christus sua sanabat pot non sicut illi, precantes.* Ita etiam aliter Apostoli, aliter Christus mi patravit. Apostoli non per virtutem sibi naturaliter insitam, neque litus sibi realiter collatam; hæc enim est virtus infinita, cujus cr non est capax, nisi statuas creaturam Deitati secundum οὐσίαν exæ posse; sed per virtutem existentem in Christo: ipse namque disc suis autoritatem dedit in nomine ac virtute ipsius miracula edendi 10: 1. ubi Theophylactus, pag. 51. de Christo: Δίδωσιν αὐτοῖς τὸ θαυμα τουργεῖν, ὡς ἂν διὰ τῶν θαυμάτων κατατλήξαντες, πρὸς τὴν διδασκαλίαν ἔχωσι τοὺς ἀκροατάς. *Dedit eis virtutem miracula patrandi, ut per mir in admirationem adducerent, & magis obtemperantes doctrinæ haberent* tores. Hanc potestatem & virtutem à Christo datam agnoscunt Ap li, Petrus & Johannes, Act. 3: 12. dum negant, se ἰδίᾳ δυνάμει ἢ σ fanâsse claudum. Christus verò non aliena, sed propria, non adsci sed naturali virtute, naturæ ordinem immutavit: hoc enim effecit Deitatem in se σωματικῶς habitantem, & cum qua humanitas unum stitûit ὑΦιστάμενον. Hinc Eusebius hist. Eccles. lib. 10. cap. 4. pag. 1 cum vocat τὸν θαυματουργὸν, τὸν μεγαλουργὸν, *miracula edentem, rer magnarum auctorem.*

8. *Salvatio* est opus proprium Dei. *Solum Deum esse Salvatorem* fertiùs Scripturæ testantur, quàm ut in dubium revocari vel possit debeat. Vide Jesajæ 43: 11. cap. 45: 21 Hoseæ 13: 4. Christus aute est *Salvator*, ut nomen ejus sit *Jesus*, id est, *Salvator; quia non est* alio quoquam *salus.* Actor. 4: 12. Theodoretus ad Jes. 43: 11. pag.

Ἐγὼ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἔςαι παρὲξ ἐμοῦ σώζων. Καὶ ταῦτα τὴν μίαν κηρύττει θεότητα· ὅτι γὰρ καὶ ὁ δεσπότης χριςὸς Σωτὴρ ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς ὀνομάζεται, οἶμαι καὶ τὸς Ἀρείῳ καὶ τὸς Εὐνομίῳ συνομολογεῖν φοιτητάς. Εἰ δὲ παρὲξ αὐτοῦ σώζων οὐκ ἔςιν, σωτὴρ δὲ κύριος ὀνομάζεται, ἐξ ἐκείνης ἐςὶ δηλονότι τῆς φύσεως· εἰ δὲ οὐκ ἔςι κατὰ τὸν λόγον τῶν βλασφημούντων, οὐδὲ σωτήρ ἐςι κατὰ τὴν τῆς προφητείας ἀπόφασιν· εἰ δὲ σωτήρ ἐςι, τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐςὶν, ἧς μόνης ἐςὶ τὸ σώζειν. Ego Deus, & non eſt præter me Salvator. *Iſta itidem unam prædicant Deitatem: Dominum enim Chriſtum etiam à ſacra Scriptura* Salvatorem *nominari, Arii quoque & Eunomii arbitror confeſſuros diſcipulos. Quòdſi præter ipſum non eſt Salvator, & Salvator etiam Dominus appellatur, ex illa haud dubiè natura eſt. Si verò non eſt, ut dicunt blaſphemantes, nec Salvator ſecundum prophetiæ ſententiam. Si autem eſt Salvator, ejuſdem eſt naturæ, cujus ſolius eſt ſalvare.* Confer, quæ ſuprà cap. 6. num. 11. de nominibus Ἰησοῦς & Σωτὴρ dicta ſunt. Ut verò hoc capiamus faciliùs, *tres actus ad homines ſalvandos* requiri dicimus. *Primus* eſt ſalutis acquiſitio, ſeu impetratio, quod refertur ad jus meritúmque. *Secundus* eſt ſalutis impetratæ efficax communicatio: quia verò inter acquiſitionem ſalutis, ejúſque actualem communicationem fidem intercedere neceſſe eſt, quæ eſt vinculum noſtræ cum Chriſto συμφύσεως καὶ ἑνώσεως, & quia fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei ad Rom. 10: 17. ideò, ut ſalus impetrata nobis efficaciter communicetur, *tertius* actus neceſſarius, ut verbi præconio pulſentur aures noſtræ, mentéſque cœleſti luce perfundantur. His tribus actibus defungitur Chriſtus, ut Salvator: nullus autem horum à Chriſto perfici poteſt, niſi idem ſit Deus.

a. Docere intus, ingenium reddere attentum & docile, mentiſque tenebras diſcutere, novam lucem infundere, opus eſt divinum: ideò θεοδίδακτοι dicuntur fideles Joh. 6: 45. & Actor. 16: 14. dicitur Dominus *cor Lydiæ adaperuiſſe.* Et David Pſal. 119: 18. flagitat à Deo, *ut ſibi retegantur oculi*, &c. Ubi bene Theodoretus, pag. 882. Οὐχ ἅπαντες οἱ τοῖς θείοις ἐντυγχάνοντες λογίοις τὰ τούτων κατανοῦσι θαυμάσια, ἀλλ' οἱ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύοντες αἴγλης. *Non omnes, qui divina oracula legunt, horum mirabilia intelligunt, ſed qui ſuperno ſplendore perfruuntur.* Et Chryſoſtomus in eundem Pſalmum: Τοῖς ἐρευνῶσι τὰς γραφὰς χρεία τῆς ἄνωθεν αἴγλης, ἵνα καὶ εὕρωσι τὸ ζητούμενον, καὶ φυλάξωσι τὸ θηρώμενον. *Illis, qui Scripturas ſcrutantur, opus eſt cœleſti lumine, ut & quod quærunt, inveniant, & inventa cuſtodiant.* Iterum Theodoretus in cap. 14 Hoſeæ, pag. 747. Σοφίας καὶ συνέσεως δεῖ, καὶ εἰς τὴν γνῶσιν καὶ κατανόησιν τῶν θείων λογίων, καὶ εἰς τὴν

τὴν τούτων ἐκπλήρωσίν τε καὶ διατήρησιν· ἔστε γὰρ συνιέναι ταῦτα δυνατὸν τοῖς θείᾳ Πνεύματος τὴν αἴγλην μὴ δεξαμένοις, ἔστε Φυλάξαι, μὴ τῆς ἄνωθεν ἀπορ τας βοηθείας. *Sapientia & intelligentiâ opus est, ut divina eloquia cogni & intelligere, eademque implere & servare possimus: fieri enim neque ca ab iis intelligantur, qui Spiritus divini illuminationem non acce vel ab iis custodiantur, qui auxilio cœlesti destituuntur.* Hoc autem stat Christus, summus Ecclesiæ Doctor, & primus rerum divinar terpres & internuncius: dicitur enim *aperuisse mentes discipulorum telligerent Scripturas*, Lucæ 24:45. dicitur *mittere Spiritum Sanct mentes illuminet, & omnem veritatem doceat*, Joh. 16:7, 13. dicitur *zare Spiritu*, Matth. 3:11. Hinc ab Eusebio hist. Eccles. lib. 10. pag. 108. b. Christus appellatur ὁ τῆς θεογνωσίας εἰσηγητής, *cognitionis auctor*, ὁ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας διδάσκαλος, *veræ Dei cultus doctor frequenter* ὁ τῆς ψυχῆς ἰατρός, *animæ medicus*, ὅτι τὴν σάρκωσιν τὴν μονογενοῦς Φωταγωγεῖ τὰς ἀνθρώπους πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν, καὶ προτρέπει εἰδοκιμεῖν τῆς. *Incarnatio Unigeniti hominibus facem præfert ad veram Dei cognitionem, & ad omne genus virtutum.*

b. Idem dicendum est de impetratione & acquisitione salutis. Salutem non acquisivisset, nisi Dei iram sedâsset, ejusque justitiæ cumulatissimè satisfecisset. Iram autem Dei non sedâsset, nisi sacrificium obtulisset infinitæ virtutis & efficaciæ, ejúsque sacrificii non esset infinitæ virtutis, nisi se ipsum obtulisset, qui est verus Deus: efficaciæ enim sacrificii ex personæ, quæ se ipsum obtulit, dignitate est æstimanda, quod expendi vult Apostolus ad Hebræos 9:14. Plenissimè etiam non satisfecisset, nisi satisfactionem præstitisset, quæ sit in finiti valoris ad expiandum peccatum, quod est offensio infinitæ majestatis, pœnámque meretur infinitam. Non esset autem satisfactio dignitatis & meriti infiniti, nisi, qui se ipsum dedit λύτρον & ἀντίλυτρον pro peccatis, esset Deus: sanguis enim Christi non est λύτρον ἀντάξιον & ἀντίρροπον, sufficientissimum, nisi quatenus est sanguis Dei. Ideo *dicitur Deus sanguine suo redemisse Ecclesiam.* Actor. 20:28. Hoc confirmant sequentia Patrum dicta. Athanasius de Incarnatione Verbi contra Paulum Samosatensem: Ἀδύνατον ἐτέρως τὸ καθαρὸν καὶ ἀναμάρτητον ἐπ' ἀνθρωπίνης φύσεως παραδεχθῆναι, εἰ μὴ θεὸς ἐν σαρκὶ πιστεύοιτο εἶναι, ὁ τὴν ἀναμάρτητον ἄνεσιν εἰς τὸν κόσμον εἰσαγαγών, ἧς μετέχοντες σωζόμεθα. *Impossibile est aliter Puritatem & innocentiam in humana*

na natura exhiberi, nisi Deus credatur in carne fuisse, qui justitiam omni peccato liberam in mundum introduxit: cujus, quia participes redditi sumus, salvamur. Idem Dial. 5. de Trinitate, cùm Apollinarista objiceret, eum, qui à peccato liberat, superiorem esse Christo, atque adeò Christum non esse hominem, quia homo inferior peccato sit: Christum autem liberare à peccato, respondet: Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ψιλὸς ὁ χριστός· οὐδὲ γὰρ ἦν χριστὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, εἰ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος. Διὰ δὲ τοῦτο ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου χριστός, ἐπειδὴ ὁ θεὸς λόγος μορφὴν δούλου λαβὼν ἐγένετο χριστὸς ἄνθρωπος. *Non est sanè Christus nudus homo. Neque enim si duntaxat homo fuisset, sustulisset peccatum mundi. Per hoc autem sustulit Christus peccatum mundi, quòd Deus sermo, assumtâ servi formâ, factus est Christus homo.* Rursus ibidem, hæretico objicienti, Neminem, qui morti obnoxius sit, abolere mortem: at omnem hominem morti obnoxium esse; Christum verò abolere mortem, ac proinde non esse hominem; respondet Athanasius: Διὰ γὰρ τοῦτο, ἐπειδὴ οὐδεὶς ἀνθρώπων καταργεῖ θάνατον ὑπὸ θάνατον ὢν, ὁ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ Υἱὸς, Λόγος ὢν καὶ θεὸς, ἥνωσεν ἑαυτῷ τὸ ὑπὸ θάνατον, ἵνα ἐν τῷ θανάτῳ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου καταργήσῃ. *Quoniam nullus hominum, ut qui morti subsit, mortem abolet, idcirco immortalis Filius Dei, Verbum simul & Deus, sibi ipsi univit id, quod morti subest, ut in morte aboleret eum, qui mortis imperium habet.*

c. Communicatio verò salutis efficax nullo pacto præstari potest, nisi virtute prorsus divina & infinita. Ut enim salus nobis communicetur, necessarium est ingenitam nobis corruptionem paulatim enervari & debilitari, tandémque penitus aboleri, hominem totum immutari & innovari, ἀναγεννᾶσθαι, ἀναπλάσσεσθαι, ἀναμορφοῦσθαι, ἀνανεοῦσθαι, ἀνακαινίζεσθαι, fieri novam creaturam, imaginem Dei in cordibus nostris instaurari, hominem gloriosa immortalitate donari, corpora proinde fidelium in pulvere dormientia excitari, & à morte in vitam revocari, ut toti, corpore & anima, æternam adeant salutem. Qui hæc præstat, eum esse verum Deum, nemo est, qui ambigere possit. Christus autem hæc omnia facit. Nam

Remittit peccata, id est, absolvit à pœnis lege indictis, Lucæ 5: 24. Ephes. 1: 7. Macarius homil. 2. pag 24. de Christo: θεὸς μόνος ἆραι ἀφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν δύναται. *Solus Deus peccatum à nobis auferre potest.* Theophylactus in cap. 1. Lucæ, pag 313. Οὐκ ἂν ἄλλως ἐπεγνώσθη θεὸς εἶναι ὁ Κύριος, εἰ μὴ ἀφῆκε τὰς ἁμαρτίας τῷ λαῷ· θεοῦ γὰρ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας. *Non aliter Dominus agnitus fuisset esse Deus, nisi remisisset peccata populo. Dei enim est remittere peccata.*

Rege-

Regenerat hominem & Sanctificat, Ephes. 5:26. *Facit novas creaturas*. Dominus enim noster Jesus Christus propterea venit, ut naturam mutaret, renovaret, & animam hanc, affectibus perversam, reformaret, contemperans eam cum proprio Deitatis suæ Spiritu. In Christo Venit itaque, ut novam mentem, novam animam, novos oculos, novas aures, novas linguam Spiritualem, &, ut semel dicam, novos homines ei credentes efficeret.

2 Corinth. 5:17. & ad Gal. 6:15. Macarius homil. 44. pag. 502. ad rem locum: Ἐν χριστῷ καινὴ κτίσις. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς τοῦτο παραγέγονεν, ὥστε τὴν φύσιν μεταλλάξαι καὶ μεταβαλεῖν, καὶ ἀνακαινίσαι τὴν ψυχὴν ταύτην τὴν κατεσραμμένην τοῖς πάθεσι, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν συνάφειαν, κεράσας τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ πνεύματι τῆς θεότητος· καινὸν νοῦν, καὶ καινὴν γλῶτταν πνευματικὴν, καὶ καινοὺς ὀφθαλμοὺς, καινὰ ὦτα, καινὴν γλῶτταν πνευματικὴν, καὶ ἀπεργάσασθαι καινοὺς ἀνθρώπους τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, ἦλθεν ἀπεργάσασθαι. *Excitat à mortuis*, Joh. 6:40. Phil. 3:21. Ammonius ad priorem locum in Catena, pag. 186. Ζωοποιεῖ δὲ Υἱὸς τοὺς πιστοὺς, τοὺς φύσει φθαρτοὺς ἀνθρώπους μεταπλάττων εἰς ἀθανασίαν. *Filius credentes vivificat, naturâ suâ mortales ad immortalitatem reformans.* Sed de Resurrectione in specie agemus cap. 19.

Donat vitâ æterna Joh. 10:28. dicit Christus ac ovibus suis: Κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. Theodoretus ad Psal. 61:6. pag. 631. Κληρονομία ἀληθὴς, ἡ ἀιώνιος ζωή· περὶ ἧς ἔφη ὁ δεσπότης χριστὸς τοῖς ἐκ δεξιῶν ἀμνοῖς· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι —— ταύτην τὴν κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν δώσειν ὁ δεσπότης ὑπέσχετο. *Vera hæreditas est vita æterna: de quâ Dominus Christus agnis ad dextram ait:* Venite benedicti, &c. *Hanc hæreditatem Dominus timentibus eum se daturum promisit.* Idem ad Rom. 6:23. exultatur Theophylactus, pag. 60. ἐν εἶπεν, ἡ ἀντιμισθία ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ταῦτα πάντα ἐγένετο ἐν χριστῷ Ἰησοῦ· αὐτὸς γὰρ ταῦτα ἐνήργησε. *Non dixit* gratia. *Non enim retributionem & remunerationem, merces quæ est à Deo, sed ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων ἐλάβετε, ἀλλὰ χάριτα. pisis, sed ex gratia hæc omnia contigerunt in Christo Jesu: ipse enim hæc est operatus.* Marcus Eremita: Οὐκ ἔστι μισθὸς ἔργων τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀλλὰ χάρις δεσπότου, πιστοῖς δούλοις ἡτοιμασμένη. *Regnum cœlorum non est merces operum, sed gratia Domini fidelibus servis præparata.*

6. Classis argumenta continet petita à cultu, honore & adoratione divina ac religiosa, quæ Christo cum Patre & Spiritu Sancto communis est. De una indivisa adoratione, invocatione & collaudatione sanctissimæ Trinitatis,

tatis, & de δοξολογίᾳ, ſeu hymno glorificationis: item de Baptiſmo, in Filii etiam nomine adminiſtrando, vide ſuprà cap. 3. Quia idem cultus, idem honor Chriſto exhibendus, qui Deo Patri, hinc ei tribuitur τὸ ἀπαράλλακτον τῆς δόξης, *eadem gloria cum Patre.* Chryſoſtomus homil. contra Ignaviam, t. 2. edit. Pariſ. pag. 1059. Ἔρχεται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ὅρα τῆς δόξης τὸ ἀπαράλλακτον· οὐκ εἶπεν, ἐπὶ δόξῃ ὁμοίᾳ τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐπὶ τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός. *Venit Filius hominis* in gloria Patris ſui: *en gloriæ indiſcretam ſimilitudinem: non dixit* in gloria Patris gloriæ ſimili, *ſed* in gloria Patris. Eidem tribuitur τὸ τῆς τιμῆς ἀπαράλλακτον. Iterum Chryſoſtomus homil. 4 de Incomprehenſibili, t. 6. pag. 412. dicit, nos ex eo, quòd Filio Dei tribuatur θρόνος, καὶ ἡ ἐκ δεξιᾶς καθέδρα, colligere τὸ τῆς τιμῆς ἀπαράλλακτον καὶ ἴσον, *honorem prorſus ſimilem & æqualem*, ſc. Filium habere cum Patre. Ob eandem τῆς δόξης καὶ τιμῆς ἀπαραλλαξίαν Filius dicitur σύνθρονος vel ὁμόθρονος eſſe, σύνεδρος & πάρεδρος, nempe Patri. Chryſoſtomus homil 36. in Acta, pag. 814. Filium vocat γνήσιον παῖδα τοῦ Πατρὸς, καὶ σύνθρονον, *germanum Patris Filium, & ejuſdem throni participem.* Cyrillus Alex. lib. 3. in Joh. cap. 1. pag. 253. de Chriſto: ὁ βασιλεύων ἀεὶ μετὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ σύνθρονός τε καὶ σύνεδρος. *Qui ſemper cum Patre regnat, & in eodem throno, in eadem ſede conſidet.* Idem, in cap. 49. Jeſajæ, pag. 656. Ἔστι Θεὸς ὁ Λόγος ἰσοκλεὴς, καὶ ὁμόθρονος τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. *Eſt Deus Verbum, ejuſdem gloriæ & throni particeps cum Deo & Patre.* Nota vocem ἰσοκλεής. Heſychius: Ἰσόκελον καὶ ἰσοκλῆ· ἰσόδοξον. *Pari gloria nobilem: ejuſdem gloriæ.* Hen. Stephanus legit ἰσόκλεον. Malè: ſcribendum ἰσοκλέα καὶ ἰσοκλῆ, vel ἰσοκλεᾶ καὶ ἰσοκλεῆ, ab ἰσοκλεὴς, quod Suidas itidem interpretatur ἰσόδοξος. Cyrillus Alex. ad v. 34. cap. 10. Joh. pag. 670. de Filio Dei: Ὁμοούσιος Πατρὶ καὶ ἰσοκλεὴς, καὶ κατ' οὐδὲν ὅλως μειονεκτούμενος. *Ejuſdem eſſentiæ cum Patre, eique gloriâ par, nullâque prorſus re imminutus.* Et homil. Paſchali 15. pag. 204. iterum de Filio: Ἐπειδάν ἐστιν ὁμοούσιος καὶ ἰσοκλεὴς, ἀναγκαίως ἰσουργός τε καὶ ἰσοσθενής. *Quoniam ejuſdem eſſentiæ eſt & gloriæ cum Patre, neceſſariò etiam operatione & potentia eidem æqualis eſt.* Idem in cap. 40. Jeſajæ, pag. 507. etiam de Filio Dei: Καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, οἰκονομικῶς, ἔδειξεν ἑαυτὸν ἰσοσθενῆ, καὶ ἰσουργὸν, καὶ ἰσοκλεᾶ Θεῷ καὶ Πατρί. *Sicut & nos factus homo diſpenſatione, ſe potentia, operatione, & gloria Deo atque Patri æqualem declaravit.*

II. Altera Patrum aſſertio eſt, *Filium eſſe* θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός. Filius ergo, ut hæc quoque articulatim examinemus,

1. Eſt

1. Est Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Quando Nicæni Antistites in præcedentibus ruerunt, Christum esse θεὸν ἀληθινὸν, id fecerunt, ad adstruendam adversus Arianos ejus Deitatem: nunc verò eundem appellant Θεὸν ἐκ Θεοῦ denotandam ejus originem & emanationem à Patre. Hic verò omnia observandum est, vocem θεὸς modò ἀπλῶς, modò ὑποστατικῶς, modò οὐσιωδῶς sumi. Quando οὐσιωδῶς sumitur, ponitur ἀπλῶς, ejúsque laxior & communis significatio non restringitur & limitatur ad aliquam personam. Et Nyssenus tract. de hac acceptione Greg. Nazianzenus Orat. 36. pag. 589. Ὁ δὲ καὶ ὁ Θεὸς ὄνομα τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας. *Ens & Deus essentiæ nomina sunt.* Et τὸ θεὸς ὄνομα τῆς θείας οὐσίας σημαντικόν ἐστι, *Deus nomen essentiam significat.* adv. Græcos, statim in principio, t. 2. pag. 82. ἐξ ἀνάγκης ἓν τρεῖς ἐλέγομεν θεούς, ἐκ δηλωτικὸν ὑπῆρχε, τρία πρόσωπα λέγοντες, μίαν οὐσίαν ὁμολογοῦντες θεὸς ἐστι. *Si nomen Deus, personas denotaret, cùm tres personas dicimus, ex necessitate tres dicemus deos. Quòdsi verò nomen* Deus *essentiam designat, dum unam essentiam confitemur sanctæ Trinitatis, unum Deum merito glorificamus, quia unius essentiæ unum nomen,* Deus *est.* Quando verò ὑποστατικῶς accipitur, certam SS. Trinitatis personam designat. Damascenus lib. 3. orthod. fidei, cap. 11. pag. 217. Θεὸς καὶ τὸ κοινὸν τῆς Φύσεως σημαίνει, καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων τάττεται παρωνύμως, ὥσπερ καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ θείαν ἔχων Φύσιν, καὶ ἄνθρωπος ὁ ἀνθρωπίνην. Deus & communem naturam significat, & unamquamque hypostasin denominat, ut etiam homo. Deus enim est, & divinam habet naturam, & homo, qui humanam. Ita vox Πατὴρ aliquando sumitur οὐσιωδῶς, aliquando ὑποστατικῶς, ut docuimus cap. 4. Hoc loco, cùm Christus dicitur θεὸς ἐκ θεοῦ, particula ἐκ originem unius ab alio, ac proinde *personalem proprietatem* significat, & Filii, ita vocabulum θεὸς est ὀνόματα σχετικὸν, & *pro persona*, non *pro essentia* ponitur, ejúsque significatio restringitur ad denotandam personam Patris, qui est idem Deus per se, ista verò *Deus de Deo*, id est, Deus à Patre, quarum illa *Deus* generationem procedens. Quomodo dicatur Φῶς ἐκ Φωτὸς deinceps audiemus.

Quando verò dicitur θεὸς ἐκ θεοῦ, inde concludi videtur, eum non esse αὐτόθεον. Atque hoc minimè ἀνεξέταστον relinquendum. Genebrardus, ἀπατεττημένοις τῶν ταχυτειθῶν ἀεὶ, si quisquam alius, μυρίας διαβολὰς ἐπαντλεῖν, solitus, gravissimum impegit maximo Calvino crimen, quòd asseruerit, Filium Dei esse αὐτόθεον. Juréne verò, an injuriâ, paucis expendamus. Valentinus Gentilis, qui Serveti opiniones recoxit & interpolavit, asserebat

rebat *essentiam Filii ab essentia Patris profluxisse, ac proinde secundariam esse Filii essentiam:* dicebat, ut monstroso dogmati monstrosa fingeret vocabula, *Patrem esse essentiatorem, Filium essentiatum*, ac proinde solum Patrem esse αὐτόθεον, id est, *essentiatorem*, & *non essentiatum* ab alio: Filium autem negabat esse αὐτόθεον, quippe quem *essentiatum* ab alio dicebat, id est, ejusdem essentiam ab essentia Patris propagatam. Calvinus ex verbo Dei, & totius Ecclesiæ Orthodoxæ consensu asserit, eandem esse essentiam Patris & Filii, sed unicam, cujus æterna communicatione Pater Filium genuerat, ac proinde Filium esse αὐτόθεον, id est, *non essentiatum, nec deificatum ab alio.* Quid hic vel ipsa carpat nequitia? Qui non audirentur clamores, qui non contra Calvinum vibrarentur ἀναθεματισμοὶ, si Filium αὐτόθεον esse negâsset? Jam cùm veritatem doceat, id etiam invidia concoquere nequit. Bellarminus tamen, vi & evidentia veritatis victus, Calvinum, ab errore liberat lib. 2. de Christo. cap. 19.

Ut verò hæc controversia non tantùm sedetur, sed penitus tollatur, vocem αὐτόθεος duplici maximè significatu sumi observandum.

a. Αὐτόθεος idem significat, quod αὐτοσοφία, αὐτοδύναμις, αὐτοαλήθεια, αὐτοαρετὴ, αὐτοδικαιοσύνη, αὐτοφῶς. In his enim vocibus αὐτὸς denotat perfectionem increatam & infinitam; deinde excludit μετοχῆς & participationis modum. Hæc de Christo conjungit Athanasius Orat. contra Gentes, t. 1. pag. 5. ab eo enim vocatur αὐτοσοφία, αὐτολόγος, αὐτοδύναμις, αὐτοφῶς, αὐτοαλήθεια, αὐτοδικαιοσύνη, αὐτοαρετή. *Ipsa sapientia, ipsum Verbum, ipsa potentia, ipsum lumen, ipsa veritas, ipsa justitia, ipsa virtus.* Hoc sensu αὐτόθεος significat eum, *qui habet essentiam divinam increatam & infinitam.* Deinde, *qui eam habet communicatione, citra omnem caussalitatem & dependentiam.* Ejusmodi autem esse Filium, nemo negaverit, nisi qui voluerit ἀρειομανεῖν. Christus enim cùm sit verè & ὄντως Deus, non potest non habere deitatem infinitam & increatam æquè ac Pater. Deinde eam habet citra omnem caussalitatem & effectionem, quia Filius non est factus, sed genitus: non est à Patre δημιουργικῶς· sed Τικῶς & γεννητικῶς. Vide cap. præcedenti, sub numero 11. Hoc sensu Filius æquè est ἀγέννητος atque Pater, sed non ἀγέννητος: non est γενητὸς, sed γεννητός. Vide Observat. nostrarum cap. 6. Hoc sensu Calvinus Filium vocat αὐτόθεον, non alio. Nec primus ita locutus: Doctores habuit viros de orthodoxia, in ipsa primitiva Ecclesia, optimè meritos. Diserte Epiphanius hæresi 77. Ὁ θεὸς λόγος ἐν ἑαυτῷ ἔχων τὴν πᾶσαν τελειότητα αὐτοτέλειος

τέλειος ὢν, αὐτόθεος ὢν, αὐτοδύναμις, αὐτονοῦς, αὐτοφῶς. *Deus per se perfectus existens, per se Deus ipso omnem habens perfectionem per se perfectus existens, per se Deus potentia, per se mens, per se lux.* Eusebius hist. Eccles. lib. 10. pag. 109. a. ex oratione panegyrica de Ecclesiarum exstructione lino, Tyriorum Episcopo, nuncupata, ait Imperatores Christum & confiteri, ἐχ' οἷα κοινὸν ἐξ ἀνθρώπων βασιλέα γενόμενον. ἀλλ' οἷα τῶ πατρὶ γνήσιον, καὶ αὐτόθεον, *non tanquam communem aliquem ex hominibus Regem factum; sed tanquam germanum Filium Dei universorum, Deum.* Et quid aliud vult D. Augustinus, quando lib. 5. de Trinit. cap. 11. scribit, *sicut Trinitas unus Deus dicitur, magnus, bonus, omnipotens; ideóque ipse sic sua dici potest Deitas, ipse sua magnitudo, sua bonitas, ipse sua æternitas, &c. ipse sibi unitas & Deitas,* ad eandem ὐσίαν quod attinet.

b. Αὐτόθεος potest significare eum, qui habet Divinitatem à se, id est, à nullo. Hoc quidem essentiam vero sensu non est Christum esse αὐτόθεον: sic enim tolleretur ἰδίωμα ἀφορισμοῦ καὶ προσωπικὸν Filii, qui quidem eandem essentiam habet cum Patre, eam tamen habet communicatam. Etenim de à Patre, sibi per ineffabilem generationem ratione generationis est, *ut generans genito communicet essentiam suam.* Filius ergo, qui genitus est à Patre, naturam & essentiam accepit à Patre. Deinde *Pater & Filius non distinguuntur essentiâ,* sed τρόπῳ ὑπάρξεως, id est, *modo eam habendi.* At si Filius essentiam haberet à se, id est, à nullo, æquè ac Pater, idem esset essentiæ modus in Patre & Filio. Tertiò, receptum est apud omnes, quod traditur à Justino, lib. de orthodoxa, *Patrem habere essentiam* ἀγεννήτως, *citra generationem.* Hinc ejus ἰδίωμα ἀφορισμοῦ est ἀγεννησία, apud Nazianzenum, Orat. 26. pag 445. & ἀγέννητον esse. Alexander, Episcopus Alexand. in epistola ad Alexandrum Constant. apud Theodoretum, hist. Eccles. lib. 1. cap. 3. pag. 533. Πιστεύομεν εἰς μόνον ἀγέννητον πατέρα δένα τῶ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα. *Credimus in solum ingenitum Patrem, qui essentiæ suæ autorem nullum habet. Filius* autem *essentiam habet* γεννητῶς, id est, *per generationem*, & eam non habere à Filium autem essentiam habere per generationem, puta contradictio est. Tandem, *Filium essentiam habere à Patre*, à quo genitus, pura gno consensu testantur veteres. Athanasius Christus Dial. 5. de Trinitate: χριστὸς διὰ τὴν ἐκ Πατρὸς Φύσιν ζωοποιῆσαι ἡμᾶς. *propter essentiam, quam ex Patre*

Patre habet, *vivificabit nos*. Et ibid. Dial. 3. Ὁ Υἱὸς οὐκ ἔχει δύναμιν, οὐκ ἔχει θεότητα, ἐὰν μὴ λάβῃ παρὰ τοῦ Πατρός. *Filius non habet potentiam, non habet deitatem, nisi eam à Patre acceperit.* Id autem ex eo adhuc magis patebit, quando demonstrabimus, Filium Patri esse ὁμοούσιον.

2. *Filius est* Φῶς ἐκ Φωτὸς, *Lumen de Lumine.*

Φῶς, *Lumen*,

a. *In genere omnes SS. Trinitatis personæ.* Chrysostomus, homil. 118. t. 5. pag. 762. Ἔστιν ὁ θεὸς ἡμῖν Φῶς, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ, ὁ ἐξ αὐτοῦ πρὸ αἰώνων ἀπαθῶς γεννηθείς, Φῶς λέγεται· καὶ τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ζωαρχικὸν Πνεῦμα Φῶς· Φῶς, καὶ Φῶς, καὶ Φῶς, ἀλλ' ἓν Φῶς. — Ὁ θεὸς Φύσει τρισυπόστατον Φῶς. *Deus nobis est lumen, & Verbum ejus, ante secula ex ipso citra passionem genitum, lumen dicitur: & sanctus, & coëssentialis, atque vitæ auctor principalis Spiritus lumen est: lumen, & lumen, & lumen, sed unum lumen.* — *Deus est lumen naturâ in tribus hypostasibus subsistens.* His gemina habet Nazianzenus Orat. 37. pag. 594. Ἦν τὸ Φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ Φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Υἱός· ἦν τὸ Φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ Φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Πατήρ· ἦν τὸ Φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ Φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ ἄλλος παράκλητος· ἦν, καὶ ἦν, καὶ ἦν· ἀλλ' ἓν ἦν· Φῶς, καὶ Φῶς, καὶ Φῶς, ἀλλ' ἓν Φῶς, εἷς θεός. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, Filius: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, Pater: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, alius Paracletus: erat, & erat, & erat, sed unum erat. Lumen, & lumen, & lumen, sed unum lumen, unus Deus.* Cæsarius, quæst. 3. pag. 4. SS. Trinitatem vocat Φῶς ὑπέρχρονον, προαιώνιον, ἄναρχον, τριπρόσωπον, τρισυπόστατον, τριδέσποτον, τρίθρονον, τριλαμπὲς, τριαυγὲς, ἰσολαμπὲς, ἀναλλοίωτον, ἀχείρωτον, ἀμείωτον, ἀνύκτερον, ἀλώβητον, μίαν οὐσίαν, &c. *Lucem exsuperantem tempus, ante secula exsistentem, principii expertem, tres habentem personas, & tres hypostases, tres Dominos, tres thronos, tripliciter splendentem, tripliciter effulgentem, eodem modo splendentem, immutabilem, invictam, diminutionis & caliginis expertem, illæsam, unam essentiam,* &c. Athanasius t. 1. pag. 237. & quæst. 71. ad Antiochum, t. 2. pag. 359. Τρισήλιον τῆς ἁγίας Τριάδος Φῶς. *Trigeminus sanctæ Trinitatis sol, trigeminum lumen.*

b. *In specie Filius Dei*, idque triplici modo:

α. Οὐσιωδῶς, *essentialiter*, respectu naturæ divinæ, quia est verus Deus cum Patre & Spiritu sancto. Huc pertinent modò allata veterum testimonia. Basilius Cæsar. lib. 1. contra Eunomium, pag. 14. Φῶς ἑαυτὸν

ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ λέγει, τὸ ἀπρόσιτον τῆς ἐν τῇ θεότητι ἕξεως τῷ ὀνόματι διασημαίνων. *Lumen mundi se ipsum dicit, inaccessibilem divinæ majestatis habitudinem hoc nomine significans.* Hinc vocatur θεολογούμενον Φῶς ab Ammonio, in Catenâ in cap. 1. Joh. pag. 22. Εἰ καὶ Φῶς Ἰωάννης, καὶ οἱ ἅγιοι, ἀλλ' οὗ τὸ θεολογούμενον, ὅ ἐστι χριστὸς, ὁ φύσει Φῶς. *Tametsi quoque Johannes, & sancti lux sint, tamen non sunt illa lux, cujus divinitas adstruitur, Christus, lux per naturam.* Hæc tamen etiam ad sequentia referri possunt.

β. Ἰδιοπροσωπῶς, *personaliter.* Filius Dei à Patre Lumen dicitur Φῶς ἐκ Φωτὸς, *lumen de lumine*, ad denotandum Filio verò τὸ συναΦὲς, τὸ συναΐδιον καὶ ἀχώριστον. Nam ut radius à sole procedit: & ut radii soli sic affixi sunt, ut nunquam sol fuerit sine radio, ita Filius Patri suo conjunctissimus est, eique coæternus. Lumen enim ejusdem naturæ: sunt enim ὁμοούσιοι & ὁμοφυεῖς, & Φῶς ἐκ Φωτὸς, hinc à Dionysio Areopagita de cœlesti Hierarchia cap. 1. pag. 2. vocatur πατρικὸν Φῶς, *paterna lux.* Confer, quæ Alex. in Thesauro suo, Assert. 4 pag 21. Εἰ Φῶς ἐστιν ἐκ Φωτὸς, τοῦ Πατρὸς, δῆλον, πότε οὐκ ἦν ἐν Πατρὶ τὸ Φῶς αὐτοῦ; ὡς γὰρ ἀχώριστον τοῦ πυρὸς τὸ φωτίζειν· οὕτω καὶ τοῦ Πατρὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον Φῶς. *Si Lumen ejus est de Lumine, de Patre, Filius, quando non fuit in Patre Lumen ejus? Quemadmodum enim splendor ab igne separari nequit, ita nec à Patre ex eo genitum Lumen.* Declarè Cyrillus Alexandrinus.

γ. Ἐνεργητικῶς. De variis hujus Luminis effectis & operationibus frequenter loquuntur Patres. Theophylactus in cap. 1. Joh. pag. 560. Φῶς ὁ Εὐαγγελιστὴς ὀνομάζει τὸν Κύριον, διὰ τὸ τοιοῦτον αἰσθητὸν, ἀλλὰ νοητὸν, τὴν ψυχὴν φωτίζον αὐτήν. Lucem Evangelista nominat Dominum, non aliquam sensibilem, sed spiritualem, quæ ipsam animam illuminet. Idem, in cap. 12. Joh. pag 748 Φῶς ὁ Υἱὸς, διὰ τὸ πλάνης ἀπαλλάττειν, καὶ τὸ νοητὸν σκότος λύειν, καὶ ὅτι ὥσπερ τὸ Φῶς Φανὲν ἡμῖν, καὶ ἑαυτὸν δῆλον ποιεῖ, καὶ τὰ λοιπὰ ὁρατά· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ἐλθὼν καὶ Φανεὶς ἡμῖν, καὶ ἑαυτὸν ἐγνώρισε καὶ τὸν Πατέρα, καὶ πρὸς πᾶσαν γνῶσιν τὰς καρδίας τῶν παραδεξαμένων αὐτὸν ἐΦώτισε. *Lux est Filius, & quia ab errore liberat, & quia spirituales tenebras discutit. Et sicut lux quæ apparuerit, & se manifestam facit, ac cætera visibilia: ita & Filius, qui venit & apparuit nobis, se ipsum & Patrem, & notum reddidit ac omni sapientia corda suscipientium se illustravit.* Ammonius ad v. 5. cap. 9. Joh.

Joh. in Catena, pag. 249. Φῶς ἑαυτὸν εἶπεν, ὡς Φωτίζων τὰς τῶν πιστῶν ψυχάς. Lucem *semetipsum appellavit, eò quòd fidelium animas illuminet.* Chrysostomus ibid. in cap. 12. pag. 327. Φῶς ἑαυτὸν ἐκάλεσε, διὰ τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλάττειν, καὶ νοητὸν λύειν σκότος. Lucem *se ipsum vocavit, quia ab errore liberat, & spirituales tenebras discutit.* Greg. Nyssenus Orat. 10. contra Eunomium, t. 2. pag. 673. *Christus vocatur* Φῶς, ὅταν ἐξαφανίζει τῆς ἀγνοίας τὸν ζόφον, *cùm ignorantiæ caliginem discutit.*

CAPUT X.

De Consubstantialitate Patris & Filii.

Ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ.

Filium Dei rerum omnium *esse creatorem*, demonstratum partim cap. 5. partim, & quidem præcipuè, capite præcedenti, num. 1. 5. sub litera α. Hoc igitur capite tantùm venit considerandæ ὁμοουσιότης Patris & Filii. Ne verò quis in ipso offendatur limine, & existimet, vocem ὁμοουσιότης, utpote à nostrorum temporum Lexicographis omissum, à nobis temere fingi, ejus apud veteres incunabula ostendimus. Eam exponit Hesychius. Ὁμοουσιότης, inquit, ταυτότης κατὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον κατὰ τὴν ἐσίαν. *Consubstantialitas, identitas secundum subjectum, & essentia per omnia similis.* Cyrillus lib. 1. in Joh. cap. 4. pag. 36. Ἐξαρκεῖ πρὸς τὸν τῆς μεταβολῆς τρόπον, ἤτοι μεταςάσεως ὁ τῆς ὁμοουσιότητος λόγος. *Consubstantialitatis ratio transmutationis aut migrationis modum suppeditat.* Paulò post: Ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς συγκαλήσεται πρὸς ἑνάδα λοιπὸν, εἴπερ τὸ ἑκάστῳ κυρίως τε καὶ ἰδιαζόντως προσὸν, τῷ τῆς ὁμοουσιότητος ἀφανισθήσεται λόγῳ. *Sancta & consubstantialis Trinitas ad unitatem contrahetur, si, quod unicuique propriè & peculiariter inest, consubstantialitatis ratione deleatur.* Lib. eod. cap. 9. pag. 93. dicit, *quosdam non vereri* τὸ ἅγιον Πνεῦμα γενητὸν καὶ κτιςὸν φάσκειν, καὶ ὅλως τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐξέλκειν ὁμοουσιότητος, *Spiritum Sanctum dicere factum & creatum, & prorsus à Dei & Patris consubstantialitate excludere.* Et lib. 10. in Joh. cap. 2. pag. 871. ad v. 2. cap. 15. Πρόδηλον, ὅτι τῆς πρὸς τὸν

τὸν Πατέρα καὶ θεὸν ὁμουσιότητος οὐκ ἀλλότριος ὁ Υἱός. *Manifestum est, Filium à consubstantialitate Patris & Dei non esse alienum.* Pergamus jam ad considerationem confessionis Patrum Nicænorum, ubi fatentur, Filium esse ὁμούσιον τῷ Πατρί. Hîc autem examinanda veniunt sequentia:

I. *Explicatio vocis* ὁμούσιος. Est autem ὁμούσιος *ejusdem essentiæ sentialis*, vel *consubstantialis*. Gregorius Thaumaturgus cap. 2. de pag. 3. Ὁμούσιον λέγεται τὸ ταυτὸν τῇ Φύσει, καὶ τῇ ἀϊδιότητι ἀπαραλλ *Ὁμούσιον dicitur, quod est idem naturâ, & eadem sempiternitate invar liter.* Apud Athanasium de Definit. t. 2. pag. 50. Ὁμούσιόν ἐςι, εὐτῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἀπαραλλάκτως ὑπάρχον· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο λέγεται *dem essentiæ & operationis citra ullam variationem existit: etenim pr* ὁμούσιον *dicitur, quia eandem essentiam & potentiam obtinet.* Idem, de SS. Trinitate, t. 2. pag. 168. Ὁμούσιόν ἐςιν, ὃ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεται λό γον τῆς οὐσίας· οἷον, ἄνθρωπος ἀνθρώπου οὐδὲν διαφέρει, καὶ ἄνθρωπός ἐςιν. *Quod eandem habet essentiæ rationem. Exempli gratiâ, homo nihil differt ab homine, quatenus homo est: ita etiam Deus nihil differt à Deo, quatenus Deus est.* Idem, Dial. 2. contra Macedonium, t. 2. pag. 290. Τὸ ὁμοούσιόν ἐςι τὸ ταυτοούσιον. *Ὁμούσιον significat id, quod est ejusdem essentiæ.* Est lib. de Synodi Nicænæ decretis contra hæresin Arianam: τῷ ὁμοουσίῳ τῆς Φύσεως ἀκούοντες, μὴ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας αἰσθήσεις πίπτοντες, μερισμοὺς καὶ διαιρέσεις τῆς θεότητος λογιζώμεθα· ἀλλ' ὡς ἐπὶ ἀσωμάτων διανοέμενοι, τὴν ἑνότητα τῆς Φύσεως καὶ τὴν ταυτότητα τοῦ Φωτὸς μὴ διαιρῶμεν. *Quando audimus consubstantialem, nequaquam ad humanas delapsi cogitationes, partitiones & divisiones Deitatis cogitemus: sed tanquam corporales considerantes, unitatem naturæ & identitatem lucis ne dividamus.* Patres in Synodo Antiochena, ad Jovianum, apud Socratem lib. 3. cap. 25. pag. 227. & apud Sozomenum lib. 6. cap. 4. pag. 75. Τὸ τῷ ὁμοουσίῳ ὄνομα ἀσφαλοῦς τετύχηκε παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείας, συμπνούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρὶ, ὅτε δὲ ὡς πάθους τινὸς περὶ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν ἐκνοουμένου. *Vocabulum ὁμοούσιος solidè à Patribus explicatur, & significat ex essentia Patris Filium esse genitum, eámque Patri secundum passionem aliquam circa ineffabilem generationem concipiendam esse.*

II. *Quando vox* ὁμοούσιος *ab Orthodoxis usurpari cœperit.* Plerique primam ejus originem ostendunt in Synodo Nicæna, ac proinde in præsenti Symbolo. Narrat Ambrosius lib. 3. de Fide, cap. ultimo, Eusebium

bium Nicomediensem, Arianâ perfidiâ dementatum, epistolam scripsisse, in qua hæc legantur verba: *Si Christum verum Dei Filium & increatum dicamus*, ὁμοούσιον *cum Patre incipimus confiteri. Hæc cùm lecta esset in Concilio Nicæno epistola, hoc verbum*, inquit Ambrosius, *in tractatu fidei posuerunt Patres, quòd viderunt adversariis esse formidini, ut tanquam evaginato ab ipsis gladio, ipsorum nefandæ caput hæresis amputarent.* Sozomenus lib. 1. cap. 21. pag. 19. a. dicit, in Synodo Nicæna decretum esse, τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ, *Filium Patri consubstantialem esse.* Socrates lib. 2. cap. 22. pag. 198 b. dicit, Concilium Sardicense fidem Nicænam confirmâsse: Ejus Patres τὸν ὅρον τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ κρατύναντες, καὶ τὸ ἀνόμοιον ἐκβάλλοντες, τὸ ὁμοούσιον Φανερώτερον ἐκδιδόασι, *decretum de fide, in Synodo Nicæna factum, confirmantes, & vocem* ἀνόμοιος *rejicientes*, Consubstantialitatem *clariùs exposuerunt.* Idem, lib. 3. cap. 25. pag. 227. b. refert, Acacianos sub Joviano Antiochiæ congregatos, hanc vocem, utpote in Synodo Nicæna usurpatam, etiam recepisse. Κοινῇ γνώμῃ βιβλίον συντάξαντες, καθομολογοῦσι τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κυρώσαντες, τῷ βασιλεῖ προσκομίζουσι. *Communi sententia libellum composuerunt, & Consubstantialitatem confessi, fidemque Nicænam confirmantes, illum Imperatori offerunt.* Extra controversiam autem est, in Synodo Nicæna hanc vocem de Filio Dei usurpatam fuisse: disertis namque illa verbis in Symbolo asserit, Filium esse θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ὁμοούσιον τῷ Πατρί: interim tamen inde nondum evincitur, ὁμοουσίου vocem priùs fuisse inauditam. Gregorius Thaumaturgus, qui circa annum Domini 233. vel 240. ac proinde plus centum ante Synodum Nicænam, quæ anno 325. celebrata fuit, annis floruit, ea usus est, ut sub initium num. 1. vidimus. Eadem usus est Dionysius, Episcopus Alexandrinus, qui claruit anno 250. Patet ex Athanasio de decretis Concilii Nicæni, t. 1. pag. 274. qui ex nominati Dionysii epistola, ad Dionysium Episcopum Romanum, hæc affert: Καὶ δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα, ἐν οἷς ἤλεγξα καὶ ὃ προφέρουσιν ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ, ψεῦδος ὄν· ὡς οὐ λέγοντος τὸν χριστὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο φημὶ μὴ εὑρηκέναι που τῶν ἁγίων γραφῶν, ἀλλάγε τὰ ἐπιχειρήματά μου τὰ ἑξῆς, ἃ σεσιωπήκασι, τῆς διανοίας ταύτης οὐκ ἀπάδει. *Et in alia epistola scripsi: ubi etiam refutavi accusationem, quam contra me falsò afferunt, quasi dicam, Christum non esse* ὁμοούσιον *Deo. Etiamsi enim dicam, me hanc vocem in Scriptura non invenisse, nihilominus argumentationes meæ, quas reticuerunt, ab hoc sensu minimè sunt alienæ.* Idem patet iterum ex Athanasii epistola ad Africanos, t. 1. pag. 937. ubi diser-

tè

τὲ de Eusebio, Episcopo Cæsariensi, qui priùs Arianis favebat, d
ceps verò Synodi Nicænæ decretis subscribebat: Ἔγραψε τοῖς ἰδίοις δ
βαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγ
Φίας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεότητος τῷ ὁμοουσίῳ χρησ
ὀνόματι. *Ad suos scripsit & asseveravit, se cognovisse veteres quosda*
ctos & claros Episcopos & Scriptores de Patris & Filii deitate usos e
ce ὁμοούσιος. Philostorgius etiam, hist. Eccles. lib. 2. cap. 7. pag. 6. a
fatetur, καὶ πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον, καὶ
βόντα τὴν Νικομήδειαν, καὶ Ὁσίῳ τῷ Κορδούβης ἐντυχόντα καὶ τοῖς σὺν αὐτ
σκόποις, συνοδικαῖς ψήφοις ἀνομολογῆσαι παρασκευάσαι ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν
καὶ τὸν Ἄρειον ἀποκηρύξασθαι, *ante Synodum quoque Nicænam, & in Osium Co*
Alexandriæ Episcopum, cùm Nicomediæ versaretur & Tragiis convent
quique cum eo erant Episcopos incidisset, Synodicis Suffragiis con
prædicando Filio Patri ὁμοούσιῳ, Arióque condemnando. Hæc Philo
verba eò pertinent, ut novitatem vocis ὁμοούσιος Catholicis objiceret, au
ex compacto præparatum, in Synodum illatam exprobraret. Quàm hoc ca
tem vera sit hæc narratio, fusè docet C. Gothofredus in suis ad hoc au
put Dissertationibus. Liturgia etiam Jacobi τὸ ἀγαθὸν καὶ ζωοποιὸν, καὶ ὁμοού
Videamus exempla aliquot. Pag. 3. Σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ, *& vivifico, atque*
consubstantiali Spiritu tuo. Pag. 18. Καὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ὁμοουσίου καὶ συν
σίου Πνεύματος: Pag. 25. Spiritus sanctus iterum vocatur τὸ ὁμοούσιον καὶ προσκυνητὸν Τρι
δος, *Sanctæ*, consubstantialis *& adorandæ Trinitatis.* Ibidem θεὸς λόγος
vocatur τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὁμοούσιος. Hæc autem non eum in
finem afferimus, quasi credamus, Jacobum Jam suo tempore ὁμοουσίῳ voce
usum esse: sed potiùs, ut vel inde ostendamus, ubi hanc Liturgiam meritò
ὑπούλων censeri. Nam profectò, si divus Jacobus toties hanc usurpâsset
vocem, Patres Nicæni, & alii in Synodis, ubi lis dirimenda erat inter
ὁμούσιον & ὁμοιούσιον, facilè omnes sedare potuissent turbas, productis ex
Jacobi Liturgia testimoniis. Quanquam autem ante Synodum Nicænam
ejus usus minùs fuerit frequens, post eam tamen longè frequentissimus
esse cœpit. Adeò enim masculè hoc vocabulum probrosè objectaret Aria-
tutati sunt Catholici, ut illis Ὁμοουσιασταῖς nomen Consubstantialistas, vel *Coëssentialis-*
norum factio: Latini dicere possent *Trinitate*, t. 2. pag. 168. dicit
stas. Apud Athanasium Dial. 1. de SS. Τριὰς ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐπεισήχθη ὁμοουσιασθῆναι γενέσθαι Pro-
Anomœus ad Orthodoxum: Παρ' ὀλίγον με κτεῖναι *temodum*

pemodum mihi persuades, *ut* Consubstantialista *fiam.* Basilius Cæsar. epist 73. pag. 871. de Arianis: Καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ διαβάλλουσι πίστιν, καὶ ὁμοσιαςὰς ἡμᾶς ἀποκαλοῦσι· διὰ τὸ ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει τὸν μονογενῆ Υἱὸν τῷ θεῷ καὶ Πατρὶ ὁμοούσιον ὁμολογεῖσθαι. *Et Nicænam fidem calumniantur*, *nósque* Consubstantialistas *probrosè vocant : propterea quòd in ista fide Filium Dei unigenam Deo ac Patri* ὁμοούσιον, id est : *ejusdem cum eo essentiæ confitemur.* Imò ipsi Catholici, post Constantini M. tempora, ex hoc vocabulo ab hæreticis distinguebantur : vocabantur enim οἱ τῆς ὁμοουσίου πίστεως, Ariani verò, οἱ τοῦ Ἀρείου δόγματος, teste Socrate, lib. 2. cap. 16. pag. 195. b. Orthodoxi vocabantur οἱ τοῦ ὁμοουσίου πρεσβευταὶ, *defensores doctrinæ de Consubstantialitate*, ut est in vita Athanasii, in Appendice tomi 2. pag. 59. Catholicorum fides nominabatur, ἡ τοῦ ὁμοουσίου πίστις, Arianorum verò, ἡ ἀρειανίζουσα πίστις, referente Socrate lib. 4. cap. 1. pag. 229. b. Addimus aliquot autoritates, ut probemus, & vocem, & rem ipsam à veteribus omni conatu fuisse defensam. Epiphanius in Ancorato, pag. 471. Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, οὐ συνούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος, τουτέστιν, οὐκ ἔξωθεν τοῦ Πατρὸς γεννηθείς. Athanasius in epist. Catholica, t. 1. pag. 571. Σύμβολον τῆς πίστεως ἡμῶν, Ὁμοούσιος ἡ Τριὰς, Θεὸς ἀληθινὸς, ἐκ Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος· ὁ δὲ μὴ συντιθέμενος, ἀνάθεμα ἔστω. *Fidei nostræ Symbolum est*, *Ejusdem essentiæ Trinitas*, *verus Deus*, *ex Maria factus homo.* Qui verò non consentit, anathema sit. Meletius, Sebastiæ Armeniæ Archiepiscopus, in Synodo Antiochena, anno 361. sub Constantio celebrata, μεγαλοφώνως ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν Τριάδα ἐκήρυξε, *magna voce Sanctam Trinitatem consubstantialem esse*, *prædicavit ;* ut est in Libello Synodico, pag. 1185. Bibliothecæ Juris Canonici. Chrysostomus πρὸς Ἀνομοίους, t. 6. pag. 426. Ὅτι ὁμοούσιος ὁ γεννηθεὶς τῷ γεννήσαντι, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζώων ἁπάντων, καὶ ἐπὶ δένδρων, τοῦτο ἴδοι τις ἄν. Πῶς ἂν οὐκ ἄτοπον, ἐπὶ μὲν Φυτῶν, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων ἀκίνητον τοῦτον μένειν τὸν νόμον, ἐπὶ δὲ θεοῦ μόνον κινεῖν αὐτὸν καὶ ἀνατρέπειν ; *Genitum gignenti consubstantialem esse*, *non hominum* tantùm, sed etiam omnium animalium & arborum exemplo probatur. Quomodo ergo non absurdum fuerit, quando de plantis, de hominibus, & de animalibus sermo est, hanc quidem legem manere inconcussam ; quando verò de Deo agitur, tum demum eam tantùm movere & subvertere ? Ratio autem, cur Orthodoxi vocem ὁμοουσίου contra hæreticos tanto defenderint conatu, in promtu est. Hac enim voce jugulantur hæreses, tum Arii, divinam essentiam distrahentis ; tum Sabellii, personas confundentis. Ὁμοούσιον enim dicimus eum ; ut jam vidimus :

dimus: *qui est ejusdem substantiæ* vel *essentiæ cum alio*. Quando dicimus *cum alio*, distinctionem notamus personarum: ἄλλος enim δηλωτικὸν ὑποστάσεως. Cùm dicimus *ejusdem substantiæ*, unitatem asserimus essentiæ: nam ut res, quæ sunt diversæ prorsus substantiæ, non dicimus ὁμοούσια, ita nulla persona sibi ipsi consubstantialis est. Hoc exponit Epiphanius in Ancorato, pag. 471. & nobis diligenter inculcat his verbis: Ἐὰν εἴπῃς τὸ ὁμοούσιον, ἔλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν· ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, καὶ ἐνυπόστατον σημαίνει τὸν Πατέρα, καὶ ἐνυπόστατον τὸν Υἱόν· ὅταν δὲ τὸ ὁμοούσιον λέγῃς, καὶ θεὸν ἐκ θεοῦ, καὶ ἐνυπόστατον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅταν δὲ τὸν Υἱόν, οὐκ ἀλλότριον τῆς αὐτῆς θεότητος σημαίνει, ἀλλὰ θεὸν ἐκ θεοῦ, οὐ τρεῖς θεοὺς, &c. *Si dixeris, consubstantialem, Sabellii potentiam. Non enim unius hypostasis significationem habet consubstantialis; (hîc Græca corrupta sunt, & pro ὅπου γὰρ legendum οὐ γὰρ) significat subsistentiam habere & Patrem, & Filium & Spiritum sanctum ejusdem Deitate significat: sed verò Coëssentiale dicit, non alienum ab eadem Deitate, Deum ex Deo, Filium, & Deum Spiritum sanctum Deos, &c.* Athanasius de Synodis Arimini & Seleuciæ, t. 1. pag. 921. vocem ὁμοούσιος à Patribus Nicænis adhibitam propugnaculum quoddam contra omnem impiam opinionem eorum, nempe Arianorum, esse dicit, ὥσπερ ἔπιτειχισμα κατὰ πάσης ἀσεβοῦς ἐπινοίας αὐτῶν, *tanquam propugnaculum quoddam contra omnem impiam opinionem eorum.* Idem, de Concilii Nicæni decretis, t. 1. pag. 268. 269. refert, Orthodoxos, cùm Eusebianorum viderent hypocrisin, coactos fuisse, mentem suam clariùs exprimere, λευκότερον εἰπεῖν, καὶ γράψαι, ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, ἵνα μὴ μόνον ὅμοιον τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ ταυτὸν τῇ ὁμοιώσει ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι σημαίνωσιν, & scribere, Coëssentialem *Patri Filium esse*, tantùm esse similem, sed eundem similitudine ex Patre. Eandem rationem adhibitæ hujus vocis repetit idem de Arimin. & Seleucien. Synodo, t. 1. pag. 921. & in epist. ad Africanos, pag. 959.

III. *Quinam vocem* ὁμοούσιος, *& cur rejecerint.* Quanquam hoc ipsum ex præcedentibus facilè possit colligi, operæ tamen pretium fuerit, rem paulò clariùs proponere. Ariani ergo, & eorum asseclæ, adversus ὁμοούσιον objiciebant, vocem esse ἄγραφον, ac proinde ab Ecclesia proscribendam. Apud Athanasium, lib. de Synodis Nicænæ decretis, conqueruntur Ariani, Nicænos Patres ἀγράφους λέξεις usurpâsse, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ὁμοούσιον. Pascentius Arrianus apud Augustinum, epist. 178. *flagitat anathematizari* τὸ ὁμοούσιον, *eò quòd scriptum non inveniatur in literis Dominicis minimè re-*

359. celebrata, positio-

positionem obtulit, in qua, referente Socrate, lib. 2 cap. 40 pag 212. a. hæc inter alia leguntur: Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ἐθορύβησε τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὸ ὁμοιομοούσιον ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις, καὶ μέχρι νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀρτίως λέγεται καινοτομεῖσθαι ὑπό τινων τὸ ἀνόμοιον Υἱοῦ πρὸς Πατέρα, τούτου χάριν τὸ μὲν ὁμοούσιον, καὶ τὸ ὁμοιομοούσιον ἐκβάλλομεν ὡς ἀλλότρια τῶν γραφῶν. *Quoniam verò voces* ὁμοούσιος & ὁμοιομοούσιος *etiam in præteritis temporibus multos turbârunt, & etiamnum turbant: atque hoc etiam tempore à quibusdam innovari dicitur dissimilitudo Patris & Filii, propterea* τὸ ὁμοούσιον & ὁμοιομοούσιον, *ut aliena à Scripturis, rejicimus.* Synodus Syrmiensis, Ariana, celebrata anno 351. ut est apud Sozomenum lib. 4. cap. 6. pag. 48. a. Περὶ οὐσίας, ἣν σουσαντίαν Ῥωμαῖοι ὀνομάζουσιν, εἴτε ὁμοούσιος, εἴτε ὁμοιούσιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, παντελῶς ἀπαγορεύει λέγειν, ὡς οὔτε ταῖς ἱεραῖς εἰρημένα γραφαῖς, οὔτε ἀνθρώπων ἐννοίαις ἔυληπτα. *De* essentia, *quam Latini* substantiam *appellant, num ejusdem, vel similis substantiæ Filius sit cum Patre, prorsus dicere vetat, ut quæ sacræ literæ neque dicunt, neque à mente humana facilè capi possunt.* Epiphanius hæresi 63 pag. 360. de semi-Arianis: τὸ ὁμοούσιον τέλειον ἐκβάλλουσι, δῆθεν ὡς ἀλλότριον ὂν τῆς θείας γραφῆς. *Vocem* ὁμοούσιος *prorsus rejiciunt, utpote alienam à divina scriptura.* Eadem fuit Arianorum sententia in Isauria congregatorum, apud Athanasium t. 1. pag. 804. in Synodo Nicæna Thraciæ, anno 359. ut est in Libello Synodico pag. 1183. Bibliothecæ Juris Canonici: in Synodo Antiochena sub Constantio, ibid. pag. 1184. Nec alia mens fuit Macedonio, de quo Theodoretus hæret. fabul. lib. 4. cap. 5. pag. 238. Τὸ μὲν ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ παντελῶς ἀπεκήρυξεν· ὅμοιον δὲ κατὰ πάντα λέγειν ἐνομοθέτησε, καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἀντὶ τοῦ ὁμοουσίου προσεπινόησε. *Consubstantialem quidem Patri Filium dicere omnino repudiavit, similem autem per omnia dici constituit, &* ὁμοιούσιον, *pro* ὁμοούσιον, *excogitavit.* Hanc autem objectionem, quòd ὁμοούσιος sit vox ἄγραφος, nullo negotio diluebant veteres: dicebant enim, nomen quidem non exstare in scripturis αὐτολεξεὶ, rem tamen ipsam in iis apertè doceri. Athanasius in libro de decretis Synodi Nicænæ, t. 1. pag. 270. Εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διάνοιαν ἔχουσιν. *Etiamsi non sic in Scripturis sint voces, sensum tamen ex Scripturis habent.* Cyrillus Alexand. Dial. 1. de SS. Trinitate, pag 391. Λυπεῖ ἡ λέξις τοσοῦτον οὐδέν, ἔνθαπερ ἂν ὅλως ἀληθὲς ὑπάρχῃ τὸ ἐξ αὐτῆς δηλούμενον. *De voce prorsus non laboramus, ubi illud verum est, quod eâ significatur.* Augustinus epist. 74. scribit: *Quid est contentiosius, quàm, ubi de re constat, certare de nomine?* Et epist. 78. *Etsi verbum scriptum in lege ipsum non invenitur, res*

ipsa

ipsa tamen invenitur. Illi autem ex scriptura sic deduce-
scriptura Patrem vocat Deum, Filium etiam Deum appellat, scri-
dicit unum esse Deum: dicit ergo Patrem & Filium unum esse De-
ac proinde unius substantiæ, quod est esse ὁμοουσίους.

IV. *Cùm veteres Hæretici recusârint Filium dicere Patri ὁμοούσιον, nunc accuratiùs, quæ eorum fuerit sententia, expendamus.*

1. Quidam ἑτεροούσιον, vel ἑτεροούσιον, diversæ essentiæ à Patre esse dicebant. Philostorgius hist. Eccles. lib. 4. cap. 11. pag. 71. eos, qui in synodo Seleuciensi ab Aëtio & Eudoxio crant, τὸ ἑτεροούσιον ἐγγράφως κρατύνασθαι, *scripto confirmâsse* τὸ ἑτεροούσιον, *Filium diversæ essentiæ à Patre esse.* Idem testatur lib. 6. cap. 5. pag. 85. sub Constantio, in Synodo Nicæa coacta, τὸ ἑτεροούσιον *fuisse stabilitum.* Chrysostomus de Abnegatione Petri, t. 6. edit. Paris. pag. 627. Οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες ἑτεροούσιον τὸν Κύριον δογματίζουσι. *Parasiti Judæorum hæretici, Dominum diversæ essentiæ esse docent.* Athanasium de Deitate, t. 2. pag 50. Ἑτεροούσιον λέγεται, τὸ ἑτέρας ὑπάρχον, καὶ μηδόλως τῷ ἑτέρῳ πρόσῳπον, ἀλλὰ παντελῶς ἀλλότριον καὶ κατὰ πάντα τρόπον ἐκείνου ἀνόμοιον, οἷον ὕδωρ καὶ πῦρ. Ἑτεροούσιον *dicitur, quod est alterius essentiæ, nec ullo modo alteri consentaneum est, sed prorsus alienum & per omnia ei dissimile, cujusmodi est aqua & ignis.* Quis verò hoc de Filio Dei vel cogitare aut fit? Adstipulamur Epiphanio, hæresi 65. pag. 265. scribenti, Οὐκ ἔστιν ἑτεροούσιος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὸς, ἀλλὰ ὁμοούσιος τῷ Πατρί. *Filius non est diversæ essentiæ à Patre, sed ejusdem essentiæ cum Patre.*

2. Alii ἀνόμοιον dicebant. Philippopoli in Thracia congregati τὸ μὲν ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσι, τὴν δὲ ὄζαν πανταχῇ διαπέμπουται, *palàm quidem* τὸ ὁμοούσιον *damnant, sententiam verò de ἀνομοίῳ passim spargunt;* Paulus, Episc. Constantinop. in Biblioth. Photii, Cod. 257. pag. 1421. scribit Socrates lib. 2. cap. 20. pag. 198. b. Macedonius; ut refert τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ ἀνόμοιον ἐβλασφήμει, παραγραφόμενος τὸ ὁμοούσιον, *blasphemabat Filium Patri dissimilem esse, & ὁμοούσιον ejiciebat.* Qui hanc fovebant hæresin, ab ea appellabantur Ἀνόμοιοι, *Anomæi.* Ita vocati, ut scribit Epiphanius hæresi 76. pag. 389. quia τῷ Πατρὶ ὑπάρχειν, καὶ οὐ ταὐτὸν εἶναι τῇ θεότητι πρὸς τὸν Πατέρα, *docuerunt, dissimilem Filium esse Patri, nec eandem ejus esse deitatem:* Harmenopulus delectis, sect. 13 pag. 566. de Eunomianis: οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀνόμοιοι καλοῦνται, διὰ τὸ λέγειν, μηδεμίαν ἔχειν ὁμοιότητα κατ' οὐσίαν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Πατέρα. *Illi ipsi etiam Anomœi vocantur, quia dicunt, nullam similitudi-*

militudinem ſecundum eſſentiam habere Filium & Spiritum ſanctum cum Patre. Athanaſius de ſynodo Ariminenſi & Seleucienſi, t. 1. pag. 907. dicit: *Euſebianos* aliquamdiu docuiſſe, *Filium Patri eſſe* ὅμοιον, poſtea verò Antiochiæ congregatos, aſſeruiſſe, illum παντελῶς ἀνόμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ, atque hinc Ἀνομοίους παρὰ πᾶσι κληθῆναι. Interpres, *Quaſi dicas, Non entiales.* Mirum, unde hoc homini monſtrum in mentem venerit. An ergo negârunt, Chriſtum, qui Filius Dei eſt, *ens* eſſe? ut rem melius intelligamus, Eunomius docuit, *Filium unigenitum*, *etſi* κατ' οὐσίαν *Patri ſit* ἀνόμοιος, *attamen Patri* ὅμοιον *eſſe eximia quadam ſimilitudine, propriáque notione*, κατ' ἐξαίρετον ὁμοιότητα, κατὰ τὴν ἰδιάζουσαν ἔννοιαν, *& ſicut alioquin Filius Patri ſimilis eſt:* de quo Greg. Nyſſenus adverſus Eunomium pluribus: &, ut Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 1. pag. 81. dicit, κατὰ τοὺς μονογενεῖ θεῷ πρὸς τὸν ἀπαθῶς γεγεννηκότα Πατέρα προσήκοντας λόγους, *ſecundum rationes, quæ conveniunt unigenito Deo cum Patre, qui ſine paſſione genuit.* Ab eadem hæreſi etiam dicti Ἀνομοιουσιαζοὶ, ut docet Baſilius lib. 5. contra Eunomium. Vocati etiam *Aëtiani ab Aëtio*, ut loquitur Auguſtinus de hæreſibus cap. 54. Ἀετιανοὶ apud Socratem, hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 35. pag. 206. b. Epiphanius hæreſi 76. quæ eſt κατὰ Ἀνομοίων, pag. 388. Ἔσχον δὲ ἀρχηγὸν Ἀέτιόν τινα διάκονον, &c. *Habebant autem* Anomœi *autorem hæreſis ſuæ Aëtium, diaconum quendam*, &c. Hic docuit, *Filium eſſe* κτιστὸν καὶ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ, *creatum, & Patri diſſimilem*, ut teſtis eſt Sozomenus lib. 4. cap. 12. pag. 51. a. Etiam appellati *Eunomiani, ab Eunomio, Aëtii diſcipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in Dialectica prævalens, acutiùs & celebriùs defendit hanc hæreſin: diſſimilem per omnia Patri aſſerens Filium, & Filio Spiritum ſanctum;* inquit Auguſtinus cap. 54. de hæreſibus. Can. 1. Conſtantinop. Τῶν Εὐνομιανῶν, ἤτοι Ἀνομοίων. Videntur primùm hac appellatione innotuiſſe ſub Conſtantio Imperatore, atque Liberio, epiſcopo Romano, anno à Chriſto paſſo 331. Hic Eunomius primùm Aëtii *ſcriba & amanuenſis*, ταχυγράφος ὢν αὐτοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῷ παιδευθεὶς τὴν αἱρετικὴν λέξιν, τοῦ σίφους τούτου προέστη, *ſub eo didicit hanc hæreſin, & huic agmini præfuit*, ut ſcribit Socrates lib. 2. cap. 35. pag. 206. b. & refert Suidas in voce Εὐνόμιος. Docuit, τρεπτὸν καὶ δοῦλον, καὶ κατὰ πάντα ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, *Filium eſſe mutabilem, ſervum, & Patri prorſus diſſimilem*, ut refert Balſamon ad Can. 1. Concilii Conſtantinop. pag. 303. Vocati etiam *Eudoxiani, Theophroniani, Troglodytæ*, &c. De prima hujus hæreſis origine non conſentiunt autores. Alii ſub Conſtantino eam exortam & natam volunt,

volunt, alii sub Constantio Constantini filio, & Felice R. E. ut Socrates lib. 4. cap. 11. & Platina statuunt. Verior tamen eorum videtur sententia, qui natam sub eodem quidem Constantio primùm fuisse tradunt, Constante fratre jam mortuo, & ipso Constantio propterea audaciore, & ad fovendam Arianorum hæresin propensiore, sed sub Liberio R. E. circa annum à Christo passo 325. non sub Felice. Videatur L. Danæus ad Augustini cap. 54. de Hæresibus.

3. Alii ὁμοιούσιον, vel ὁμοιοούσιον dicebant. Ita Eusebius, & ejus asseclæ: de quibus Sozomenus lib. 3. cap 18. pag. 44. b. Διαφορὰν εἰσηγοῦντο τοῦ ὁμοούσιον λέγειν, καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον, ὅπερ ὁμοιούσιον ὠνόμαζον· τὸ δὲ ὁμοιούσιον ἐπὶ σωμάτων κυρίως νοεῖσθαι· τὸ δὲ ὁμοιούσιον ἐπὶ ἀσωμάτων, οἷον ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀγγέλων. *Differentiam introducebant inter* ὁμοούσιον, Consubstantiale, & secundum essentiam simile, *quod* ὁμοιούσιον *vocabant.* Ὁμοούσιον *enim propriè de corporibus intelligi:* ὁμοιούσιον *verò de incorporeis, ut de Deo & Angelis.* Macedoniani apud Athanasium, Dial. 3. de SS. Trinitate, t. 2. pag. 210. dicunt; Ὁμοιούσιον λέγομεν, καὶ οὐχ ὁμοούσιον. Iidem dicebant ὁμοιούσιον eodem sensu, apud Sozomenum lib. 6. cap. 26. pag 84. b. Epiphanius de Semi-Arianis, hæresi 73. pag. 360. Τῆς αἱρέσεως αὐτῶν προεστάται φασὶν, οὐ λέγομεν ὁμοούσιον, ἀλλὰ ὁμοιοούσιον. *Hæresis eorum patroni dicunt, non dicimus* ὁμοούσιον, *sed* ὁμοιοούσιον. *Semi-Arianorum* ergo hæc fuit sententia. Ita autem vocati sunt, qui nomen Arii negantes, fucum faciem suam, ceu personâ, ita velârunt, ut, velut in comœdia, vix possent agnosci. Non dicebant Filium Dei creaturam, sed ὅμοιον Πατρὶ profitebantur voluntate & actione, sed non essentiâ. Horum principes fuerunt Basilius Ancyranus, Georgius Laodiceæ, & Daphnes ad Antiochiam sitæ, sive cavæ Syriæ Episcopus. Vide Epiphanium dictâ hæresi: ubi etiam Semi-Arianorum argumenta refutantur. Observandum autem, eorum sententiam non uno modo fuisse elatam.

a. Alii dixerunt, *similem imaginem per omnia Patris substantiæ Filium esse;* quæ Asterii sententia fuit, qui, referente Philostorgio, lib. 2. cap. 116. pag. 21. *Orationibus & scriptis docuit,* ἀπαράλλακτον εἰκόνα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν Υἱόν. Quæ quidem sententia, siquidem sincerè & sine fuco atque fraude proponatur, Orthodoxa est, ut vidimus capite præcedenti *sub quarta classe argumentorum* pro Deitate Filii, lit. *b.* sed aliud intendebat Asterius, ut ex sequentibus patebit.

b. Alii docuerunt, *Filium Patri similem esse secundum substantiam,* κατ' οὐσίαν ὅμοιον. Hæc Asterii fuit sententia, & post eum Eudoxii, teste Philo-

Philoſtorgio, lib. 4. cap. 4. pag. 66. & Baſilianorum in Synodo Seleuciensi, ibid. cap. 11. pag. 71. Baſilii & Euſtathii, lib. eod. cap. 12. pag. 72. & lib. 6. cap. 1. pag. 81. Vide paulò pòſt, ſub num. 4. Antequam verò ulterius progrediamur, illud quoque monuiſſe juvabit, Arianos quoque, & in his Euſebium Nicomedienſem, Theognidem Nicææ, Marin Chalcedonenſem, formulæ Nicænæ ſubſcripſiſſe. Id memorat Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 7. Sozomenus lib. 1. cap. 20. pag. 19. a. Theodorus Mopsveſtenus apud Nicetam, theſ. orthod. fidei lib. 5. cap. 7. Nicephorus ex Theodoreto, lib. 8. cap. 18. pag. 569. cap. 43. pag. 633. Ipſe etiam Philoſtorgius, licet Arianus, ſuo confirmat teſtimonio, Arianos Nicænæ formulæ, ſeu fidei ſubſcripſiſſe. Sic enim de eo Photius in Philoſtorgii hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. pag. 7. Ὅτι καὶ αὐτὸς συνομολογεῖ πάντας ὁμοφρονῆσαι τῷ ἐν Νικαίᾳ τῆς πίστεως ὅρῳ, πλὴν Σεκούνδου τῦ Πτολεμαΐδος, ᾧ καὶ Θέων ὁ τῆς Μαρμαρικῆς ἠκολούθησε. Τὸ δὲ ἄλλο σῖφος τῶν Ἀρειανῶν ἐφόρων, Εὐσέβιός τε Φημι ὁ Νικομηδείας, καὶ Θέογνις ὁ Νικαίας, καὶ Μάρις ὁ Χαλκηδόνος, καὶ ἡ ἄλλη Φάλαγξ, πρὸς τὴν σύνοδον μετετάξατο. *Et ipſe* (Philoſtorgius) *fatetur, omnes fidei formulæ Nicææ conſenſiſſe, excepto Secundo Ptolemaidis, quem & Theon Marmaricæ ſecutus fuerit: reliquam verò Arianorum Ephororum catervam, Euſebium, inquam, Nicomediæ, Theognidem Nicææ, Marin Chalcedonis, reliquámque cohortem, ad Synodum traductos fuiſſe.* Quod propterea diligentiùs notandum, quia Ariani poſtea negârunt, ſe ſubſcripſiſſe: unde ſcriptorum teſtimoniis confutandi fuerunt, ut diſcere eſt ex Theodoreti hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 13. Quòd verò Ariani ſubſcripſerunt fidei Nicænæ, *id dolo*, ἐν δόλῳ factum, ſub voce ſcilicet ὁμοσίου, ὁμοιούσιον ὑποκλέψαντες, *occultantes*, ut inquit Philoſtorgius, lib. 1. cap. 9. pag. 7. Imò Nicetas, in theſ. orthod. fidei, lib. 5. cap. 8. notat, Philoſtorgium auctorem eſſe, eorum, qui fidei Nicænæ ſubſcripſerunt, alios quidem è regione chirographorum ſuorum ὁμοσίᾳ vocem adſcripſiſſe; alios verò, ab Euſebio inſtructos, blaſphemam ὁμοιουσίᾳ vocem, loco ὁμοσίᾳ, ſuppoſuiſſe. Theodoretus lib. 1. hiſt. Eccleſ. ſub initium capitis 7. pag. 542. ait, eos ὑπούλως καὶ οὐκ εἰλικρινῶς, *ſubdolè, & non ſincerè* huic formulæ ſubſcripſiſſe. Eadem Nicephorus habet lib. 8. cap. 18. pag. 570. Politia Patrum Metrophanis & Alexandri, apud Photium in Biblioth. Cod. 256. pag. 1412. id factum dicit, μὴ ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὑφάλῳ γνώμῃ, *non ſincerè, ſed fictè ac ſubdolè.*

4. Alii tandem ὅμοιον dicebant. Hîc quæſtio, *An Filius Patri* ὅμοιος *dici poſſit*, propter diſcrepantes veterum ſententias, inter dubias & an-

& ancipites referri debet. Ad eam autem ut commodiùs respondere possimus, observandum, quotuplici modo τὸ ὅμοιον sumatur. Gregorius Nyssenus Orat. 2. contra Eunomium, t. 2. pag. 474, 475. tres hujus vocis affert significationes.

α. *Prima est:* Ὅσα διαψεύδεται τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν, ἃ τὰ αὐτὰ μὲν ἀλλήλοις ὄντα, κατὰ τὴν Φύσιν, παρὰ δέ τινος τῶν παρεπομένων τοῖς ὑποκειμένοις, σχήματος λέγω καὶ χρώματος, καὶ ἤχου, καὶ τῶν ὅσα διὰ γεύσεώς τε καὶ ὀσφρήσεως, καὶ ἁφῆς τὸν παραλογισμὸν ἐμποιεῖ· ἄλλα μὲν τὴν Φύσιν, ἕτερα δὲ παρ' ἃ πέφυκεν εἶναι ὑποκρινόμενα, ταῦτα ὁμοίως ἔχειν ἡ συνήθεια λέγει. *Quæcunque sensus nostros fallunt, cùm natura non sint inter se eadem, sed ab aliquo eorum quæ subjecta consequuntur accidente, figura dico, & colore, & sono, & quæ per gustum & odoratum & tactum sensuum deceptionem ingenerant, cùm alia quidem sint secundum propriam naturam: alia verò quàm quæ revera sunt, esse simulentur, hæc similiter se habere consuetudo dicit.* Vide plura de hac significatione apud Auctorem. Postea de Eunomio interrogat, Ἆρα μή τι τοιοῦτον ὁμοιότητος εἶδος ἐπιθρυλλεῖ τῷ Υἱῷ; ἀλλ' οὐκ ἂν εἰς τοῦτο παραπληξίας ἔλθοι, ὥστε τὴν ἀπατηλὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τῆς ἀληθείας βλέπειν, *Numquid Eunomius talem quandam similitudinis speciem jactitat in Filio? Sed non eò amentiæ & insaniæ venerit, ut fallacem & fraudulentam similitudinem in veritate contempletur.*

β. *Secunda est:* Πάλιν ἄλλην ὁμοιότητα ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ εἰπόντος, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. *Rursus aliam similitudinem in divinitus inspirata scriptura edocti sumus ab eo, qui dixit,* Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem. Ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαι τὸν Εὐνόμιον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς τοῦτο βλέπειν τὸ εἶδος τῆς ὁμοιότητος, ὡς ταυτὸν τῷ ἀνθρώπῳ τὸν μονογενῆ θεὸν ἀποφήνασθαι. *Sed non opinor Eunomium in Filio & Patre hanc similitudinis speciem considerare, ut eundem cum homine unigenitum Deum esse pronuncietur.* Hoc sensu etiam Athanasius lib de Synod: Arim. & Seleuc. Τὸ ὅμοιον dici affirmat οὐκ ἐπὶ οὐσιῶν, ἀλλ' ἐπὶ σχημάτων καὶ ποιοτήτων, οὐσιῶν enim οὐκ ὁμοιότης, ἀλλὰ ταυτότης.

γ. *Tertia* tandem his ab eodem proponitur verbis: Οἴδαμεν καὶ ἕτερον ὁμοιότητος εἶδος, ὅπερ ἐν τῇ κοσμογενείᾳ Φησὶ περὶ Σὴθ ὁ λόγος, ὅτι ἐγέννησε τὸν Σὴθ ὁ Ἀδὰμ κατὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν ὁμοιότητα. *Scimus etiam aliam similitudinis speciem, quam in mundi creatione de Setho sermo affirmat: Genuit Adam Sethum ad imaginem & similitudinem suam.* Subjicit postea: Ὅπερ εἰ λέγοι ὁ Εὐνόμιος, οὐκ ἀτόβλητον τὸν λόγον ποιούμεθα· ἐνταῦθα γὰρ, οὔτε ἡ Φύ-

ἡ Φύσις τῶν ἀλλήλοις ὁμοιωμένων διάφορος, καὶ ὁ χαρακτὴρ καὶ τὸ εἶδος τὴν κοινωνίαν ἔχει. *Quam si dicit Eunomius, ejus orationem non putamus repudiandam esse. Hic enim neque natura eorum, quæ inter se similitudine conveniunt, differt, & character & species communionem habet.* Atque ita ὁμοιότητος vox paulò laxiùs sumitur, & significat *convenientiam in substantiâ fundatam.* Sic vulgatum effatum est in Philosophia: *Unumquodque generare sibi simile secundum formam vel speciem*, id est, secundum substantiam. Hoc sensu si sumatur similitudo, eaque constituatur inter essentiam Patris & Filii, Filius non est ὁμοιούσιος, neque ὅμοιος Sic enim inter essentiam Patris & Filii media obviaret relationis oppositio, cùm officium relationum sit, multitudinem & pluralitatem invehere, plures essent in Deo essentiæ; quod est cum Ario essentiam divinam impiè lacerare. Si verò constituatur similitudo inter personas Patris & Filii, non potest dubitari, quin Filius sit ὅμοιος τῷ Πατρί. Athanasius Orat. 4. adv. Arianos, explicans locum Joh. 5: 26. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, scribit: Ἐν τῷ λέγειν οὕτως, δείκνυσι τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ ἰδιότητα Φυσικὴν καὶ ὁμοιότητα. *Dum dicit* sic, *ostendit proprietatem cum Patre naturalem & similitudinem.* Et Dialogo 1. de SS. Trinitate: Χαρακτὴρ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς ὑποστάσεως λέγεται ὁ χριστός. Character *dicitur Christus propter similitudinem substantiæ.* Basilius M. epist. 41. pag. 803. Ἐγὼ τὸ ὅμοιον κατ' οὐσίαν, εἰ μὲν προκείμενον ἔχει τὸ, ἀπαραλλάκτως, δέχομαι τὴν Φωνὴν, ὡς ταυτὸν τῷ ὁμοουσίῳ φέρουσαν· εἰ δέ τις τοῦ ὁμοίᾳ τὸ ἀπαράλλακτον ἀποτέμνοι, ὅπερ οἱ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν πεποιήκασιν, ὑποπτεύω τὸ ῥῆμα, ὡς τοῦ μονογενοῦς τὴν δόξαν κατασμικρῦνον. *Ego* similem secundum essentiam., *siquidem adjunctum fuerit*, prorsus citra ullam ipsius essentiæ variationem, *eam amplector proboque vocem, ut quæ idem significet quod* τὸ ὁμοούσιον, *hoc est, ejusdem essentiæ: si verò quis ab* ὁμοίᾳ *significatione* τὸ ἀπαράλλακτον *removerit, quod Constantinopolitani fecerunt, suspectam habeo vocem illam, utpote quæ gloriam unigeniti diminuat.* Integra epistola lectu digna. Epiphanius hæresi 73. pag. 368. de Filio: Ὅμοιός ἐστι καὶ καθὸ ζωὴ ἐκ ζωῆς, Φῶς ἐκ Φωτὸς, καὶ ἀληθινὸς ἐξ ἀληθινοῦ, καὶ σοφία ἐκ σοφοῦ καὶ καθάπερ ἐστὶ κατὰ τὰς γραφὰς, ἡ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν βούλησίν ἐστι μόνον ὅμοιος, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ ὑφεστᾶναι, καὶ ὑπάρχειν ὅμοιός ἐστι κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ τῷ γεννήσαντι, ὡς Υἱὸς Πατρί. *Similis est & quatenus vita de vita, & lumen de lumine, & verus de vero, & sapientia de sapiente: & quatenus est secundum Scripturas, non secundum operationem & voluntatem tantùm est similis, sed secundum ipsam essentiam & sub-*

& subsistentiam secundum omnia similis est Patri, qui ipsum genuit, ut Filius Patri. Et pag. 370. Εἴ τις μὴ κατὰ πάντα λέγοι ὅμοιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ὡς Υἱὸν Πατρὶ, ἀλλὰ κατὰ μὲν βούλησιν λέγοι ὅμοιον, κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ἀνόμοιον, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis Filium non secundum omnia Patridicat similem, ut Filius Patri similis est, sed secundum voluntatem quidem dicat similem, secundum essentiam verò dissimilem, sit anathema.* Ex his facilè patet, quo sensu Orthodoxi concesserint, Filium Patri ὅμοιον dici posse. Heterodoxi verò ὅμοιον Patri dixerunt Filium non uno modo.

Alii enim docuerunt, *Filium Patri similem esse secundum solam voluntatem.* Acacius, cum suis gregalibus, in Synodo Seleuciensi, Filium dixit ὅμοιον τῷ Πατρί. Interrogatus verò, κατὰ τι ὅμοιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί; *secundum quid Patri similis est Filius?* respondit, κατὰ τὴν βούλησιν μόνον, οὐ μὴν κατὰ τὴν οὐσίαν. *Secundum voluntatem tantùm, non verò secundum essentiam:* ut refert Socrates, hist. Eccles. lib. 2. cap. 40. pag. 213. a.

Basiliani dixerunt, ὅμοιον μὲν τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα τὸν Υἱὸν εἶναι, *Filium quidem secundum omnia similem esse Patri*, οὐσίας δὲ ὅλως οὐδὲ ὀνόματι μνήμην, τοῖς ἄλλοις λόγοις συνεισήγετο, *essentiæ tamen prorsus, ne nomine quidem tenus, mentione inter reliquos sermones facta:* Philostorgius lib. 4. cap. 8. pag. 68.

Ariani circa hoc dogma in tres divisi fuerunt sectas; de quibus idem Philostorgius lib 10. cap. 3. pag. 135, 136. Ὅτι οἱ ἐξ Ἀρείου τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ μονογενοῦς ὁμοιότητα, εἰς πολλὰς αἱρέσεις διεσχίσαντο. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν, οἱ δὲ τὸ τὴν Φύσιν θεὸς· ἄλλοι δὲ, διότι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτῶν πέφυκε δημιουργεῖν. *Quòd Ariani similitudinem unigeniti cum Patre in multas hæreses diviserunt. Quidam enim dixerunt*, secundum præscientiam utrumque esse: *alii verò*, secundum naturam, Deum: *alii verò*, quod ex non entibus alteruter eorum ad creandum sit productus. Cùm hæc valde sint obscura, operæ precium fuerit eorum explicationem ex Gothofredo subjicere. De Arianorum, inquit, in tres sectas divisione hoc capite agit Philostorgius: nempe, ut ita id opponat iis, qui Eunomianis objiciebant, quòd in diversas sectas abiissent, & quidem sub Theodosio Magno: de quo Socrates cap. 23. lib. 5. & Sozomenus lib. 7. cap. 17. Ait igitur Philostorgius, etsi Ariani omnes ὁμοιότητα τοῦ μονογενοῦς πρὸς τὸν Πατέρα ex æquo tenerent, contrà quàm Eunomiani, qui τὸ ἀνόμοιον tuebantur, attamen diversimodè hanc ὁμοιότητα expressisse: quosdam enim Filium *secundum præscientiam* similem, sed ἑκάτερον dixisse, καὶ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν· ἑκάτερον, id est, *alterum*, & sic posterius

rius exstitisse: scilicet ajebant, Filium, cùm naturâ nullam præter cæteros prærogativam haberet, utpote naturâ suâ τρεπτός: propter singularem tamen curam & exercitationem in malum non inclinantem, à Deo idcirco electum, quòd prænovisset, eum neutiquam hanc prærogativam aspernaturam: Προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ περὶ αὐτοῦ εἰδότα κατὰ πρόγνωσιν, seu προγνωστικῶς: de quo Alexander Episcopus Alexandrinus in epist. apud Theodoretum, lib. 1. cap. 4. pag. 5, 6. Athanasius, disputat. 1. contra Arianos, pag. 124. & formula Arianorum ann. 344. apud eundem Athanasium de Synodis pag. 691. in fine. & Sirmiensis adversus Photinum à Marco Arethusio scripta apud eundem Athanasium de Synodis pag. 693. & Socratem, lib. 2. cap. 25. pag. 582. b. ubi tamen ea sententia ab Arianis damnatur. Secundam Arianorum (qui ex æquo omnes similem Patri Filium statuebant) sectam & sententiam hanc, priori contrariam, memorat Philostorgius: nempe, quòd *Filius secundum naturam Deus esset*, κατὰ τὴν φύσιν θεός, non verò secundum præscientiam. Tertiam tandem hanc memorat, ὅτι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτῶν πέφυκε δημιουργεῖν· ἑκάτερος, id est, alter (seu posterior) productus sit ad creandum. Cujus Arianorum sententiæ, de Filio videlicet ἐξ οὐκ ὄντων generato seu creato, innumera apud veteres testimonia occurrunt. Inde certè Ariani ἐξουκόντιοι dicti; testis vel Athanasius de Synodis, pag. 698. & Socrates, lib. 2. cap. 35. Atque ita quidem Philostorgius hic tres diversas Arianorum sententias exprimit. Cujus verba ita emendanda, partim verò & vertenda sunt: Οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν· οἱ δὲ, τὸ τὴν φύσιν θεόν· ἄλλοι δὲ, ὅτι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτὸς πέφυκε δημιουργεῖν. Id est: *Quidam enim*, Filium scilicet, *secundum præscientiam*, *alterum seu posterius exstitisse dixerunt*: *alii verò*, *secundum naturam Deum esse*: *alii denique*, *quòd ex non entibus alter seu posterius productus sit ad creationem.* Has verò tres Arianorum in speciem diversas sententias ait Philostorgius, etsi differre videantur, in unum tamen convenire & conspirare, nempe quòd Filium Patri ὁμοιούσιον prædicent. Quomodo & Ambrosius, de fide ad Gratianum lib. 1. cap. 4. de Eunomio, Ario, & Aëtio: *sed quem potissimùm legam? Eunomiúmne, an Arium, vel Aëtium, ejus magistros? Plura enim nomina, sed una perfidia: impietate non dissonans, communione discordans: non dissimilis fraude, sed cogitatione discreta: Cur enim secum nolint convenire, non intelligo*, &c. De diversis alioquin Arianorum sententiis Epiphanius hæresi Semiarianorum 73. Socrates, lib. 5. cap. 20, 22. Sozomenus, lib. 7. cap. 17. quas tamen aliter explicant. Epiphanius quoque Ariano-

Arianorum τρία τάγματα ponit. Hucusque Cl. Gothofredus. Cum his conferenda, quæ cap. 8. de Arianis dicta sunt.

CAPUT XI.

De incarnatione Filii.

Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

HOc capite considerandum nobis venit reconditum & admirabile prorsus Incarnationis Filii Dei mysterium: ubi agemus

I. *De Nominibus Incarnationis.* De illis totum habes caput 2. in Observationibus nostris. Ibi dicta hîc non repetimus, sed ea tantùm examinamus nomina, quæ à Patribus Nicænis hîc sunt usurpata. Sunt autem duo sequentia.

1. Σάρκωσις. Patres Nicæni dicunt, se credere in Filium σαρκωθέντα. Σαρκόω est quasi *incarno*, id est, *carneum reddo.* Budæus interpretatur, *carne oppleo;* item, *carne operio;* nec non, *carnem alo*, & *ulcus impleo*, ex Celso. Præterea, *corpulentum reddo*, ex Galeno. Passivum autem σαρκοῦσθαι, *corporari*, & *carne indui*, ex Lactantio: quod de incarnationis Christi mysterio peculiariter dici solet. Exemplum habemus in hoc Symbolo: alia passim obvia. Greg. Nazianzenus Orat. 38. pag. 613. Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται. *Carnis expers incarnatur.* Ita etiam Atticus, Episcopus Constantinop. in Actis Ephesinis, pag. 254. Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται. Chrysostomus in Psal. 44. πᾶσα ἡ γῆ ἀπὸ περάτων εἰς τὰ πέρατα δοξολογεῖ καὶ ὑμνεῖ τὸν σαρκωθέντα θεόν. *Universa terra ab una orbis extremitate ad alteram glorificat & laudat incarnatum Deum.* Isidorus Pelusiota, epist. 69. lib. 1. pag. 22. Νηστεία καὶ βίᾳ σεμνότης Ἰωάννην, τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ βαπτιστὴν ἀπετέλεσε. *Jejunium & vitæ severitas Johannem incarnati Dei baptistam reddidit.* Hinc jam σάρκωσις, desumta voce ex Joh. 1: 14. Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Σάρκωσις verò τῆς σαρκὸς δηλοῖ τὴν ἀνάληψιν carnis *assumtionem significat*, ut Theodoretus loquitur Dial. 2. pag. 67. Vel, ut Damascenus, lib. 3. orthod. fidei, cap. 11. pag. 216. explicat, τὴν πρὸς σάρκα, ἤτοι πρὸς ἄνθρω-

Digitized by Google

ἀνθρωπού συνάφειαν, *cum carne, vel cum homine conjunctionem.* Usitatissima hoc sensu vox apud Scriptores Ecclesiasticos; quod tamen Lexicographi non docent. Videamus exempla. Greg. Nazianzenus, Orat. 38. pag. 614. Ἐφάνη θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήτεως, — ἵν' ὁ τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσηται· μᾶλλον δὲ ῥεύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. *Deus per nativitatem hominibus apparuit, — ut, qui vitam dederat, idem beatam quoque vitam largiretur: vel potiùs, ut nos per vitium à beata vita prolapsos, ad eandem rursus per incarnationem revocaret.* Isidorus Peluſiota, epiſt 218. lib. 1. pag 63. Ὁ καιρὸς τῆς σαρκώσεως. *Tempus incarnationis.* Gregorius Thaumaturgus cap. 1. de Fide, pag 2. σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν conjungit. Baſilius Seleucienſis, Orat 39. pag. 217. de Chriſto: Ἀνθρωπικὴν ἔλαβες σάρκωσιν. *Humanam aſſumſiſti carnem.* Et quia Filius propter aſſumtam carnem humanam dicitur σαρκωθεὶς, hinc de eodem myſterio uſitatiſſimè uſurpatur vox ἔνσαρκος, quam à Lexicographis omitti, profecto mirum. Nempe incarnatio Filii vocatur,

a. Ἔνσαρκος γένεσις, *nativitas ſecundum carnem*, ab Euſebio, Demonſtrat. lib. 7. pag 219.

b. Ἔνσαρκος ἐνανθρώπησις, ab Epiphanio, hæreſi 30. pag. 71. & hæreſi 69. pag. 330.

c. Ἔνσαρκος ἐνδημία, rurſus ab Epiphanio, hæreſi 69. pag. 338. & ab Athanaſio, in Pſal. 68. t. 2. p. 537.

d. Ἔνσαρκος ἐπιδημία, ab Athanaſio, Orat. 2. adverſus Arianos, t. 1. pag. 365. & à Theophylacto in cap. 1. Lucæ, pag. 300. Eodem ſenſu vocatur ἡ ἐν σαρκὶ ἐπιδημία, à Baſilio M. epiſt. 65. pag. 852. ἡ διὰ σαρκὸς ἐπιδημία, ab Oecumenio in 2. epiſt. Joh. pag. 218.

e. Ἔνσαρκος οἰκονομία à Theophylacto, in cap. 1. Joh. pag. 555. à Maximo, cent. 4 de Charitate, cap. 77. & ab aliis. Phavorinus: Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. Ἔνσαρκος καὶ θεία οἰκονομία vocatur à Chryſoſtomo, homil. 105. t 5. pag. 681. Eodem ſenſu dicitur ἡ κατὰ σάρκα οἰκονομία, à Nyſſeno contra Apoll. t. 3 pag. 265. ἡ κατὰ σάρκα τοῦ λόγου οἰκονομία, ab Oecumenio in Acta, pag. 1. Οἰκονομία τῆς σαρκὸς, à Chryſoſtomo homil. 31. in Johannem: ἡ μετὰ σαρκὸς οἰκονομία, à Cyrillo Alexand. in cap. 10. Jeſajæ, pag. 189. ἡ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Υἱοῦ τοῦ θεοῦ παρουσίας οἰκονομία, in Actis Synodi Nicænæ, pag 5.

f. Ἔνσαρκος παρουσία, à Chryſoſt. homil. 34. t. 5. pag. 218. ab eodem, homil. 8. in Joh. pag. 588. & ab aliis.

g. Ἔνσαρ-

g. Ἔνσαρκος ἐπιφάνεια, ab Eusebio hist. Eccles. lib. 1. cap. 5. pag. 5. Demonstrat. Evang. lib. 8. pag 226. Eodem sensu, ἡ κατὰ σάρκα ἐπιφάνεια τοῦ Υἱοῦ τοῦ θεοῦ, à Pachym. in cap. 4. Dionysii Areopagitæ de cœlesti Hierarchia, pag. 58.

2. Ἐνανθρώπησις. Rursus Patres Nicæni testantur, se credere in Filium Dei ἐνανθρωπήσαντα, *qui homo factus est*. Eusebius Pamphili, teste Socrate, hist. Eccles. lib. 1. cap. 9. pag. 175. pro ἐνανθρωπήσαντα, quod in Symbolo Nicæno exstat, usurpavit, ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον: quòd etiam Stephanus in Thesauro suo notavit quidem, non tamen monuit, anguem latere in verba. Ἐνανθρωπῆσαι namque de Dei Filio usurpatum, non significat *inter homines versari*, sed *carnem humanam assumere*, *hominem fieri*. Audi Greg. Nazianzenum, Orat. 52. pag. 747. ita de Apollinaristis differentem: Καὶ περὶ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως κακουργοῦσι Φωνὴν, τὸ ἐνηνθρώπησεν, ὃπ ἐν ἀνθρώπῳ γέγονεν, ὃν ἑαυτῷ περιέπηξεν, ἐξηγούμενοι, κατὰ τὸ εἰρημένον· Αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἀλλ' ἀνθρώποις ὡμίλησε, καὶ συνεπολιτεύσατο λέγοντες καὶ διδάσκοντες, καὶ πρὸς ἐκείνην καταφεύγοντες τὴν Φωνὴν, τὴν, Μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνεστράφη, λέγουσαν. *Etiam* circa ἐνανθρωπήσεως vocem improbè ac versutè agunt, hoc *verbum*, ἐνηνθρώπησε, *non ita explicantes*, *ut idem sit*, *quod* in homine, quem sibi ipsi affixit, exstitit, *juxta id*, *quod ait scriptura*: Ipse enim sciebat, quid esset in homine: *verùm idem esse dicentes ac docentes*, quod, cum hominibus consuetudinem habuit ac versatus est: *atque ad hæc verba confugientes*, Post hæc in terra visus est, & cum hominibus est conversatus. Vide reliqua apud Nazianzenum, Notas quin etiam Eliæ Cretensis ad hunc Nazianzeni locum, pag. 1309. Verbo ἐνανθρωπέω etiam utitur Chrysostomus, Homil. de SS. Trinitate, t. 6. edit. Paris. pag. 203. Πᾶς οὖν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς πιστεύων, προσκυνείτω Τριάδα ἄκτιστον, ἄτρεπτον, ἀναλλοίωτον, παντοδύναμον, συνάναρχον, συναΐδιον, καὶ ὁμοούσιον, Πατέρα καὶ Υἱὸν, τὸν πρώην μὲν ἄσαρκον, ἐπὶ τέλει δὲ βουλήσει ἰδίᾳ ἐνανθρωπήσαντα τελείως, χωρὶς ἁμαρτίας, ἀτρέπτως, καὶ ἀναλλοιώτως, &c. *Quisquis igitur sanctis scripturis credit*, *adoret Trinitatem increatam*, *incommutabilem*, *versionis expertem*, *omnipotentem*, *principio carentem*, *coæternam & consubstantialem*, *Patrem*, & *Filium priùs quidem absque carne*, *deinde autem voluntate propria in fine seculorum perfectum hominem factum*, *absque peccato*, *sine versione & mutatione*, &c. Oecumenius in cap. 2. ad Galatas, pag. 590. Ἔκαστον τοσαύτην δεῖ χάριν ὁμολογεῖν τῷ χριστῷ, ὡς εἰ δι' αὐτὸν μόνον ἐνηνθρώπησε. *Tantas unumquemque Christo gratias agere oportet*, *ac si propter ipsum solum homo factus fuisset.*

fuiſſet. Cyrillus Jeroſol. Catech. Illum. 11. pag. 120. Μέλλοντος τοῦ χριστοῦ ἐνανθρωπεῖν, καὶ ἐκ παρθένου γεννᾶσθαι. *Cùm Chriſtus eſſet carnem aſſumturus, & ex virgine naſciturus.* Ab ἐνανθρωπέω eſt ἐνανθρώπησις, *incarnatio.* Baſilius Cæſar. in Pſal. 32. pag. 200. Ἐὰν τὸν θαυμάσιον τρόπον, καὶ πᾶσαν τὴν Φύσιν ὑπερβαίνοντα τῆς ἐνανθρωπήσεως διηγῇ τοῦ Κυρίου, καινότερον ἆσμα καὶ ξένον ᾄδεις. *Si admirabilem modum, & omnem excedentem naturam incarnationis Domini narraveris, recentius utique ac novum concinis canticum.* Euſebius Demonſtrat. lib. 9. pag. 259. vocat ἐνανθρώπησιν τοῦ θεοῦ λόγου, *incarnationem Dei Verbi.*

II. *De λόγῳ aſſumente naturam humanam.* Quamvis, ut Chryſoſtomus, Homil. 27. in epiſt. ad Romanos. pag. 213. ὑπακοῆς ἡ πίστις δεῖται, οὐ πολυπραγμοσύνης, *fides obedientia, non curioſitate, egeat;* periculoſum etiam ſit, τὰ σεσιγημένα πολυπραγμονεῖν καὶ περιεργάζεσθαι: nihilominus, cùm ipſa etiam pia & orthodoxa antiquitas minimè dubitârit, inquirere in cauſſas, cur Filius potiùs, quàm Pater aut Spiritus Sanctus, humanam aſſumſerit naturam, nos quoque hujus quæſtionis deciſionem ex Patribus proponimus.

1. Ratio, cur Filius carnem aſſumſerit, eſt, quia decuit nos reſtitui in jus & gradum filiorum Dei per eum, qui naturâ Filius Dei eſt; & imaginem Dei in nobis reſtaurari per eum, qui eſt imago Dei. De hoc Jobius in Biblioth. Photii, Cod. 222. pag. 580. Ἐπειδὴ λόγος ὁ Υἱὸς, ὁ δὲ ἄνθρωπος λόγῳ καὶ εἰκόνι θεοῦ τιμηθεὶς, τούτων τε διαπέπτωκε, καὶ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· Διὰ τοῦτο ὁ λόγος τοῖς εἰς ἀλογίαν πεσοῦσιν ἐπεδήμησε τό τε ὁλίσθημα ἡμῶν ἐξιώμενος, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνέλκων ἀξίωμα. *Quoniam Filius verbum eſt, homo verò ratione atque imagine Dei cohoneſtatus erat, hiſce poſtea excidit,* comparatúſque eſt jumentis inſipientibus, & ipſis ſimilis factus eſt; *propterea Verbum ad eos, qui ad brutorum ſortem delapſi erant, acceſſit, ruinam noſtram reparans, ac nos in priſtinam dignitatem poſtliminio revocans.* Photius pag. ſeq. de Jobio ſcribit: Νεανιεύεται κατὰ τῶν λεγόντων, διὰ τοῦτο τὸν Υἱὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ σωτῆρα παραγενέσθαι, διότι τοῖς πρὸς υἱοθεσίαν καλουμένοις τὸν Υἱὸν ἔδει, ἀλλὰ μὴ ἄλλον τινὰ, καθηγεμόνα καὶ ἀνακαινιςὴν τῆς υἱοθεσίας καὶ γεγενῆσθαι, καὶ κηρύττεσθαι. *Juveniliter ſcribit adverſus dicentes, Propterea Filium hominem factum, atque Salvatorem adveniſſe, eò quòd in adoptionem vocatis, non alium aliquem, præter ipſum Filium, oporteret ducem atque inſtauratorem adoptionis & eſſe, & prædicari.* His verbis indicat Photius, Jobium hanc aliorum ſententiam, utpote veram, immeritò ſugillâſſe. Jobius ibid.

ibid. pag. 601. Τῶν πρεπωδεςάτων ἦν, τὴν ἀπαράλλακτον καὶ Φυσικὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς ἡμᾶς τοὺς κατ' εἰκόνα μὲν γεγονότας, τὸν δὲ χαρακτῆρα κιβδηλεύσαντας, ταύτην ἡμᾶς ἀποκαθᾶραί τε τῶν κηλιδωμάτων, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀναμορφώσασθαι. *Convenientissimum fuit, ut immutabilis, per omnia similis, naturaque Patris imago nos ad eandem conditos; sed qui formam illam jam corruperamus; à sordibus mundaret, & pristino decori restitueret.* Eandem causam inculcat Damascenus Orthod. fidei lib. 4. cap. 4. pag. 284. Διὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐνηνθρώπησεν, ἵν' ἐφ' ᾧπερ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, πάλιν αὐτῷ χαρίσηται· ἐποίησε γὰρ αὐτὸν κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ, νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἤτοι ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπου Φύσει. *Propterea Filius Dei homo factus est, ut, in quem finem hominem creaverat, id ipsum eirursus largiretur: creavit enim illum ad imaginem suam, intelligentem, & libero arbitrio ornatum, nec non ad similitudinem suam, sive in virtutibus perfectum, quantum natura humana ferre potest.* Athanasius de Incarnatione Verbi, t. 1. pag. 72. Οὐκ ἄλλου ἦν τὸ κατ' εἰκόνα πάλιν ἀνακτίσαι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ τῆς εἰκόνος τοῦ Πατρός· καὶ οὐκ ἄλλου ἦν τὸ θνητὸν ἀθάνατον ἀναζῆσαι, εἰ μὴ τῆς αὐτοζωῆς ὅσης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. *Non poterat alius imaginem Dei in hominibus renovare, quàm ipsa Patris imago: nec alterius erat, mortale resuscitare immortale, nisi ejus, qui est ipsa vita, Domini nempe nostri Jesu Christi.* Quod eleganti postmodum similitudine explicat: Καθάπερ τῆς γραφείσης ἐν ξύλῳ μορφῆς παραφανισθείσης ἐκ τῶν ἔξωθεν ῥύπων, πάλιν χρεία τοῦτον παραγενέσθαι, οὗ ἐστιν ἡ μορφή, ἵνα ἀνακαινισθῆναι εἰκὼν δυνηθῇ ἐν τῇ αὐτῇ ὕλῃ· οὕτως ὁ πανάγιος Πατρὸς Υἱὸς, εἰκὼν ὢν τοῦ Πατρὸς, παρεγένετο ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους τόπους, ἵνα τὸν κατ' αὐτὸν πεποιημένον ἄνθρωπον ἀνακαινίσῃ. *Quemadmodum, si effigies, in tabula depicta, situ & sordibus obliterata fuerit, eum rursus accedere necesse est, cujus est effigies, ut imago in eadem materia renovari possit: ita etiam sanctissimus Patris Filius, Patris imago exsistens, ad nos accessit, ut hominem ad imaginem suam creatum renovaret.*

2. Ratio est, quia nihil fuit aptius & Sapientiæ divinæ convenientius, quam hominem per eum reformari, per quem fuerat ab initio formatus. Hanc rationem affert Cyrillus Alex. lib. 1. Glaphyr. in Genesin, pag. 13. Ἔδει, ἔδει τὸν δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὑπαρξιν, ἀνακαινισὴν γενέσθαι τῶν κατεφθαρμένων, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐξελάσθαι πήρωσιν· καταργῆσαι δὲ τὸ λυτοῦν, καὶ τὸ εὖ εἶναι πάλιν διανεῖμαι πλουσίως τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσιν. *Oportuit eum, per quem omnia ortum nacta sunt, instauratorem fieri eorum, quæ corrupta erant, vitiúmque ex peccato contractum profligare; quódque malè habebat, abolere, atque iis, qui per ipsum facti erant, bonum habitum lar-*

largiter impertiri. Eandem rationem urget Jobius, in Biblioth. Photii, Cod. 222. pag. 581. his verbis: Ἐχρῆν τὸν δημιουργὸν καὶ πλάσην, αὐτὸν καὶ ἀναπλάσαι καὶ ἀνακαινίσαι συντριβὲν τὸ δημιούργημα. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ ὡσαύτως δημιουργὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλὴν ἀλλὰ πάντα δι' Υἱοῦ γεγενῆσθαι τὸ ἱερὸν συνεχῶς ἐπιμαρτύρεται γράμμα. Ἔδει τοίνυν τὸν πλασουργὸν, διαρρυέντος τοῦ πλάσματος, αὐτόν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν, καὶ ἀνασῶσαι δι' ἀναπλάσεως. *Ipsum oportebat creatorem & formatorem creaturam corruptam reformare atque renovare. Etsi autem Pater quoque ipse perinde creator est, ut & Spiritus Sanctus, nihilo tamen minùs omnia per Filium facta esse sacræ literæ perpetuò testantur. Quare creatorem oportebat lapsam creaturam ad seipsum recipere, & per reformationem servare.* Cyrillus Jerosol. Catech. illum. 6. pag. 46. Πατὴρ κατεφρονεῖτο, ἔδει Υἱὸν διορθώσασθαι τὴν πλάνην. Ἔδει γὰρ τὸν δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, τῷ δεσπότῃ τῶν ἁπάντων προσενεγκεῖν τὰ πάντα· ἔδει θεραπευθῆναι τὸ τραῦμα. *Pater despiciebatur, oportebat Filium corrigere errorem. Oportebat enim eum, per quem omnia facta sunt, Domino omnium omnia offerre: oportebat sanari vulnus.* Nicephorus, Episcopus Constantinop. in Actis Synodi Ephesinæ, pag. 308. docet, propterea Filium, non aliam personam, assumsisse carnem humanam, ἵνα, ὅθεν ἡμῖν τὸ εἶναι ὑπῆρξε διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἀγαθότητα, ἐντεῦθεν καὶ τὸ εὖ εἶναι ἡμῖν χαρισθείη, *ut unde, ob ineffabilem ejus bonitatem, esse habebamus, inde etiam bene esse gratiosè daretur.* Consentit Athanasius, Orat. de incarnat. Verbi, t. 1. pag. 54. Οὐδὲν ἐναντίον φανήσεται, εἰ δι' οὗ τὴν κτίσιν ἐδημιούργησεν ὁ Πατὴρ, ἐν αὐτῷ καὶ τὴν ταύτης σωτηρίαν εἰργάσατο. *Illud contradictionem minimè involvit, si, per quem Pater hominem creavit, per eundem ejus salutem procuravit.* Et Orat. ead. pag. 72. Οὐκ ἄλλου ἦν τὸ Φθαρτὸν εἰς ἀΦθαρσίαν μεταβαλεῖν, εἰ μὴ αὐτοῦ σωτῆρος, τοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐξ οὐκ ὄντων πεποιηκότος τὰ ὅλα. *Non alius erat corruptioni obnoxium à corruptione liberare, nisi ipsius Salvatoris, qui etiam in principio omnia ex nihilo fecit.* Alias rationes Theologi suppeditant.

III. *De natura assumta.* Ut hoc mysterium eò solidius proponamus, asserimus cum S. Scriptura, & orthodoxa antiquitate,

1. Λόγον *veram assumsisse carnem, non imaginariam, aut putativam: assumsisse carnem infirmitatibus humanis obnoxiam, sed omnis prorsus peccati expertem.* Multa scripturæ testimonia hæc omnia confirmant: cùm verò illa passim sint obvia, & à Theologis studiosè conquisita proponantur, nos Patrum maximè audiemus consensum. Et quidem ex iis probamus.

2. Λόγον

a. Λόγον *veram assumsisse carnem.* Greg. Nazianzenus Orat. 38. P. 613. Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ὁ Λόγος ταχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, ὁ ἀναφὴς ψηλαφᾶται, ὁ ἀχώρητος ἐρχεται, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται. *Carnis expers incarnatur: Verbum crassescit: invisibilis cernitur: sub tactum non cadens tangitur: tempore vacans initium sumit: Filius Dei fit filius hominis.* Theophylactus in cap. 1. Joh. pag 567. contra hæreticos, de quibus mox: Ἀκουέτωσαν, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ εἶπεν, ὅτι σὰρξ ἐφαντάσθη, ἢ ἔδοξεν, ἀλλ' ὅτι ἐγένετο ἀληθείᾳ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ οὐ φαντασίᾳ. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἀνόητον, πιστεύειν, ὡς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἀλήθεια ὢν καὶ λεγόμενος, ἐψεύσατο τὴν ἐνανθρώπησιν. *Audiant,* Verbum caro factum est, *non dicit, quòd apparenter fuerit caro, sed quòd fuerit veritas & substantia, non verò phantasia. Absurdum enim & stultum esset credere; Filium Dei, qui veritas est & dicitur; incarnationem esse mentitum.* Idem etiam patet ex eo, quod veteres tradunt de formatione corporis in utero B. Virginis, quam plerique *successivam*, pauciſſimi *momentaneam* statuunt. *Successivam* fuisse docet Chrysostomus, Homil. 8. in Matth. pag. 52. Οὐδὲ ἁπλῶς ναὸς πλάττεται, ἀλλὰ καὶ κύησις γίνεται, καὶ ἐννεαμηναῖος χρόνος, καὶ ὠδῖνες, καὶ τόκος, καὶ γαλακτοτροφία. *Neque simpliciter templum formatur, sed & tumor uteri cernitur, & novem mensium tempus volvitur, & ipse partus absolvitur cum dolore, & nutrimentum lactis adhibetur.* Idem, Homil. 34. t. 5. pag. 218. *Christus voluit* εἰς μήτραν ἐλθεῖν παρθενικὴν, καὶ ἐννεαμηναῖον κυοφορηθῆναι χρόνου, καὶ γαλακτοτροφηθῆναι, καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάντα παθεῖν, *in uterum venire virginalem, & novem mensium spatio in utero gestari, & lacte nutriri, & humana omnia pati.* Ignatius, in epist. ad Trallenses, pag. 13. Ἐκυοφορήθη, ὡς καὶ ἡμεῖς χρόνων περιόδοις· καὶ ἀληθῶς ἐτέχθη, ὡς καὶ ἡμεῖς· καὶ ἀληθῶς ἐγαλακτοτροφήθη, καὶ τροφῆς κοινῆς καὶ πότου μετέσχεν, ὡς καὶ ἡμεῖς. *In utero gestatus est, sicut & nos, certis temporum curriculis: & verè natus est, sicut & nos: & verè lacte nutritus est, & cibo potuque communi usus est, sicut & nos.* Sunt verò etiam, qui *momentaneam* fuisse autumant, quamvis minùs accuratè: nobis enim in omnibus, solo peccato excepto; ut mox videbimus; similis fieri debuit. *Momentaneam formationem* defendit Basilius M. Orat. de generatione Christi humana, pag. 589. ubi ad Matth. 1:20. ita scribit: Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν τῆς σαρκὸς ἡ σύλληψις ἐγένετο τῷ Κυρίῳ· εὐθὺς γὰρ τέλειον ἦν τῇ σαρκὶ τὸ κυοφορούμενον, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν διαπλάσεσι μορφούμενον, ὡς δηλοῖ τὰ ῥήματα· οὐ γὰρ εἴρηται, τὸ κυηθὲν, ἀλλὰ, τὸ γεννηθέν. *Hinc manifestum est, non secundum communem modum carnis constitutionem Dominum fuisse. Conceptum namque illicò perfectum fuit, non per intervalla paulatim*

tim formatum, ut verba declarant: non enim dicitur, Quod in ea conceptum est, *sed*, quod in ea natum est. Eodem concedit Damascenus, Orthod. fidei lib. 3. cap. 2. pag. 177. quando dicit, ἐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπηρτίσθαι τὸ σχῆμα, ἀλλ' ὑφ' ἓν τετελειῶσθαι, *non paulatim per additamenta figuram fuisse completam, sed simul absolutam.* Vide etiam Theophylactum, in cap. 1. Lucæ, pag. 305. qui etiam dicit, quosdam docere, ὅτι ἅμα τῷ τὸν Κύριον ἐπισκιάσαι τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου, εὐθὺς τέλειον ἦν τὸ βρέφος, *quòd, ubi Dominus obumbravit uterum virginis, statim perfectus fuerit infans.* Sed rectè monet Theophylactus, alios hoc admittere nolle, quia scriptum sit, τὸ γεννώμενον ἅγιον, τουτέστι, τὸ κατὰ μέρος ἐν τῇ μήτρᾳ σου αὐξανόμενον, καὶ ἐκ ἐυθὺς τέλειον ὑπάρξαν. Quod nascetur Sanctum, *hoc est, quod particulatim in utero crescit, & non statim perfectum exsistit.* Non ergo audiendi veteres hæretici, qui carnem Christi non veram, sed putativam & phantasticam esse, impiè asseruerunt. Ignatius in Epist. ad Tarsenses & Smyrnenses docet, quosdam jam suo tempore docuisse, *Christum* δοκήσει *tantùm genitum esse.* De iisdem Chrysostomus, Homil. 4. in Epist. ad Hebræos: Dixerunt, Christum δοκήσει παραγενέσθαι, καὶ ἐκ ἀληθείᾳ, *opinione tantùm venisse, non verè.* Iterum Ignatius in Epist. ad Trallianos, pag. 12. Τινὲς, ἄθεοι ὄντες, τοῦτ' ἔστιν, ἄπιστοι, λέγουσι τὸ δοκήσει γεγενῆσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον, ἐκ ἀληθῶς ἀνειληφέναι σῶμα. *Quidam athei, id est, increduli, ajunt, ipsum sola opinione hominem natum esse, non autem revera corpus assumsisse.* Hanc verò hæresin varii fovebant. Simon, Menander, Marcion, Valentinus, Basilides, Bardesanes, Cerdo, Manes, ἠρνήθησαν ἄντικρυς τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ χριστοῦ, *prorsus negârunt humanam Christi naturam;* ut testis est Theodoretus in Ἀσυγχύτῳ. Idem, hæret. fabul. lib. 5. cap. 11. pag. 278. Cerdo, Manes & Marcion, ὡς ἄνθρωπον φανῆναι τὸν χριστὸν ἔφασαν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα, *Christum tanquam hominem apparuisse dixerunt, cùm humanum nihil haberet.* Idem, Epist. 104. pag. 975. Simon, Basilides, Valentinus, Manes, Bardesanes, Marcion, μόνον θεὸν ἀποκαλεῖσι τὸν δεσπότην χριστὸν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα, ἀλλὰ φαντασίᾳ καὶ δοκήσει φανέντα τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον, *Deum tantummodo appellant Christum Dominum, qui humani habeat nihil, sed phantasia & opinione velut homo apparuerit hominibus.* Et Epist. 145. p. 1024. de Simone, Menandro, Cerdone & Marcione, παντάπασιν ἀρνοῦνται τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν μυθολογίαν ἀποκαλοῦσι. *Penitus negant incarnationem, nativitatemque ex virgine fabulam vocant.* Theorianus, Legat. Armen. pag. 180. Marcion, Manes, & Valentinus docuerunt,

runt, δοκήσει καὶ Φαντασίᾳ ψιλῇ χρισὸν φθῆναι ἄνθρωπον, ὃ μὴν ἀληθείᾳ καὶ κατὰ τὴν φύσιν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγονέναι, *opinione tantùm & nudâ phantasiâ hominem fuisse visum Christum, non autem vere & natura ipsum hominem fuisse.* Saturnilus quoque, referente Theodoreto, hæret. fab. lib. 1. cap. 3. pag. 194. Σωτῆρα καὶ Κύριον οὐκ ἀγέννητον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγέννητον ἔφησε. καὶ ἀσώματον, καὶ ἀνείδεον· φαντασίᾳ δὲ μᾶλλον, οὐκ ἀληθείᾳ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανῆναι. *Salvatorem & Dominum non solùm non factum esse dixit, sed etiam ingenitum, & incorporeum, & informem: specie autem potiùs, quàm rei veritate hominibus apparuisse.* Huc etiam referri debent Gnostici; qui, ut est apud Epiphanium, hæresi 26. pag. 45. docuerunt, μὴ εἶναι χρισὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον· σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ' ἢ μόνον δόκησιν εἶναι, *Christum non esse natum ex Maria, sed per Mariam ostensum: carnem verò ipsum non assumsisse, sed speciem tantùm fuisse*, seu illusionem. Theodoretus, Dial. 2. pag. 88. ex Hippolyti, Episcopi & Martyris Oratione de distributione Talentorum hæc affert: Θεὸν ὁμολογοῦντες, ἀναίνονται τὸν ἄνθρωπον, πεφαντασιωκέναι διδάσκοντες τὰς ὄψεις αὐτῶν τῶν θεωμένων, ὡς ἄνθρωπον, ὃ φορέσαντα ἄνθρωπον, ἀλλὰ δόκησίν τινα φαντασιώδη μᾶλλον γεγονέναι, οἷον ὥσπερ Μαρκίων, καὶ Οὐαλεντῖνος, καὶ οἱ Γνωστικοὶ τῆς σαρκὸς ἀποδιαστῶντες τὸν Λόγον. *Deum confitentes, hominem negant, docentes, cum fallaci specie spectantium oculis illusisse, velut hominem, cùm hominem non gestaverit, sicut Marcion, & Valentinus, & Gnostici, Verbum à carne divellentes*, docuerunt. De hac hæresi ex Latinis etiam Patribus videri possunt Tertullianus de præscript. adv. hæreticos cap. 46. & 51. Augustinus de hæresibus, cap. 46. Hi verò hæretici omnes, ob hæresin suam, à Theophylacto vocantur Φαντασιοδοκῆται, cujus verba, in cap. 4. Joh. pag. 605. hæc sunt: Καίτοι δὲ δυνατὸς ὢν ἐπισχεῖν τοὺς αὐτῷ φθονοῦντας, κἂν εἰ κατ' αὐτοῦ ὥρμησαν, ὅμως ὑπεξίσταται, ὥστε μὴ φαντασίαν δόξαι τὴν οἰκονομίαν τῆς σαρκός. Εἰ γὰρ συχνάκις διὰ μέσου αὐτῶν ἐξήρχετο, τί οὐκ ἂν εἶπον οἱ Φαντασιοδοκῆται; οἱ περὶ Μάνεντα λέγω, καὶ Οὐαλεντῖνον, καὶ τὸν κατάμαστον Εὐτυχῆ; *Quamvis autem* Christus *potens sit cohibere invidentes sibi, etiamsi impetu quodam nunc urgerent: non tamen hoc egit, ne videretur incarnatio illusio quædam esse. Si enim sæpe per medium illorum exivisset, quid non dixissent Phantasiodocetæ*, id est, *qui* δοκήσει καὶ Φαντασίᾳ, *opinione tantùm & fictâ specie* incarnationem Filii factam esse docebant, *Manichæi* nempe, *Valentiniani & Eutychiani?* Horum verò omnium impiam hæresin confodiunt & conficiunt Nicæni Patres, asserentes, se credere in Filium Dei σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, qui veram assumserit carnem, & homo sit factus. Hoc quàm clarissimè testantur ea scripturæ loca, quæ dicunt

dicunt Λόγον *factum fuisse carnem*, Joh. 1: 14. & *in carne manifestatum*, 1. Timoth. 3: 16. *factum fuisse participem carnis & sanguinis*, ad Hebr. 2: 14. *eum esse* υἱὸν ἀνθρώπου, *filium hominis*, passim in Evangeliis. Greg. Nazianzenus Orat. 36. pag. 592. *Filius Dei vocatur* υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τὴν Παρθένον, ἐξ ὧν ἐγένετο· τῷ μὲν, ὡς προπάτορος, τῆς δὲ, ὡς μητρὸς, νόμῳ καὶ ὑπὲρ νόμῳ γεννήσεως, filius hominis, *tum propter Adamum, tum propter Virginem, ex quibus natus est: ex illo quidem, tanquam primo parente, ex hac verò, tanquam matre, juxta legem, & non juxta legem generationis.* Alterum quidem, ut ad hæc verba observat Elias Cretensis, quia de muliere, alterum quia de Virgine natus est. Eusebius hist. Eccles. lib. 1. cap. 3. pag. 3. a. Τὸν υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὴν ὑςάτην αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν χρηματίζει. Filius hominis *propter extremam ipsius incarnationem appellatur.* Cyrillus Alexandr. in Actis Concilii Ephesini, pag. 169. Ὁ αὐτὸς υἱὸς ἀνθρώπου, διὰ τὸ ἡνῶσθαι σαρκὶ, καὶ καθ' ἡμᾶς ὑπομεῖναι γέννησιν ἐκ γυναικός. *Idem vocatur* Filius hominis, *quia unitus est carni, & ut ex muliere natus.* Hoc etiam certissimum est, vocem υἱὸς additam voci ἄνθρωπος, subinde nihilo plus significare, quàm solam vocem ἄνθρωπος. Exemplum hujus est Marci 3: 28. *Omnia peccata remittentur* τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων *filiis hominum.* Hic τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων dictum est pro τοῖς ἀνθρώποις. Et sic prorsus S. Matthæus habet cap. 12: 31. Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις. Vide Cl. Vorstii accuratissimam & eruditissimam Philologiam sacram, Parte 1. cap. 13. Adde Danielem, qui cap. 7: 13 narrat, se vidisse כבר אנש. ubi per *filium hominis*, ipsis etiam Judæis suffragantibus, ipsum intelligit Messiam, qui, ut Theodoretus ad hunc locum, pag. 634. vocatur υἱὸς ἀνθρώπου, δι' ἣν ἀνέλαβε φύσιν, *propter eam, quam assumsit naturam.* Quomodo autem esset *filius hominis*, vel *homo*, nisi veram induisset carnem? Vide Tertullianum, lib. 4. adv. Marcionem, cap. 40. pag. 733. Ubi adversus Marcionem aliosque Φανταστοδοκήτας hoc affert argumentum: Nullum phantasma potest per veram & realem figuram repræsentari: sed Christus corpus suum nobis per panem repræsentavit, cùm dixit, *Hoc est corpus meum*, id est, figura corporis mei. Corpus ergo Christi non fuit putativum aut in phantasmate. Ejus verba uncialibus scribenda literis sunt: *Deus acceptum panem & distributum discipulis, corpus suum illum fecit*, hoc est corpus meum *dicendo, id est, figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Cæterùm vacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset.*

b. Λόγον *assumsisse carnem infirmitatibus humanis obnoxiam*, sed omnis

prorsus

prorsus peccati expertem. Ἀναμάρτητον fuisse, jam demonstratum cap. 6. num. III. 2. sub lit. *a. De infirmitatibus* ejus *humanis*, ἀδιάβλητα πάθη vocant Patres Græci, agemus capite sequenti, ubi *de passione & morte.*

2. Λόγον *assumsisse animam rationalem.* Fuerunt, qui negârunt, in carne Christi esse animam, saltem rationis participem. Hi ab *Apollinari*, Clerico Laodicensi, dicti sunt *Apollinaristæ.* Hanc hæresin Apollinaris ille palam professus est tempore Valentis, ejusque successoris Gratiani, post Concilium Nicænum, primum œcumenicum. De hac hæresi Theodoretus, hæret. fabul. lib. 4. cap. 8. pag. 240. Σαρκωθῆναι τὸν θεὸν ἔφησε λόγον, σῶμα καὶ ψυχὴν ἀνειλῆφότα, οὐ τὴν λογικὴν, ἀλλὰ τὴν ἄλογον, τὴν φυσικὴν, ἥγουν ζωτικήν τινες ὀνομάζουσι. Τὸν δὲ νοῦν ἄλλό τι παρὰ τὴν ψυχὴν εἶναι λέγων, ὃν ἔφητεν ἀνειλῆφθαι, ἀλλ' ἀρκέσαι τὴν θείαν Φύσιν εἰς τὸ πληρῶσαι τοῦ νοῦ τὴν χρείαν. *Incarnatum Deum Verbum dixit corpore assumto, & animam, non rationali, sed rationis experte, quam naturalem seu vitalem quidam vocant. Mentem quoque aliud esse statuens quàm animam, minimè assumtam ait fuisse, sed divinam sufficisse naturam ad usum mentis explendum.* Idem, Epist. 104. pag. 975. Apollinaris ἔμψυχον μὲν τὸ δεσποτικὸν σῶμα καλεῖ, τὸν δὲ νοῦν τῆς γεγενημένης σωτηρίας ἀποζερεῖ, οὐκ οἶδα πόθεν μαθὼν ψυχῆς καὶ νοῦ τὴν διαίρεσιν, *animatum quidem corpus dominicum vocat, sed mentem peractæ salutis exsortem facit, nescio unde animæ mentisque divisionem edoctus.* Iterum hæret. fab. lib. 5. cap. 11. pag. 278. Ἔμψυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ Σωτῆρος τὸ σῶμα, ὃ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχήν· περιττὸς γάρ φησιν ὁ νοῦς, τοῦ Θεοῦ Λόγου παρόντος. *Animatum quidem Salvatoris corpus esse ajebat, sed animam rationalem non habuisse. Mens enim supervacanea, inquit, ubi Deus Verbum adest.* Socrates, Hist. Eccles. lib. 2. cap. 46. pag. 215. b. de iisdem Apollinaristis: Πρότερον μὲν ἔλεγον ἀναληφθῆναι τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως ψυχῆς ἄνευ. Εἶτα, ὡς ἐκ μετανοίας ἐπιδιορθούμενοι, προσέθεσαν ψυχὴν μὲν ἀνειληφέναι· νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτὴν, ἀλλ' εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον ἀντὶ νοῦ εἰς τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον. *Primùm quidem dicebant, hominem à Deo Verbo in dispensatione incarnationis sine anima assumtum esse. Deinde verò, quasi pœnitentiâ ducti & errorem correcturi, addiderunt, animam quidem assumsisse: eam verò mentem non habere, sed esse Deum Verbum loco mentis in assumto homine.* Harmenopulus de Sectis, sect. 4. pag. 558. *Apollinaris docuit,* ἄνουν σάρκα καὶ ἄψυχον προσειληφέναι τὸν Κύριον· ὡς ἀντὶ νοῦ καὶ ψυχῆς ἀρκούσης αὐτῷ τῆς θείοτητος, *carnem sine mente & sine anima Dominum assumsisse, quod ei loco mentis & animæ sufficeret deitas.* Vide etiam Nazianzenum Orat. 46. pag. 722. Orat. 51. pag. 740. Orat.

Orat. 52. pag. 746. Balſamonem ad Can. 1. Concilii Conſtantinop. pag. 340. Theodorum Presbyterum de Incarnatione Domini, pag. 231. Theophylactum in cap. 1. Joh. pag. 566. & ad vſ. 6. cap. 2. ad Epheſios, pag. 591. Leontium de Sectis, Act. 4. pag. 446. Damnata autem fuit hæc hæreſis in ſecundo Concilio œcumenico, Conſtantinopoli celebrato, nec non in Concilio Romano, à Damaſco Epiſcopo Romano, & Petro Epiſcopo Alexandrino, Athanaſii magni Succeſſore: ubi unâ cum Apollinari etiam anathematizatus eſt Timotheus, ejus diſcipulus; ſicut legere eſt apud Theodoretum lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 8. & 9. pag. 712. &c. Damnata etiam in Synodo Alexandrina ab Euſebiō & Athanaſio, ut eſt apud Socratem Hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 7. pag. 219. b. De Synodo Alexandrina, anno 362. celebrata, Libellus Synodicus, pag. 1185. *Athanaſius cum Epiſcopis* ἀναθεματίζει συνοδικῶς τὸν ἄνουν Ἀπολινάριον, καὶ τὴν σάρκα χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἔμψυχον, νοερὰν, λογικὴν, κατὰ τοὺς παλαιοὺς πατέρας, εὐσεβῶς ἀνεκήρυξεν, *amentem Apolinarium Synodicè anathemate notavit: & carnem Chriſti Domini noſtri, animatam, intelligentem, rationalem, ſecundum veteres Patres piè pronunciavit.* Ex ſuperioribus ergo patet, Apollinariſtas primò docuiſſe, *Chriſtum aſſumſiſſe carnem ſine anima:* deinde verò, *eum aſſumſiſſe quidem animam, ſed mente carentem.* Arius verò & Eunomius conſtanter aſſeruerunt, Chriſtum aſſumſiſſe σῶμα ἄψυχον. Theodoretus, hæret. fab. lib. 4. cap. 1. pag. 232. de Ario: Σῶμα αὐτὸν ἄψυχον ἔφη ἀνειληφέναι, ἐνηργηκέναι δὲ τὰ τῆς ψυχῆς τὴν θεότητα. *Ipſum corpus inanimum aſſumſiſſe dicebat animæque partes impleviſſe deitatem.* Idem, Epiſt. 104. de Ario & Eunomio, pag. 975. Σῶμα μόνον ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον φασὶν, αὐτὸν δὲ τῆς ψυχῆς ἐν τῷ σώματι πληρῶσαι τὴν χρείαν. *Deum Verbum ajunt carnem duntaxat aſſumſiſſe, animæque vices ipſummet in corpore ſuppleviſſe.* Eadem de iiſdem leguntur hæret. fab. lib. 5. cap. 11. pag. 278. & apud Chryſoſtomum, Homil. 121. t. 5. apud Theorianum, Legat. Armen. pag. 178. Hæc verò hæreticorum τερατώδη ψευδολογήματα nullo retunduntur negotio. Chriſtum enim etiam animam aſſumſiſſe rationalem, inde ἀναντιῤῥήτως manifeſtum fit, quia *eſt homo*, & *dicitur homo* ſine ullo circuitu Joh. 8:40. Quid autem *homo?* Doceat nos Chryſoſtomus, Homil. 64. t. 6. Διπλοῦν, inquit, τοῦτο τὸ ζῶον, ὁ ἄνθρωπος, ἐκ δύω συγκείμενος οὐσιῶν, τῆς μὲν αἰσθητῆς, τῆς δὲ νοητῆς, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ συγγένειαν ἔχων. *Duplex hoc animal, nempe homo, ex duabus conſtans ſubſtantiis, altera quidem ſenſili, altera verò intelligibili, anima nimirum & corpore, & in cœlo & in terra cognationem habens.* Et

Greg.

Greg. Nyssenus, Orat. in principium jejuniorum, t. 2. pag. 247. Σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ σώματος, τοῦ φαινομένου, καὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀσωμάτου ψυχῆς λαχὼν εἶναι, ὅπερ ἐστί. *Compositum animal est homo, ex corpore aspectabili, & ex anima rationali & incorporea habens totum quod est.* Si Christus habuit σῶμα ἄψυχον, qua, quæso, ratione Lucæ 23:46. in ara crucis Deo Patri spiritum suum, id est, animam, commendavit? Hoc argumento adversus Apollinaristas, Arianos & Eunomianos utitur Chrysostomus, Homil. 121. t. 5. pag. 797. Εἰ μὴ ἦν καὶ θεὸς λόγος καὶ ἔμψυχος ἄνθρωπος τὸ σκεῦος τῆς ἀνθρωπότητος τὸ ἐνωθὲν αὐτῷ, ἀλλὰ μόνη ἦν ἡ θεότης ἐν σαρκὶ, περὶ ποίας ὁ Σωτὴρ ἔλεγε ψυχῆς, Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου; εἰ θεότης ἦν μόνη, ψυχὴ δὲ οὐκ ἦν, τίς ὁ παραθέμενος, καὶ τί τὸ παρατεθέν; Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου, τουτέστι, τὴν ψυχήν. εἰ μόνην εἰσηγῇ τὴν θεότητα ἐν τῇ σαρκὶ, ψυχὴν δὲ ἐκβάλλεις, τίς ὁ παραθέμενος, καὶ τί τὸ παρατεθέν; *Si non erat & Deus Verbum & animatus homo vas humanitatis illi unitum, sed sola erat deitas in carne, de quanam anima dixit Salvator, Pater, in manus tuas depono spiritum meum? si sola fuit deitas, anima verò non fuit, quis qui deposuit, & quid illud, quod fuit depositum?* Pater, in manus tuas depono spiritum meum, *hoc est animam. Si solam in carne doces esse deitatem, animam verò rejicis, quis qui deposuit, & quid illud quod depositum est?* Si Christus destitutus fuit anima rationali, quomodo Lucæ 2:52. dicitur *profeciisse sapientiâ & staturâ?* Id si verum, quemadmodum verissimum, ergo habuit verum corpus & veram animam, eamque intelligentem: cùm statura absque corpore, & sapientia absque anima rationali ne cogitari quidem possit: quod etiam Theodoreti est argumentum, Dial. 2. Ἡλικίᾳ μὲν τὸ σῶμα προκόπτει, σοφίᾳ δὲ ψυχή. *Ætate quidem corpus, sapientiâ verò anima proficit.* Vide de hoc loco cap. 6. num. 111. 1. sub lit. *b.* a. Denique Christus assumsit quod redimendum fuit & reparandum: at corpus redimendum & vindicandum fuit à servitute corruptionis, anima verò à servitute peccati: utrumque igitur assumsit. Hoc argumentum contra hæreticos urgent Patres. Theodoretus, hæret. fab. lib. 5. cap. 11. pag. 279. de Filio Dei: Ἐνηνθρώπησεν, ἵνα τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας διαφθαρεῖσαν νεουργήσῃ φύσιν. Διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἡμαρτηκυῖαν ἔλαβεν, ἵνα πᾶσαν ἰάσηται. Οὐ γὰρ προκαλύμματι τῆς θεότητος χρώμενος ἀνέλαβε τὴν τοῦ σώματος φύσιν, κατὰ τὴν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου φρενοβλάβειαν. — ἀλλ' ἠβουλήθη δι' αὐτὴν τὴν ἠτυπωθεῖσαν φύσιν καταγωνίσασθαι τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν νίκην ἀπολαβεῖν τούτου δὴ χάριν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀνέλαβε λογικήν. *Homo factus est, ut corruptam à peccato naturam renovaret. Propterea totam quæ peccaverat assum-*

assumsit, ut toti mederetur. Non enim ad divinitatis integumentum corporis naturam assumsit, juxta delirium Arii & Eunomii: — sed voluit ut natura ipsa, quæ victa fuerat, debellaret adversarium, & victoriam referret: eamque ab caussam & corpus & animam ratione præditam assumsit. Greg. Nazianzenus Orat. 51. pag. 742. Ὥσπερ σαρκὸς ἐδέησε διὰ τὴν σάρκα κατακριθεῖσαν, καὶ ψυχῆς διὰ τὴν ψυχήν· οὕτω καὶ νοῦ διὰ τὸν νοῦν, οὐ πταίσαντα μόνον ἐν τῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ πρωτοπαθήσαντα. *Quemadmodum carne ei opus fuit propter carnem damnatam, & anima propter animam: ita etiam mente propter mentem, utpote quæ in Adamo non solùm peccaverit, sed & prima affecta fuerit.* Damascenus, Orthod. fidei lib. 3. cap. 6. pag. 197. Ὅλον ὅλος ἀνέλαβέ με, καὶ ὅλος ὅλῳ ἡνώθη, ἵνα ὅλῳ τὴν σωτηρίαν χαρίσηται· τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον. *Totum totus assumsit me: & totus toti unitus est, ut toti salutem largiretur. Nam quod assumtum non est, curationis est expers.* Desumta hæc sunt ex 1. epist. Nazianzeni, pag. 740. ubi sequentia: Εἴτις εἰς ἄνουν ἄνθρωπον ἤλπικεν, ἀνόητος ὄντως ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄξιος ὅλος σώζεσθαι, τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον· ὃ δὲ ἥνωται τῷ θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται. Εἰ ἥμισυς ἔπταισεν ὁ Ἀδὰμ, ἥμισυ καὶ τὸ προσειλημμένου καὶ τὸ σωζόμενον· εἰ δὲ ὅλος ὅλῳ τῷ γεννηθέντι ἥνωται, καὶ ὅλος σώζεται. *Si quis in hominem mente carentem sperat, amens profectò est, nec dignus, qui omni ex parte salvetur; nam quod assumtum non est, curationis est expers: quod autem Deo unitum est, hoc quoque salutem consequitur. Si dimidia tantùm ex parte Adam lapsus est, dimidiatum quoque sit, quod assumtum est, & quod salutem consequitur: si autem totus peccavit, toti quoque genito unitus est, atque totus salutem consequitur.* Vide ibidem plura.

3. Λόγον *carnem non è cœlo attulisse, nec assumsisse naturam humanam de substantia superioris mundi, vel de sideribus excerptam, sed per veram nativitatem à Patribus descendentem, & ex substantia B. Virginis efformatam.* Hac assertione duo hæreticorum genera jugulantur.

a. *Alterum* eorum est, qui Christum in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem, quasi aquam per canalem, sic per Mariam transiviſſe, nihil inde vel accipientem, vel mutantem, docuerunt. Hæc fuit hæresis Valentini & Valentinianorum. Photius Epist. ult. pag. 381. de Valentino: Κενοφωνεῖ, οὐκ ἐκ τῶν παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων τὴν ἐνωθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα παγῆναι, κάτω δὲ τῆς εὐσεβείας πεσὼν, ἄνωθεν αὐτῷ πόθεν καταβιβάζει τὸ σῶμα. *Fatuè deblaterat, carnem Verbo unitam, non è purissimo Virginis sanguine solidatam, sed ipse deorsum à pietate recidens, de cœlo supernè corpus ei deducit.* Epiphanius,

nius, hæresi 31. pag 79. scribit, hosce hæreticos docuisse, Christum ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς Παρθένου διεληλυθέναι, μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι, *supernè corpus attulisse, & quemadmodum aqua per canalem transit, ita illud per Mariam transisse: nihil verò ex utero Virginis accepisse.* Theodoretus, Præfat. in Dial. 1. pag. 2. dicit, Valentinum & Bardesanem τὴν ἐκ παρθένου μὲν γέννησιν ὁμολογεῖν, παροδικὴν δὲ ταύτην γενέσθαι λέγειν, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς παρθένου τὸν θεοῦ Λόγον λαβεῖν, *ex Virgine quidem nativitatem confiteri, sed etiam transeuntem Dei Verbum quicquam ex Virgine sumsisse.* Id ipsum etiam testatur hæret. fab. lib. 5. cap. 11. pag. 278. Eandem hæresin defendit Eutyches, de quo Theodorus Presbyter de incarnatione Domini, pag. 235. quòd dixerit, ἐξ οὐρανοῦ κατηνέχθαι τὸ Κυρίου σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου παραδραμεῖν τὸν θεὸν Λόγον, οὐρανόθεν τοῦτο ἐνδεδυμένον, *è cœlo delatum fuisse corpus Domini, & tanquam per canalem per Virginem transmeasse Deum Verbum, cœlitus ea indutum.* Theodoretus, hæret. fab. lib. 4. cap. 13. pag. 246. de eodem refert, quòd asseruerit, Christum τὴν πάροδον μόνην διὰ τῆς παρθένου ποιήσασθαι, *per Virginem tantummodo transisse.* Eodem etiam prolapsus Apollinaris. Sic enim de eo Greg. Nazianzenus Orat. 46. pag. 722. Διαβεβαιῶται, πρὶν τοῦ κατελθεῖν, αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα, ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔχων ἐτύγχανε, προαιώνιόν τινα καὶ συνυφασμένην. *Affirmat, eum, antequam descendisset, Filium hominis esse, ac descendentem carnem suam secum advexisse, eam nempe, quam in cœlis habuerit, antesecularem scilicet essentiæque suæ insitam.* Ut eò facilius intelligamus, quid per σάρκα συνυφασμένην indicare voluerit, observandum, Apollinaristas fuisse vocatos συνυφιαζὰς, quia unam dicebant esse Christi naturam, ex duabus, divina & humana, mixtam & temperatam. Ipsius Apollinaris verba, apud Eulogium in Biblioth. Photii, Cod. 230. pag. 849. hoc testantur: exclamat enim, Ὦ καινὴ κτίσις, καὶ μῖξις θεοπρεπὴς! θεὸς καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν. *O nova creatura, & divina mistio! Deus & homo unam confecerunt naturam.* Idem Eutychiani postea asseruerunt; conversani nimirum fuisse substantiam divinam in humanam. Nam ὁμοούσιον esse volebant corpus Christi, quod è Maria sumsit, divinitati Verbi, quasi Verbum, ut de iis scribit Epiphanius, εἰς σάρκα, καὶ ὀστᾶ, καὶ τρίχας, καὶ ὅλον τὸ σῶμα, *in carnem, & ossa, & crines, & totum corpus transmutatum foret.* Dixerunt, ut idem refert hæresi 77. pag. 421. ὁμοούσιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τῇ θεότητι, *corpus Christi ejusdem essentiæ esse cum deitate. Eutychianorum proge-*

genitores appellat Apollinariſtas Facundus lib. 8. qui & ipſi unam Chriſti ſubſtantiam docebant, ſed paulò aliter quàm Apollinariſtæ. Nihil enim humani dicebant accepiſſe à Virgine Verbum divinum, ſed ipſum Λόγον θεῦ inconvertibiliter converſum fuiſſe, & carnem eſſe factum, ut ſcribit Theodoretus in eorum hæreſi, hæret. fab. lib. 4. cap. 13. pag. 246. Οὐδὲν ἔφη τὸν θεὸν λόγον ἀνθρώπειον ἐκ τῆς παρθένου λαβεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ἀτρέπτως τραπέντα, καὶ σάρκα γενόμενον, τὴν πάροδον μόνην διὰ τῆς παρθένου ποιήσασθαι. *Dicebat* (Eutyches) *Deum Verbum nihil humanum ex Virgine ſumſiſſe, ſed ipſum immutabiliter converſum, & carnem factum, per Virginem tantummodo tranſiviſſe.* Alii contrà opinabantur, carnem Chriſti converſam fuiſſe in divinam naturam. Utramque opinionem his verbis expreſſit idem Theodoretus Dialogo 3. & utramque iiſdem hæreticis attribuit, Apollinariſtis nimirum & Eutychianis: Οἱ τὴν ποικίλην, inquit, ταύτην συντεθεικότες καὶ πολύμορφον αἵρεσιν, ποτὲ μὲν σάρκα γεγενῆσθαι τὸν θεὸν λόγον φασὶ, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα λέγουσι τὴν εἰς θεότητος φύσιν δεδέχθαι μεταβολήν. *Qui variam hanc & multiformem conflarunt hæreſin, modò Deum Verbum carnem factum eſſe dicunt, modò carnem in deitatem mutatam eſſe affirmant.* Detorquebant autem hæretici ad opinionis ſuæ confirmationem ſequentia ſcripturæ loca.

a. Joh. 3: 13. ubi Chriſtus dicitur *è cœlo deſcendiſſe.* At Chriſtus dicitur *è cœlo deſcendiſſe*, quia Deus eſt, non quidem motu locali, ſed unione ad humanam naturam, &, ut ait Nazianzenus Epiſt. 1. ad Cledonium, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἕνωσιν. Rectè Theophylactus ad præſentem locum, pag 595. Τὸν ἀνθρώπου ἀκούσας καταβῆναι ἐξ οὐρανοῦ, μὴ νομίσῃς, ὅτι ἡ σὰρξ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατέβη. Τοῦτο γὰρ Ἀπολιναρίῳ τῷ δογματίσαντος, τὸ σῶμα ἐξ οὐρανοῦ ἔχοντα τὸν Χριστὸν, διὰ τῆς παρθένου ἐλθεῖν ὡς διὰ σωλῆνος· ἀλλ' ἐπεὶ μία ἡ ὑπόστασις, ἤγουν ἓν πρόσωπον ἦν ὁ Χριστὸς ἐκ δύο Φύσεων σύνθετος, τὰ τοῦ ἀνθρώπου ὀνόματα λέγονται ἐπὶ τοῦ Λόγου, καὶ πάλιν τὰ τοῦ Λόγου τῷ ἀνθρώπῳ προσίθενται· οὕτως οὖν κἀνταῦθα ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου λέγεται κατελθεῖν ἐξ οὐρανοῦ, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ προσώπου, καὶ μιᾶς τῆς ὑποστάσεως. *Filium hominis cùm audieris deſcendiſſe de cœlo, ne exiſtimes carnem de cœlo deſcendiſſe. Hoc enim Apollinarius docuit, quòd Chriſtus habuerit corpus de cœlo, quod per Virginem tranſierit quaſi per canalem. Verùm quia una hypoſtaſis, hoc eſt, una perſona Chriſtus, ex duabus naturis conſtituta eſt, ideo nomina hominis dicuntur de Verbo: & iterum ea, quæ ſunt Verbi, attribuuntur homini: ſic igitur hoc etiam loco filius hominis dicitur de cœlo deſcendiſſe, eò quòd una ſit perſona, & una hypoſtaſis.*

b. 1. Corinth. 15: 47, 48. ubi Chriſtus dicitur Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, & ὁ ἐπου-

ἐπουράνιος. Hoc autem loco Christus dicitur *è cœlo*, quatenus homo est, & divinum conceptionis modum: eo prorsus modo, quo Johannis *baptismа* non tamen propter ipsam corporis naturam, sed propter cœlestem virtutem: dicitur *è cœlo* fuisse Matth. 21:25. quoniam auctorem habuit cœlestem: sic *Christus* dicitur *è cœlo*, quoniam ejus corpus cœlesti Spiritus Sancti virtute compactum fuit: unde dicitur esse ἐκ πνεύματος ἁγίου, non ἐκ πνεύματος σπερματικῶς, sed δημιουργικῶς, *non ex Spiritu Sancto tanquam ex substantia, sed tanquam ex potestate ejus*, ut notavit Ambrosius lib. 2. de Spiritu Sancto, cap. 5. Et Auctor serm. de Tempore, serm. 191. *Nec, ut quidam sceleratissimi opinantur, Spiritum Sanctum dicimus pro semine fuisse, sed potentia & virtute Creatoris operatum.* Rufinus etiam in Symbolum Apostolorum, pag. 547. *Spiritus Sanctus refertur dominicæ carnis & templi ejus creator.* Christus dicitur ἐπουράνιος, *cœlestis*, non ratione materiæ, quasi corpus ejus sit ex substantia cœli compactum, sed ratione vitæ cœlestis & spiritualis, quam Christus post resurrectionem adiit, & quam nunc vivit in cœlis, & ratione qualitatum cœlestium, sanctitatis, immortalitatis & gloriæ, quarum est particeps. Chrysostomus Homil. 42. in 1. ad Corinth. pag. 527. Τί ἐστιν, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ; τὴν φύσιν λέγει, ἢ τὴν ἀρίστην πολιτείαν; τοῦτό που δῆλον, ὅτι τὴν πολιτείαν. *Quid est*, Dominus è cœlo? *Naturamne denotat, an sanctissimam & optimam vivendi rationem? Manifestum omnino est*, notare *vivendi rationem.* Vide Cl. Bullingerum nostrum ad præsentem Apostoli locum. Huc etiam faciunt sequentia veterum testimonia. Theophylactus in 1. ad Corinth. cap. 15. pag. 310 Οὐχ ὅτι ὁ ἄνθρωπος, ἤτοι τὸ ἀνθρώπινον πρόσλημμα, ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ὡς ὁ ἄθλιος Ἀπολινάριος ἐλήρει· ἀλλ' ὅτι ἓν πρόσωπον τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, καὶ ὁ θεὸς σταυρωθῆναι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. οὐρανοῦ εἶναι διὰ τὴν ἕνωσιν λέγεται, καὶ ὁ θεὸς σταυρωθῆναι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. *Non quòd homo, vel humanitas à Christo assumta de cœlo esset, ut demens Apollinarius delirabat: verùm quòd una persona unius Christi, & homo è cœlo esse dicatur propter unionem, & Deus crucifixus esse, ob eandem causam.* Gregorius Thaumaturgus cap. 3 de Fide, pag. 3. Ἐπειδὰν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ λόγος, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ ἐξ οὐρανοῦ ὁ δεύτερος Ἀδάμ. *Quoniam è cœlo descendit Verbum, & naturam assumsit humanam, postea verò in cœlos ascendit, propterea dicitur è cœlo secundus Adam.* Athanasius, Orat. 2 contra Arianos, t. 1. p. 351. Christus *dicitur homo è cœlo, & cœlestis*, διὰ τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι τὸν λόγον, *quia Verbum è cœlo descendit.* Cyrillus Alexandr. Dial. 9. pag. 723. Ἐπουράνιος ἄνθρωπος νοεῖται χριστός, οὐχ ὡς ἄνωθεν ἡμῖν καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὴν σάρκα κατενεγ-

τενεγκὼν, ἀλλ' ὅτι θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καταβέβηκεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, τουτέστι, γέννησιν ὑπομείνας τὴν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, μεμένηκεν ὅπερ ἦν, ἄνωθεν δηλονότι καὶ ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἐπάνω πάντων ὡς θεὸς, καὶ μετὰ σαρκός. Cœleſtis homo *intelligitur Chriſtus, non quòd ſupernè & è cælo carnem attulerit, ſed quòd, cùm Deus eſſet Verbum, è cœlis deſcenderit, nobiſque ſimilis factus ſit, hoc eſt, juxta carnem ex muliere natus, & nihilominus manſerit quod erat, nimirum ſupernè & è cœlis, & ſupra omnes ut Deus, etiam cum carne* Greg. Nazianzenus, Epiſt. 1. ad Cledonium, pag. 740. Τὸ, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ· καὶ, οἷος ὁ ἐπουράνιος· καὶ, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, νομιςέον λέγεσθαι διὰ τὴν πρὸς τὸν θεῖον ἕνωσιν. *Illud*, ſecundus homo de cœlo, *&*, Qualis cœleſtis: *&*, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, *& ſi quid aliud ejuſdem generis, propter cœleſtem unionem dici exiſtimandum eſt.*

β *Alterum* eorum eſt, qui dixerunt, Chriſtum ſideream & aëream carnem habuiſſe de ſideribus & de ſubſtantia ſuperioris mundi contextam. Hæc fuit impia doctrina Apellis, Marcionis diſcipuli, teſte Tertulliano de Præſcriptionib. cap. 51. pag. 343. *Apelles*, inquit, *Chriſtum neque in phantaſmate dicit fuiſſe ſicut Marcion, neque in ſubſtantia veri corporis, ut Evangelium docet, ſed in eo quod è ſuperioribus partibus deſcenderet, ipſo deſcenſu ſidereum ſibi carnem, & aëream contexuiſſe.* Hujus ſequaces idem, lib. de carne Chriſti, cap. 8. *Apellitianos* vocat. Epiphanio, hæreſi 44. pag. 166. Ἀπελλιᾶνοι dicuntur, quorum hæreſis ibid. pag. 167. deſcribitur. De eodem Apelle Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 25. p. 211. Τῷ χριςῷ περιτέθεικε σῶμα, οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ κόσμου οὐσίας. *Chriſto corpus attribuit, non humanum, ſed de mundi ſubſtantia*; id eſt, ex quatuor elementis & ſiderea quadam materia compactum. Vide etiam Auguſtinum de Hæreſibus, cap. 23. ubi *Apellitæ* nominantur. Hoc autem monſtroſum dogma ex iis, quæ jam dicta ſunt, nullo refutatur negotio.

4. Λόγον *aſſumſiſſe carnem ex Virgine Maria ſine ſemine viri.* Impius Carpocrates docebat, Τὸν κύριον Ἰησοῦν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας γεννηθῆναι τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις παραπλησίως, *Dominum Jeſum ex Joſepho & Maria cæterorum hominum more natum eſſe*; ſcribit Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 5. pag. 196. Epiphanius, hæreſi 27. pag. 49. de hujus Carpocratis aſſeclis: *Docuerunt* Ἰησοῦν, τὸν κύριον ἡμῶν, ἀπὸ Ἰωσὴφ γεγεννῆσθαι, καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν, *Dominum noſtrum Jeſum*

Jesum à Joseph genitum esse, quemadmodum omnes alii homines ex semine viri & mulieris nati sint. Eandem impietatem, ante Carpocratem, etiam Cerinthus defendit: docuit enim; ut refert Theodoretus hæret. fab. lib. 2. cap. 3. pag. 219; *Jesum κατὰ Φύσιν ἐξ ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι καὶ γυναικὸς, τοῦ Ιωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας, secundum naturam natum esse ex viro & fœmina, Joseph nimirum & Maria.* Et lib. 5. cap. 11. pag. 278. Τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐξ Ιωσὴφ καὶ Μαρίας ἔφησε γεννηθῆναι κατὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων νόμον, ἄνωθεν δὲ τὸν χριστὸν κατεληλυθότα ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν. *Jesum quidem ex Joseph & Maria communi hominum lege genitum dixit, Christum autem è superis in Jesum descendisse.* Cerinthiani, teste Epiphanio, hæresi 28. pag. 53. dixerunt, ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ σπέρματος Ιωσὴφ τὸν χριστὸν γεγεννῆσθαι, *ex Maria & ex semine Josephi Christum esse natum.* In eadem hæresi fuit Cerinthi Successor, Ebion, de quo Theodoretus, hæret. fab. lib. 2. cap. 1. p. 218. Τὸν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν ἐξ Ιωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας ἔφησε γεγεννῆσθαι, *Dominum Jesum Christum ex Joseph & Maria genitum esse dixit.* Ita de eodem Epiphanius, hæresi 30. pag. 59. Ibid. pag. 65. de Ebionitis: Ἰησοῦν γεγεννημένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς λέγουσι. *Jesum ex semine viri natum dicunt.* His verò omnibus opponimus Prophetiam Jesaiæ, cap. 7: 14. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium.* Repetitur hæc prophetia Matth. 1: 23. En virgo concepit, & virgo peperit. Hoc urget Ambrosius, Epist. 7. ad Siricium: *Hæc est Virgo, quæ in utero concepit, virgoque peperit filium. Sic enim scriptum est,* Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium. *Non enim concepturam tantummodo Virginem, sed & parituram Virginem dixit.* Et: *Quæ potuit Virgo concipere, potuit Virgo generare; cùm semper conceptus præcedat, partus sequatur. Sed si doctrinis non creditur Sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum, credatur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit & servat.* Augustinus in Enchirid. cap. 34. *si vel per nascentem corrumperetur ejus integritas, non jam ille de Virgine nasceretur; eumque falsò, quod absit, de Virgine natum tota confiteretur Ecclesia, quæ, imitans ejus matrem, quotidie parit membra, & virgo est.* Vigilius lib. 10. de unitate Trinitatis: *Virgo peperit, quia virgo concepit.* Basilius Cæsar. Homil. 25. quæ est de humana Christi generatione, pag. 589. Ἡ αὐτὴ γυνὴ καὶ παρθένος, καὶ μήτηρ, καὶ ἐν τῷ ἁγιασμῷ τῆς παρθενίας μένουσα, καὶ τὴν τῆς τεκνογονίας εὐλογίαν κληρονομοῦσα. *Eadem mulier & virgo, & mater, & in sancta virginitate perseverans, benedictionem nihilominus pariendi sortita est.* Justinus M. Apol. ad Antoninum Pium,

Pium, pag. 148. Οὐ συνυσιασθεῖσα ἡ παρθένος συνέλαβεν· εἰ γὰρ ἐσυνυσιάσθη ὑπὸ ὁτουοῦν, οὐκέτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ, ἐπισκίασεν αὐτὴν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. *Virgo abſque conſuetudine venerea concepit: ſi enim cum quoquam conſuevisſet, non ampliùs Virgo fuisſet. Verùm virtus Dei ſuperveniens virgini, illam inumbravit: & virgo cùm eſſet, ut fœtum gravida in utero ferret, effecit.* Unde etiam ἄσπορος ἐκ τῆς παρθένου σύλληψις, *ex virgine ſine ſemine conceptio* vocatur à Pachymere in cap. 2. Dionyſii de cœleſti Hierarchia, pag. 33. An verò ſemper manſerit virgo, etiam à veteribus quæſitum. Plerique magno id conſenſu aſſerunt, imò omnes orthodoxi. Chryſoſtomus, Homil. 142. t. 5. Ἡ παρθένος καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένος ἔμεινεν, ἐκ τὸ τεκεῖν μὴ ζημιωθεῖσα τὴν παρθενίαν. *Virgo etiam poſtquam peperisſet virgo manſit, nec ex partu ejus læſa fuit virginitas.* Epiphanius, hæreſi 28. pag. 55. hoc ipſum fuſè probat, tandemque concludit: Οὐδὲ γὰρ ὅτι κέχρηται τῇ παρθένῳ, ὅλως εὑρίσκεται μετὰ τὸ γεγεννηκέναι ἡ παρθένος ἄχραντος. *Neque enim omnino reperitur, Joſephum rem habuisſe cum B. Virgine, poſtquam inviolata virgo peperisſet.* Menologium in Januario, de B. Virgine: Ἁγνὴ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἐν τῷ τόκῳ, καὶ μετὰ τὸν τόκον ἀληθῶς. *Verè autem caſta ante partum, & in partu, & poſt partum.* Hinc à Græcis uſitatiſſimè appellatur ἀειπαρθένος, à Latinis *ſemper-virgo.* Chryſoſt. Homil. 62. t. 6. Δέσποινα, ἁγία καὶ ἀειπαρθένος. *Domina ſancta & ſemper-virgo.* Idem, Homil. 111. t. 5. Θεοτόκος καὶ ἀειπαρθένος Μαρία. *Deipara & ſemper-virgo Maria.* Vocatur παρθενομήτωρ, *virgo-mater*, ab Athanaſio, t. 2. pag. 34. ἄχραντος παρθενομήτωρ, *impolluta virgo-mater*, Can. 79. Concilii Trullani: ἀπειρόγαμος μήτηρ, *mater nuptias non experta*, ab Areta, in cap. 1. Apocal. pag 890. Eunomius verò atque Eudoxius docuerunt, τὸν Ἰωσὴφ μετὰ τὴν ἄφραστον κυοφορίαν συνάπτεσθαι τῇ Παρθένῳ, *Joſephum poſt ineffabilem partum conjunctum fuisſe virgini*: ut refert Photius in Hiſt. Eccleſ. Philoſtorgii, lib. 6. cap. 2. pag. 82. Ad quæ Cl. Gothofredus: *Hoc ut de Aëtio, Eunomio & Eudoxio nuſpiam alibi proditum eſt, ita Dimoeritarum & Antidicomarianitarum hæreſeως id exſtitit, cujus auctorem quidam Apollinarem ſeniorem, vel ejus diſcipulos faciebant, teſte Epiphanio hæreſi 77. & Helvidianorum, apud Auguſtinum de hæreſibus cap. 84.* Hactenus ille. Interim non ſolus Photius de Eunomio hoc refert: idem facit Baſilius M. lib. 4. contra Eunomium, t. 2. pag. 104. Eunomii verba ſunt: Εἰ πρωτότοκος ὁ υἱὸς, οὐκέτι μονογενής· ἀλλ' ὀφείλει καὶ ἄλλος εἶναι, οὗ πρωτότοκος λέγηται. *Si primogenitus filius, non ampliùs unigenitus: ſed alius quoque eſſe debet, cujus primoge-*

mogenitus dicatur. Opinionem ergo ſuam ſtabilire ſunt conati ex Matth. 1:25. Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Sed toto aberrant cœlo homines iſti, vel ignorantes, vel malitiosè ſe ignorare ſimulantes, quæ particulæ ἕως aliquando vis ſit, & quis dicatur Πρωτότοκος Particula ἕως, ut bene obſervat ex Epiſt. 18. lib. 1. Iſidori Peluſiotæ Suidas, παρὰ τῇ γραφῇ ἐπὶ τοῦ διηνεκοῦς εὑρίσκεται κειμένη, *in ſcriptura ſæpe pro perpetuo poſita reperitur.* Ita dicit ἐπὶ τοῦ διηνεκοῦς κεῖσθαι in hoc Matthæi loco, οὐχ ὡς μετὰ ταῦτα (ὡς βλασφημοῦσιν οἱ ἀχάριστοι Ἰουδαῖοι) συναφείας τῷ μνηστῆρι πρὸς τὴν Παρθένον γεγενημένης, *non quaſi ; quemadmodum ingrati Judæi blaſphemant ; poſtea ſponſo cum Virgine conjunctio corporis interceſſerit.* Theophylactus in cap. 1. Matth. Pag. 10. Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε· τουτέστιν, οὐκ ἐμίγη αὐτῇ οὐδέποτε. Τὸ γὰρ ἕως ἐνταῦθα οὐ τοῦτο ἐμφαίνει, ὅτι ἄχρι μὲν τοῦ τόκου οὐκ ἔγνω, μετὰ δὲ ταῦτα ἔγνω· ἀλλὰ καθάπαξ οὐδέποτε αὐτὴν ἔγνω. Ἰδίωμα δὲ ἔχει τοιοῦτον ἡ γραφή· ὡς τὸ, οὐκ ἐπέστρεψεν ὁ κόραξ εἰς τὴν κιβωτὸν, ἕως ἐξηράνθη ἡ γῆ· οὔτε γὰρ μετὰ ταῦτα ὑπέστρεψεν, &c. Et non cognovit eam, donec peperiſſet. *Hoc eſt, Non habuit unquam rem cum ea. Hoc enim loco particula*, donec, *non hoc indicat, quòd non cognoverit eam uſque ad partum, poſtea autem cognoverit, ſed omnino nunquam eam cognoverit. Hæc enim ſcripturæ proprietas eſt. Quale eſt illud*, Non reverſus eſt corvus in arcam, donec areſceret terra: *neque enim poſtea rediit.* De eadem vocis ἕως ſignificatione Greg. Nazianzenus Orat. 36. quæ eſt ſecunda de Filio, pag. 579. Τὸ ἕως οὐ πάντως ἀντιδιαιρεῖται τῷ μέλλοντι· ἀλλὰ τὸ μέχρι τοῦδε μὲν τίθησι τὸ ὑπὲρ τοῦτο δὲ, οὐκ ἀναίνεται. Ἢ τῶν νοήσεις, ἵνα μὴ τ' ἄλλα λέγω, τὸ Ἔσομαι μεθ' ὑμῶν ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; ἆρ' ὡς μετὰ τοῦτο οὐκ ἔτι ἐσομένου; καὶ τίς ὁ λόγος; Donec *non ſemper futuro tempori opponitur, ſed ita interjectum tempus ſtatuit, ut interim ſequens tempus non excludat. Si ſecus res haberet, quomodo illud, ut alia præteream, intelliges*, Ero vobiſcum uſque ad conſummationem ſeculi? *An, quaſi poſtea minimè futurus ſit? Et quæ hæc ratio eſſet?* Vide etiam Theodoretum ad Pſal. 110. vſ. 1 pag. 850. Photium, Epiſt. 30. pag. 89, 90. Damaſcenum, Orthod. fidei lib 4. cap. 15. pag. 330. Theophylactum ad Matth. 18:34. pag. 109. & ad cap. 28: 20. pag. 185. Theophanem, Homil. 28. pag. 218. Πρωτότοκος non tantùm is eſt, ante quem nullus alius ex iiſdem parentibus editus eſt, & qui fratres habet; ſed etiam, juxta Hebræos, is, ante quem nullus alius ab iiſdem parentibus editus eſt, etiamſi nullus poſt eum unquam procreatus fuerit; quo ſenſu πρωτότοκος illis is quoque dicitur, qui eſt μονογενής. Atque hoc ſenſu Chriſtus appel-

appellatur πρωτότοκος B. Virginis Matth. 1:25. Lucæ 2:7. Basilius Cæsar. Homil. in nativitatem Christi, t. 1. pag. 590. Οὐ πάντως ὁ πρωτότοκος πρὸς τοὺς ἐπιγινομένους ἔχει τὴν σύγκρισιν, ἀλλ' ὁ πρῶτον διανοίγων μήτραν, πρωτότοκος ὀνομάζεται Primogenitus *omnino non respectu prolis succedentis dicitur, sed qui primus vulvam aperit*, primogenitus *nominatur*. Theophylactus in cap. 2. Lucæ, pag. 315. Πρωτότοκον υἱὸν ὠνόμασε τῆς παρθένου τὸν Κύριον, καίτοι μὴ δευτέρου τινὸς τεχθέντος, εἰκότως. Πρωτότοκος γὰρ λέγεται ὁ πρῶτος τεχθεὶς, κἂν μὴ δεύτερος ἐπετέχθη. Primogenitum *Filium Dominum appellavit, quamvis nullum secundum pepererit: idque meritò.* Primogenitus *enim dicitur, qui primus natus est, etiamsi non nascatur postea secundus.* Idem in cap. 1. ad Colossenses pag. 635. ὁ πρωτότοκος ὐ πάντως πρὸς τοὺς ἑξῆς λέγεται παρὰ τῇ γραφῇ, ἀλλ' ἀπολύτως οὕτως, ὁ πρῶτος τεχθεὶς οὕτως οὖν καὶ ἡ θεοτόκος Μαριὰμ ἔτεκεν αὐτὸν, τὸ κατὰ σάρκα, πρωτότοκον, ὐκ ἔχοντα πάντως ἀδελφοὺς ἑφεξῆς αὐτῷ· μονογενὴς γὰρ καὶ ἐκ ταύτης. Primogenitus *non omnino ad sequentes pertinere dicitur in scriptura, sed absolutè sic, primus natus. Hac itaque ratione Deipara Maria peperit eum secundum carnem* primogenitum, *qui omnino non habuerit fratres post se. Nam ex ista etiam unigenitus erat.* Damascenus, lib. 4. Orthod. fidei, cap. 8. pag. 293. Πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθεὶς, εἴτε καὶ μονογενὴς, εἴτε καὶ πρὸ ἄλλων ἀδελφῶν. Primogenitus *est, qui primus genitus est, sive unigenitus, sive ante alios fratres.* Et lib. ejusdem cap. 15. pag. 330. Πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθεὶς, εἰ καὶ μονογενὴς εἴη· τὸ μὲν γὰρ, πρῶτον γεννηθῆναι δηλοῖ, ὐ πάντως δὲ καὶ ἑτέρων συνεμφαίνει γέννησιν. Primogenitus *est, qui primus est natus, etiamsi unigena sit. Illud nempe πρωτότοκος, primum esse genitum declarat, aliorum autem generationem nequaquam simul significat.* Meritò ergo Hieronymus in cap. 1. Matthæi, *morem divinarum scripturarum esse* ait, primogenitum *vocari, non quem fratres sequantur, sed eum, qui primus natus fuit.* Et adv. Helvidium: *Definivit sermo Dei, quid sit primogenitum*, Omne, *inquit*, quod aperit vulvam. Nec hæreticos juvat, quòd scriptura *fratrum Christi* mentionem facit. Nam ἀδελφοὶ etiam dicuntur, *consanguinei, agnati, cognati, affines.* Theophylactus in cap. 19. Johannis, pag. 826. Εἰωθεν ἡ γραφὴ τὲς συγγενεῖς, ἀδελφοὺς ὀνομάζειν. *Solet scriptura* cognatos, *nominare* fratres. Olympiodorus in Catena, in cap. 32. Jobi, pag. 605. Ἀδελφὲς καὶ ἀδελφὰς, πάντας τοὺς συγγενεῖς εἴωθεν ἡ θεία προσαγορεύειν γραφή. Cognatos *omnes & affines*, fratrum & sororum *nomine divina scriptura appellare solet.* Sic *fratres Christi*, seu *Domini*, id est, cognati secundum carnem, appellantur Matth. 12:46,47. Marci 3:31. Lucæ 8:19. &c. Ita sentit Augustinus,

gustinus, Tract. 28. in Johannem: ubi vult, *Fratres Christi* vocari consanguineos *Virginis: nam erat*, inquit, *consuetudinis Scripturarum appellare* fratres *quoslibet* consanguineos, & *cognationis propinquos*, additque: *Cùm ergo auditis* fratres Domini, *Mariæ cogitate consanguinitatem, non iterum parientis ullam propaginem; sicut enim in sepulchro, ubi positum est corpus Domini, nec antea, nec postea mortuus jacuit: sic uterus Mariæ nec antea, nec postea quidquam mortale concepit.* Alii tamen ex veteribus in diversam hîc abeunt sententiam, & existimant, in adductis ex historia Evangelica locis, per ἀδελφοὺς concinniùs *comprivignos* intelligi, qui vulgari Quoque Græcismo ἀδελφοὶ dici possint. Vide Cl. Vorstii Philologiæ sacræ, part. 1. cap. 3. pag. 71. Ita sensit Origenes, in Catena in Cap. 2. Joh. pag. 75. Ἀδελφοὺς μὲν οὐκ εἶχε Φύσει, οὐδὲ τῆς παρθένου τεκούσης ἕτερον, οὐδ' αὐτὸς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ τυγχάνων. Νόμῳ τοιγαροῦν ἐχρημάτισεν αὐτοῦ ἀδελφοὶ, υἱοὶ Ἰωσὴφ ὄντες ἐκ προτεθνηκυίας γυναικὸς, καὶ ἐπεὶ καθ' ὁμολογίας γυνὴ αὐτοῦ ἡ Μαριὰμ ἐχρημάτισε. Τοῦτο γὰρ ὁ Μωϋσέως διδάσκει νόμος, μοιχείας τιμωρίαν ἐπάγων κατὰ τοῦ ἐπιβαίνοντος μνηστευθείσῃ. Ἐπιφέρεται γὰρ τὸ, Ἀνθ' ὧν ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ ἐγγυηθεῖσαν αὐτῷ παρθένον λέγει. Ἀκολούθως τῇ τοιαύτῃ διατάξει, Ἰωσὴφ, τὴν κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ παρθένον λέγει. Ἀκολούθως τῇ τοιαύτῃ διατάξει, ἀδελφοὶ τοῦ Ἰησοῦ εἴρηνται οἱ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ, εἰ καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ μὴ τυγχάνει. *Christus* fratres *quidem* naturales *nequaquam habuit, neque Virgo alium præter ipsum peperit, nec etiam ipse ex Josepho fuit. Attamen secundum Legem, ejus* fratres *appellati sunt filii Josephi, ex priore videlicet ejus demortua uxore, & quia ex stipulatione Maria illius uxor appellata. Hoc enim Lex Mosis docet, dum adulterii pœnam decernit in eum*, qui ad desponsatam virginem fuerit ingressus. Quæ in Græcis sequuntur, usque ad vocem ἀκολούθως, miserè sunt corrupta; quod, ne interpretem quidem Corderium observasse, mirum est. Ea autem sic videntur restituenda: Ἐπιφέρεται γὰρ τὸ, Ἀνθ' ὧν ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον Γυναῖκα, τὴν κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ παρθένον λέγει. *Subjicitur enim*, Eò quòd humiliaverit uxorem proximi. *Desponsatam ei virginem*, uxorem *appellat. Huic ergo constitutioni convenienter*, fratres Jesu *vocantur filii Josephi, tametsi ipse Jesu pater non fuerit.* Consentit Epiphanius, hæresi 78 pag. 438. Theophylactus in cap. 12. Matthæi, pag. 79. Ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς εἶχεν ὁ Κύριος, τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ παῖδας, κτε. Fratres *habuit Dominus* & sorores, *filios Josephi*. Vide ibidem plura. Idem, in 1. ad Corinth. 9. ad vs. 5. Ἀδελφοὺς τῷ Κυρίῳ Φησὶ τὸν Ἰάκωβον, τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, καὶ Ἰωσῆν, καὶ Σίμωνα, καὶ Ἰούδαν, οἳ ἀδελφοὶ ὠνομάσθησαν τοῦ Κυρίου, διὰ τὴν πρὸς τὴν θεοτόκον τοῦ Ἰωσὴφ μνηστείαν. Fratres Domini *appellat Jacobum, Jerosolymorum Episcopum,*

pum, & Joſen, & Simonem, & Judam: qui fratres Domini *nominati ſunt, ob Joſephi cum Deipara deſponſationem.* Occumenius ad vſ. 13. cap. 15. Actorum, pag. 72. Οὗτος ὁ Ἰάκωβος, ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ὑπὸ Κυρίου προχειρισθεὶς ἐπίσκοπος, υἱὸς Ἰωσὴφ ἦν τοῦ τέκτονος, ἀδελφὸς δὲ κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. *Hic Jacobus, à Domino Jeroſolymorum deſignatus Epiſcopus, erat filius Joſephi fabri, frater autem ſecundum carnem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Hic Jacobus frequenter à veteribus vocatur ἀδελφόθεος, non aliam ob cauſſam, quàm quia vocatur *frater Domini* ad Gal 1: 19. Matth. 13: 55. Marci 6: 3. Theophylactus in cap. 6. Marci, pag. 218. Καὶ Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφόθεος, ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ φησιν· Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους, &c. *Et* frater Domini, *Jacobus, in epiſtola catholica dicit:* Infirmatur quis inter vos? Advocet Presbyteros, &c. Ita etiam in cap. 14. Marci, pag. 276. Gregorius Palama: Εἶτα καὶ γλῶτταν, τὸ ἀκατάσχετον κακὸν, τὸν κόσμον τῆς ἀδικίας, κατὰ τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον. *Deinde etiam linguam, malum illud, quod nemo coërcere poteſt, mundum iniquitatis, juxta Jacobum, fratrem Domini.* In Menologio, menſe Octobri, ſub die 23. non tantùm ἀδελφόθεος, ſed etiam θεάδελφος appellatur. Quemadmodum verò diſſenſum vidimus in eo eſſe, *quinam fratres Domini* nominentur in genere: ita eundem obſervamus in eo, cur Jacobus vocetur ἀδελφόθεος. Alii enim id propterea fieri volunt, quòd fuerit filius Joſephi, qui pater Chriſti putabatur, ex priori uxore. Vide Epiphanium, hæreſi 78. pag. 438. & Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 1. pag. 11. b. & confer ſuperiora. Alii verò volunt, id propterea fieri, quia fuerit filius Mariæ, materteræ Jeſu, uxoris Cleophæ. Theodoretus ad v. 19. cap. 1. ad Galatas, pag. 268. Ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ἐκαλεῖτο μὲν, οὐκ ἦν δὲ φύσει, οὔτε μὴν, ὥς τινες ὑπειλήφασι, τοῦ Ἰωσὴφ υἱὸς ἐτύγχανεν ὢν, ἐκ προτέρων γάμων γενόμενος, ἀλλὰ τῆ Κλωπᾶ μὲν ἦν υἱὸς, τῆ δὲ Κυρίου ἀνεψιός. μητέρα γὰρ εἶχε τὴν ἀδελφὴν τῆς τῆ Κυρίου μητέρος. *Vocabatur quidem* frater Domini, *ſed non erat naturâ. Nec verò fuit Joſephi filius, ut quidam exiſtimarunt, ex priori matrimonio natus, ſed Cleophæ filius erat, Domini conſobrinus. Matrem enim habuit matris Domini ſororem.* Eodem inclinat Hieronymus adv. Helvidium, quando monet, *pleroſque non tam pia, quàm audaci temeritate confingere, Joſephum plures habuiſſe uxores, & de his uxoribus eſſe fratres Domini.* Idem ad cap. 12. Matthæi: *Quidam* fratres Domini *de alia uxore Joſeph filios ſuſpicantur, ſequentes deliramenta apocryphorum, & à quadam Eſcha muliercula confingentes. Nos autem, ſicut in libro, quem contra Helvidium ſcripſimus, continetur,* fratres Domini-

ni non *filios Josephi*, *sed consobrinos Salvatoris*, *Mariæ liberos intelligimus*, *materteræ Domini*, *quæ etiam dicitur mater Jacobi minoris*, *& Josephi*, *& Judæ*. Nos, utramque sententiam pietati nihil officere putamus: eam etiam, quæ filios Josephi, Domini fratres dicit appellari, alteri tantum non præterimus, idque ob magnum, non veterum tantùm, sed etiam recentiorum consensum. Tandem & illud subjicimus; sententiam, quæ concedit, sanctam Mariam post partum non mansisse Virginem, pietati nihil officere: interim tamen pietati magis convenire, ut statuamus, B. Virginem esse ἀειπαρθένον. Nec nostra est hæc assertio, sed Basilii Cæsariensis, qui, Homil. de humana Christi generatione, pag. 590. sic scribit: Ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ μηδὲν τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας παραλυμαίνεται (μέχρι γὰρ τῆς κατὰ τὴν οἰκονομίαν ὑπηρεσίας ἀναγκαία ἡ παρθενία, τὸ δ' ἐφεξῆς ἀπολυπραγμόνητον τῷ λόγῳ τῶν μυστηρίων καταλείψωμεν.) ὅμως διὰ τὸ μὴ καταδέχεσθαι τῶν φιλοχρίστων τὴν ἀκοὴν, ὅτι ποτὲ ἐπαύσατο εἶναι παρθένος ἡ Θεοτόκος, ἐκείνας ἡγούμεθα τὰς μαρτυρίας αὐτάρκεις. *Nos verò*, *licèt nihil hoc doctrinæ pietatis officeret*, nempe Mariam, postquam Christum peperit, non mansisse virginem; (*nam donec dispensabatur Christi generatio*, *necessaria erat virginitas*: *quid verò postea sit factum ad mysterii hujus doctrinam*, *non anxiè inquirendum est.*) *Verumtamen*, *ne hoc eorum*, *qui Christum amant*, *ferre cogantur aures*, *quòd Deipara aliquando desierit esse virgo*, *has rationes sufficere putamus*.

IV. *De modo unionis hypostaticæ.* *Unio* Græcis est ἕνωσις, cujus varias species recenset Suidas, quem vide. Nos duas tantùm consideramus.

1. Est ἕνωσις κατὰ σχέσιν, vel σχετικὴ, de qua Ammonius in Catena in cap. 14. Joh. pag. 370. Ὅταν ἀκούσωμεν ἕνωσιν θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, σχετικὴν νοῦμεν τὴν ἐκ πίστεως γινομένην τοῖς ἁγίοις, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ Πατρὸς μετοχῆς κοινωνίαν. *Quando audimus unionem Dei & hominum*, *illam intelligimus*, *quæ in sanctis ex affectionum consensione per fidem*, *& Dei Patris communicationem exsistit.*

2. Est ἕνωσις Φυσικὴ, *unio naturalis.* De ea iterum Ammonius: Ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι Φυσικῶς, ἐν ἡμῖν δὲ σχετικῶς· καὶ ὅταν ἀκούσωμεν ἕνωσιν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τὴν Φυσικὴν νοοῦμεν. *Pater est naturâ in Filio*, *in nobis autem affectu*: *& quando audimus inter Patrem & Filium esse unionem*, *naturalem intelligimus.* Talis est unio duarum in Christo naturarum, assumentis & assumtæ, seu divinæ & humanæ, quæ à veteribus vocari solet,

a. ἕνωσις Φυσικὴ, à Cyrillo Alexand. in Epist. ad Nestorium de Excommunicatione.

b. ἕνωσις κατ' οὐσίαν, *unio essentialis*, à Gregorio Nazianzeno, Orat. 51.

c. ἕνω-

c. ἕνωσις καθ' ὑπόςασιν, *unio hypostatica*, à Nicephoro Constantinop. in Actis Synodi Ephesinæ, pag. 309. Apud Athanasium de Definit. t. 2. pag. 49. Ἡ τοῦ χριςοῦ ἕνωσις καθ' ὑπόςασιν εἴρηται. καθ' ὑπόςασιν δὲ ἕνωσίς ἐςιν ἡ αὐθύπαρκτος ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας Θεοτόκου τῶν δύο Φύσεων συνδρομή. *Unio autem hypostatica, est per se subsistens duarum naturarum in utero sanctæ Deiparæ concursus.* Cyrillus Alexandr. lib. de SS. Trinitate, cap. 18. pag. 24. *Unionem duarum in Christo naturarum*, ἕνωσιν καθ' ὑπόςασιν *vocamus*, ὅτι μία ὑπόςασις ἐκ τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποςάσεων, ἥτις ἐςὶν ἡ τοῦ Υἱοῦ, τὰς δύο Φύσεις ἀλλήλοις ἥνωσεν ἀσυγχύτως ἐν ἑαυτῇ τε καὶ καθ' αὐτήν, *quia una persona ex tribus Deitatis personis, quæ est Filii, duas illas naturas univit sine confusione in se ipsa & secundum se ipsum.*

d. ἕνωσις οἰκονομική, *unio dispensationis.* Oecumenius in Epist. Judæ, pag. 226. Εἷς κύριος Ἰησοῦς καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν. *Unus Dominus Jesus secundum dispensationis unionem.* Cyrillus Alexand. Dial. 8. qui est de Incarnatione, pag. 705. de Christo scribit: Εἷς νοεῖται καὶ ὁ αὐτὸς καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν. Interpres: *secundum unitatem incarnationis.* Malim: *Unus atque idem esse intelligitur secundum dispensationis unionem.* Idem, in defensione Anathemat. 6. adversus Theodoretum, pag. 224 Εἷς ἐξ ἀμφοῖν ὁ χριςὸς, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν. *Unus ex duobus Christus, nimirum ex divina & humana natura, secundum dispensationis unionem.*

e. ἕνωσις κατὰ σύνθεσιν, *unio secundum compositionem.* Ita vocatur à Justiniano Imperat. in confessione rectæ fidei. Damascenus Orthod. fidei lib. 3. cap. 3. pag. 183. Ἐκ δύω Φύσεων τελείων, θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης, Φαμὲν γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν καθ' ὑπόςασιν. *Ex duabus perfectis naturis, divina & humana, factam esse unionem dicimus secundum compositionem, id est, secundum hypostasin.* Hinc Christus dicitur συντεθεὶς ἐκ δύω Φύσεων, *compositus ex duabus naturis*, Can. 1. Concilii in Trullo: σύνθετόν τι χρῆμα, *quiddam compositum*, ab Origene lib. 1. contra Celsum, pag. 51. σύνθετος, *compositus*, ibid. pag. 52. De his verò duabus in Christo naturis duo præcipuè distinctè consideranda:

a. Duas has naturas unum facere Christum. Cyrillus Alex. in Epist. quadam ad Johannem Antiochenum, in Actis Ephesinis, pag. 239. Εἷς κύριος Ἰησοῦς χριςὸς, κἂν ἡ τῶν Φύσεων μὴ ἀγνοῆται διαφορὰ, ἐξ ὧν τὴν ἀπόῤῥητον ἕνωσιν πεπράχθαι Φαμέν. *Unus Dominus Jesus Christus, quamvis non ignoretur naturarum differentia, ex quibus ineffabilem unionem factam esse dicimus.*

Apud

Apud Athanasium de Definit. t. 2. pag. 44. Ἐὰν εἴπῃ σοι τίς, ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας πόσας Φύσεις ὁμολογεῖς; εἰπὲ, δύο· μίαν δὲ τὴν ὑπόστασιν. Καὶ γὰρ ὁ χριστὸς τὰς δύο οὐσίας καὶ Φύσεις ἔσχεν ἀτρέπτους καὶ ἀκεραίους, τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐν μιᾷ ὑποστάσει θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος γνωριζόμενος. *Si quis te interroget, Quot in incarnationis dispensatione confiteris naturas? responde, duas: unam verò hypostasin. Christus enim duas naturas habet immutabiles & integras, deitatem & humanitatem, in una hypostasi Deus perfectus, & homo perfectus.* Act. 5. Concilii sub Menna, pag. 631. Ὁμολογοῦμεν δύο Φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, καὶ οὐ πρὸ τῆς ἑνώσεως δύο Φύσεις λέγομεν, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν. *Duas confitemur naturas post unionem in una hypostasi, & in uno Christo Deo nostro, nec duas quidem ante unionem naturas dicimus, unam verò post unionem.* Can. 1. Concilii in Trullo, pag. 124. Ὁμολογοῦμεν ἕνα χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐκ δύο συντεθέντα τῶν Φύσεων. *Confitemur unum Christum Filium Dei ex duabus naturis compositum.* Damascenus, lib. 3. Orthod. fidei, cap. 5. pag. 193. Δύο Φύσεις ὁμολογοῦμεν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην, συνεληλυθυίας ἀλλήλοις, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθείσας, μίαν δὲ ὑπόστασιν ἐκ τῶν δύο Φύσεων ἀποτελεσθεῖσαν σύνθετον. *Duas confitemur naturas, divinam & humanam, inter se conjunctas, & secundum hypostasin unitas, unam verò hypostasin ex duabus naturis perfectam & compositam.* Johannes Antiochenus, in Actis Ephesinis, ad Cyrillum, pag. 237. ita scribit: Δύο Φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ καὶ ἕνα χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα Κύριον, ὁμολογοῦμεν. *Duarum naturarum facta est unio: propterea etiam unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur.* Paulus, Episcopus Nemes. ibid. pag. 277. Δύω Φύσεων συνδρομὴ, θεότητος Φημὶ καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα ἡμῖν ἀπετέλεσεν υἱὸν, τὸν ἕνα χριστὸν, τὸν ἕνα Κύριον. *Duarum naturarum concursus, deitatis nimirum & humanitatis unum nobis fecit Filium, unum Christum, unum Dominum.* Chrysostomus, Homil. 67. t. 5. pag. 488. Δύο νοουμένων τῶν πραγμάτων, ἓν ἦν τὸ προσκυνούμενον πρόσωπον. *Cùm duæ res considerentur, una erat persona, quæ adoratur.* Gregorius Nazianzenus, Orat. 31. pag. 497. Ὃ μὴ ἦν ἐνένωσε, καὶ ὃ μὴ ἦν προσέλαβεν· οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀναγκάσας. Θεὸς γὰρ ἀμφότερα, τό, τε προσλαβὸν, καὶ τὸ προσληφθέν· δύο Φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ υἱοὶ δύο· μὴ καταψευδέσθω ἡ σύγκρασις. *Id, quod non erat, assumsit: non duplex factus, sed unum ex duplici natura fieri sustinens. Ambo enim Deus, nimirum quod assumsit, & quod assumtum est: duæ naturæ in unum concurrentes, non duo filii. Ne quis hanc connexionem mendaci oratione premere contendat.*

β. Unio-

β. *Unionem duarum in Christo naturarum factam esse* ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀχωρίστως, ut habetur Act. 1. Concilii sub Menna, pag. 569. Hoc etiam testatur Nicephorus Constantinop. in Actis Ephesinis, p. 308. quando dicit, *hanc unionem factam esse* ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, καὶ ὑπερφυῶς, *sine confusione, inseparabiliter, & modo prorsus mirabili.* Idem Nicephorus, in Epist. ad Leonem P. R. ibid. pag 310. Ἀποδέχομαι τὴν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον, ἥτις δύο Φύσεις ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, σοφῶς ἐδογμάτισε. *Recipio synodum Ephesinam, quæ sapienter declaravit, duas in Christo naturas esse inconfusè & inseparabiliter.* Theodoretus, θεραπευτ. Serm. 6. de Christo: Πρόσφατος ὁ αὐτὸς καὶ αἰώνιος· οὐ γὰρ ξυνέχεε τὰς Φύσεις ἡ ἕνωσις, οὐδὲ πεποίηκεν ὑπὸ χρόνον τῶν χρόνων τὸν ποιητήν. οὐδέγε τὸ ἐν χρόνῳ γενόμενον, ἀπέφηνε προαιώνιον· ἀλλ' ἑκατέρα Φύσις μεμένηκεν ἀνραιφυής. *Idem recens atque æternus est: neque enim naturas confudit unio, neque fecit, ut esset sub tempore, per quem tempora facta fuerant: nec quod in tempore natum est, ante secula exstitisse declaravit: verùm utraque natura integra mansit.* Zonaras de Synodo Chalcedonensi, pag. 93. Τὸν χριστὸν ἐν δύο Φύσεσιν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἐδογμάτισε. *Christum in duabus naturis inseparabiliter & inconfusè docuit.* Synodicum, cap. 90. de eadem synodo: Τὰς δύο Φύσεις Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἀνεκήρυξε. *Duas Jesu Christi Dei nostri naturas inconfusè & inseparabiliter prædicavit.* Ephræmius, Theopolitanus Patriarcha, in Biblioth. Photii, Cod. 229. pag. 796 Ἡ ἐξ ἡμῶν σὰρξ, ἐνωθεῖσα τῷ θεῷ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν, οὐκ εἰς τὴν θείαν μετεβλήθη τοῦ λόγου, εἰ καὶ θεοῦ γέγονε σάρξ· οὐδὲ ὁ λόγος εἰς σάρκα, εἰ καὶ ἰδίαν οἰκονομικῶς ἐποιήσατο τὴν σάρκα, ἀλλ' εἷς μὲν λέγεται καὶ ἔστι χριστὸς, σώζεται δὲ ἀκαινοτομήτως, καὶ ἀχωρίστως, καὶ τὰ ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς νοεῖται χριστὸς, ἵν' ἄλλος καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο· ἀλλ' εἷς καὶ αὐτός. *Caro nostra Deo Verbo unita est hypostaticè, non in substantiam Verbi mutata est, etsi Dei caro facta est, neque Verbum in carnem, etsi per dispensationem propriam sibi fecerit carnem: sed unus idemque dicitur & est Christus: servatur verò sine mutatione & inseparabiliter: & ea, ex quibus, & in quibus intelligitur Christus, non alius & alius, absit: sed unus idemque est.* Vide etiam Photii Epist. 1. pag. 10. Nilum de Synodis, in Biblioth. Juris Canonici, 1157. & ibid. Auctorem incertum de Synodis, pag. 1163. Theorianum de Legat. Armen. pag. 54. Chrysostomum, Homil. 110. t. 5. pag. 713, 714. Damascenum Orthod. fidei lib. 3. cap. 3. pag. 181. & lib. ejusd. cap. 2. pag. 177.

Huic verò Orthodoxæ, de duabus in Christo naturis & una persona, doctrinæ variè ab hæreticis olim fuit contradictum. κ. Ne-

* *Neſtorius*; Epiſcopus Conſtantinopolitanus, unitatem perfonæ Chriſti nefariè laceravit, dum profeſſus eſt, *aliam eſſe perſonam Filium Dei, aliam verò Filium Mariæ:* has duas perſonas unitas eſſe accidentaliter, ſcil. κατὰ χάριν vel κατὰ μετοχὴν, id eſt, *gratiæ & efficacitatis communicatione*, κατὰ σχέσιν, *per unionem habitualem*, κατὰ παράςασιν, *quod* Λόγος huic homini adſit præſentiſſimus, πνευματικὴ nempe παρουσίᾳ, *& dicuntur eſſe unum Cor.* Ideò etiam negabat, Virginem Mariam eſſe θεοτόκον. Cùm enim orta fuiſſet quæſtio, utrum ἀνθρωποτόκος, an verò θεοτόκος ſit appellanda, χριςοτόκον nominandam eſſe dixit, non θεοτόκον. Atque hæc jam ex antiquitate de Neſtorio probanda & demonſtranda. De eo ergo ſic Photius, Epiſt. 1. pag. 8. Τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν χριςὸν, εἰς δύο τέμνειν καὶ διαιρεῖν ὑποςάσεις Νεςόριος ἐτόλμησε, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος Λόγου. κατ' ἰδίαν ὑπόςασιν, ἔπλαττε, τὸν δὲ θεὸν ἀνὰ μέρος, καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος. *Unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Neſtorius nihil veritus in duas hypoſtaſes diſſecare & dividere, alteram merum & purum hominem conſinxit in ſua propria hypoſtaſi ſubſiſtentem, ſeparatim à Verbo aſſumente: alteram verò diviſum Deum, aſſumento omni corporeo denudatum.* Theodorus Presbyter de Incarnatione Domini, pag. 234. *Neſtorius* τὴν τῶν Φύσεων ἕνωσιν ἀντὶ προσώπων ἔλαβε, *naturarum appellationem pro perſonis accepit.* Leontius de Sectis, Act. 4. pag. 450. Οὐκ ἔλεγεν ἕνωσιν τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ δύο ὑποςάσεις ἔλεγε, καὶ διαίρεσιν. *Non ſtatuit unionem Dei Verbi cum homine, ſed duas dixit eſſe hypoſtaſes, & diviſionem.* Theorianus Legat. Armen. pag. 56. Ὁ Νεςόριος δύο Φύσεις ἔλεγε κεχωρισμένας, οὐχ ἡνωμένας εἰς ἓν πρόσωπον. *Neſtorius dixit, duas in Chriſto ſeparatas eſſe naturas, non in una perſona unitas.* Ibid. pag. 58. Ἔλεγε δύο Φύσεις κεχωρισμένας, καὶ δύο πρόσωπα, καὶ δύο χριςοὺς, καὶ δύο υἱούς. *Dicebat, duas eſſe naturas ſeparatas, & duas perſonas, & duos Chriſtos, & duos filios.* Nunc de voce θεοτόκος quædam etiam monenda. Wanefridus de geſtis Longobard. lib. 6. cap. 14. vult, hoc nomen B. Virgini inditum eſſe à Synodo Conſtantinopolitana, quæ fuit Conſtantinop. 2. Occumenica 5. tempore Juſtiniani, anno Chriſti 550. vel, juxta alios, 553. celebrata. Ephræmius, Theopolitanus Patriarcha, in Biblioth. Photii: Cod. 228. pag. 776. de Leone M. Pontifice Romano, qui anno 440. floruit, narrat: Πρῶτος ἐν ἁγίοις Λέων ἰδικῶς εἶπεν αὐτῶς λέξεσιν, ὡς μήτηρ θεοῦ ἐςὶν ἡ ἁγία θεοτόκος, τῶν πρὸ αὐτοῦ πατέρων οὕτω διατρανῶς ῥήμασι μὴ τοῦτο φαμένων. *Primus B. Leo perſpicuè diſertis verbis pro-*

pronunciavit, *Dei matrem esse sanctam Deiparam*, *cùm aliorum ante ipsum Patrum nemo id tam clarè pronunciarit.* Sed quis hîc non turpem observet ἀνισορημίαν? Certè à Gregorio Nysseno & Nazianzeno, qui anno 360. vel 380. floruerunt, eodem insignitur nomine. Nyssenus in Epist. ad Ambrosiam, &c. pag. 660. t. 3 reprehendit eos, *qui* τὴν ἁγίαν παρθένον, τὴν Θεοτόκον, *ausi fuerunt appellare* ἀνθρωποτόκον. Et Nazianzenus, Orat. 35, pag. 564. εἴτις οὐ θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρὶς ἐστι τῆς θεότητος *Si quis Mariam Deiparam non credit, extra divinitatem est.* Basilius Cæsar. hisce σύγχρονος, de humana Christi generatione, t. 1. p. 590. dicit, θεοτόκος παρθένος. Theodoretus, qui vixit anno 450. Anathemat. 1. t. 4. pag. 709. *Mariam* οὐκ ἀνθρωποτόκον, ἀλλὰ θεοτόκον προσαγορεύομεν, *non hominis genitricem, sed Dei genitricem appellamus.* Chrysostomus etiam, qui vixit anno 404. Homil. 62. t. 6 eam vocat ἁγίαν παρθένον καὶ θεοτόκον. Maximè verò Synodus Ephesina, anno 430 contra Nestorium celebrata, Mariam esse θεοτόκον contra Nestorium defendit. Photius de hac Synodo, Epist. 1. pag. 8. *Patres hujus Concilii* τὴν πανάχραντον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ καὶ ἀειπαρθένον μητέρα κυρίως καὶ ἀληθῶς καλεῖσθαι καὶ ἀνευφημεῖσθαι Θεοτόκον παραδεδώκασιν, *immaculatam & semper virginem, Domini nostri Jesu Christi matrem, propriè & verè nominari & prædicari Deiparam tradiderunt.* Vide de eadem Synodo Nilum, & Auctorem incertum de Synodis, in Biblioth. Juris Canonici, pag 1156, 1162, 1192. Imperator Justinianus, Constitut. de Orthod. fide, quæ habetur in eadem Bibliotheca, pag. 1235. Ἀναθεματίζομεν Νεστοριου τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸν διαιροῦντα τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν καὶ ἔνδοξον ἀειπαρθενον Μαρίαν θεοτόκον· ἀλλὰ ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ Πατρὸς τὸν Λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον, θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι. *Anathemate damnamus Nestorium adoratorem hominis, dividentem unum illum Dominum nostrum Jesum Christum, Dei filium, Deumque nostrum, nec confitentem propriè & verè, quòd sancta, gloriosa, perpetuò Virgo Maria sit Deipara: sed tradentem, quòd alius sit ille natus ex Deo Patre Deus Verbum, & alius ille natus ex sancta Virgine Maria, qui per gratiam & necessitudinem cum Deo Verbo factus sit Deus.* Atque ita deinceps ab omnibus nominata fuit Orthodoxis. Quæ verò hujus appellationis sit ratio, veteres quoque monent. Cyrillus Alexandrinus in Actis Synodi Ephesinæ, pag. 75. *Vocatur* θεοτοκος, οὐχ ἁπλῶς τῆς τοῦ λόγου φύσεως, ἤτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ, τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου,

θένου, ἀλλ' ὡς γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἁγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς· ᾧ καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς ὁ λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα, *non quasi Verbi natura, aut deitas ejus, initium sumserit ex sancta Virgine, sed quòd ex ea sanctum corpus natum sit, animamque rationalem assumserit: cui etiam hypostaticè unitum Verbum, natum dicitur secundum carnem.* Acacius, Epiſc. Melit. in iiſdem Actis, pag. 266. Θεοτόκος, ἡ ἁγία παρθένος· θεὸς γὰρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθεὶς· οὐκ ἐκεῖθεν τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν λαβὼν, ἀλλὰ ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως δεξάμενος. *Deipara eſt ſancta Virgo: Deus enim, ſed quòd ex ea ſanctum corpus natum ſit, animamque rationalem aſſumſerit Principium, ſed quòd qui ex ea natus eſt: non quòd inde eſſentiæ ſuæ ſumſerit initium incarnationis acceperit.* Baſilius Seleuciensis, Orat. 39. p. 208: Θεὸν σαρκωθέντα τεκοῦσα, θεοτόκος ὀνομάζεται. *Quoniam Deum incarnatum peperit, Deipara nominatur.* Iterum Cyrillus lib. 1. adv. Neſtorium, pag. 7. Ὀνομάζουσι θεοτόκον αὐτὴν, ὡς ἀποτεκοῦσαν δηλονότι θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν τὸν Ἐμμανουήλ. *Eam Deiparam nominant, quia peperit eum, qui naturâ Deus eſt, Emmanuelem.* Theodoretus in refut. Anathemat. 1. t. 4. p. 709. Θεοτόκος ἡ παρθένος, διὰ τὴν πρὸς τὴν κυηθεῖσαν δούλου μορφὴν ἕνωσιν τῆς τοῦ θεοῦ μορφῆς. οὐ γὰρ εἰς σάρκα ὁ Θεὸς λόγος, ἐτράπη, ἀλλ' ἡ τοῦ θεοῦ μορφὴ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν. *Virgo Deipara eſt, propter unionem formæ Dei ad conceptam ſervi formam. Non enim in carnem Deus Verbum converſum eſt, ſed Dei forma aſſumſit ſervi formam.* Eulogius, Archiepiſcopus Alexandr. in Biblioth. Photii, Cod. 230. pag. 837. Κατὰ τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν, ὁμολογοῦμεν, τὴν ἁγίαν παρθένον Θεοτόκον· διὰ τὸ τὸν θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι. *Secundum inconfuſæ unionis intelligentiam, confitemur ſanctam Virginem eſſe Deiparam, quia Deus Verbum incarnatum eſt, & carnem aſſumſit.* Vide etiam Socratem, Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 31. p. 275. & imprimis Damaſcenum Orthod. fidei lib. 3. cap. 12. p. 220. Neſtorius verò non θεοτόκον, ſed χριστοτόκον appellandam eſſe contendit. Theodoretus hæret. fab. lib. 4. cap. 12. p. 245. de Neſtorio ſcribit: Γίνεται αὐτῷ πρῶτον τῆς καινοτομίας ἐγχείρημα, τὸ μὴ δεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον, τὴν τὸν θεὸν λόγον τεκοῦσαν ἐξ αὐτῆς σάρκα λαβόντα, θεοτόκον ὁμολογεῖν, χριστοτόκον δὲ μόνον. *Primus ei initæ novitatis gradus fuit, non oportere ſanctam Virginem, quæ Dei Verbum peperit, quod ex ea carnem ſuſcepit, Deiparam confiteri, ſed Chriſtiparam duntaxat.* Evagrius lib. 1. cap. 2. pag. 124. a. Neſtorius dixit, Mariam non eſſe θεοτόκον, ſed χριστοτόκον, & addidit, τὸν γενόμενον διμηναῖον ἢ τριμηναῖον ἐκ θεοῦ ὀνομάσαιμι. *Bimeſtrem vel trimeſtrem non appellaverim Deum.* Socrates, lib. 7. cap. 33. refert, Neſtorium, ad Synodum Epheſinam vocatum, blaſphemam iſtam eructaſſe & evomuiſſe ſententiam. Damaſcenus, lib. 3. Orthod. fidei, cap. 12.

pag. 221, 222. Χριστόκον δὲ οὐδαμῶς Φαμεν τὴν ἁγίαν παρθένον, διότι ἐπ' ἀναιρέσει τῆς Θεοτόκος Φωνῆς, ὁ μιαρὸς καὶ βδελυρὸς καὶ Ἰουδαιόφρων Νεστόριος ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐξεύρατο, ὡς ἐπηρεαζομένην. *Christiparam autem nequaquam dicimus sanctam Virginem, quia ad tollendum vocabulum* θεοτόκος *scelestus & abominabilis, atque cum Judæis sentiens Nestorius hanc appellationem injuriosam invenerit.* Posset tamen B. Virgo etiam appellari χριστόκος, siquidem nihilominus concederetur, eandem esse θεοτόκον, & nî Nestorii obstaret hæresis. Id fatetur Theorianus Legat. Armen. pag. 94. quando dicit: Ἠδυνάμεθα καὶ χριστόκον τὴν θεοτόκον καλεῖν· χριστὸν γὰρ ἐγέννησε θεὸν καὶ ἄνθρωπον· τοῦτο γὰρ δηλοῖ κυρίως τὸ ὄνομα· ἀλλὰ διὰ τὸ κακῶς ἐκλαμβάνεσθαι παρὰ τοῦ Νεσορίου τὸ σημαινόμενον τοῦ ὀνόματος, ὡς βλάσφημον ἀπεδοκίμασαι παρὰ τῶν ἁγίων τὸ ὄνομα. *Potuissemus Deiparam etiam nominare Christiparam: peperit enim Christum, Deum & hominem: id enim propriè declarat nomen. Verùm, quia nominis significatio à Nestorio malè accipitur, tanquam blasphemum rejectum est hoc nomen à sanctis.* De his tandem consulendi sunt Theologi, qui variis rationibus probant, Λόγον carni non σχετικῶς, sed ὑποστατικῶς unitum fuisse, ita ut ex duabus naturis, divina & humana, una tantùm evaserit persona, ac proinde Christum neque esse ψιλὸν ἄνθρωπον, neque θεῖον ἄνθρωπον tantùm, sed θεάνθρωπον & ἀνθρωπόθεον, & Virginem Mariam non esse χριστοτόκον tantùm, sed etiam θεοτόκον, & θεομήτορα, quo nomine insignitur à Nysseno, de occursu Domini, t. 3. pag. 460. & à Damasceno, lib. 3. Orthod. fidei, cap. 7. pag. 204.

2. *Eutyches*, Archimandrita Constantinopol. à quo dicti *Eutychiani*, aliàs etiam *Dioscoritæ* dicti, à *Dioscoro*, Patriarcha Alexandrino, διαστροφὴν διαστροφῇ διορθούμενος, in contrariam delapsus est hæresin ex ἀμετρίᾳ τῆς ἀνθολικῆς. Nestorius, duabus in Christo observatis naturis, duas etiam putavit esse Personas: Eutyches verò è contrario, unam respiciens Personam, unam etiam censuit esse naturam. Photius, Epist. 1. pag. 9. de Eutychianis & Dioscoritis, in Synodo Chalcedonensi, œcumenicâ quartâ, anno 451. celebratâ, damnatis, sic scribit: Τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον, καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶ προσκυνούμενον Φύσεσιν, εἰς μίαν Φύσιν τολμηρῶς καὶ ἀΦρόνως ἀνεκίρνων καὶ συνέχεον. *Unicum Dominum nostrum Jesum Christum, ex divina & humana natura agnitum; & in duabus hisce naturis adoratum, per summam audaciam & stultitiam in unam naturam commiscentes, confuderunt.* De iisdem Harmenopulus de Sectis, Sect. 5. pag. 560. Κατὰ Φαντασίαν ἔλεγον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον γεγονέναι, μίαν ἔχοντα Φύσιν. *Secundum phantasiam dicebant filium*

lium Dei factum esse hominem, unam habentem naturam. Eutyches, apud Evagrium, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 9. pag. 126. b. dixit: Ὁμολογῶ ἐκ δύο Φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν Φύσιν ὁμολογῶ. *Confiteor, Dominum nostrum ante unionem ex duabus naturis fuisse compositum: post unionem verò unam agnosco naturam.* Idem de eodem testatur Theodorus Presbyter, de Incarnatione Domini, p. 234. Et Zonaras, ad Concilium Chalced. pag. 92. Τὰς δύο Φύσεις τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν συγκραθῆναι, καὶ εἰς μίαν ἀποτελεσθῆναι Φύσιν ἀσεβῶς ἐδογμάτιζεν, ὡς καὶ τῇ θεότητι προσαρμόζειν τὰ πάθη. *Duas naturas deitatis & humanitatis post unionem fuisse commixtas, & unam naturam facitas, impiè docuit, adeò ut etiam Deitati passiones attribuerit.* Confer, quæ hoc ipso capite attulimus, num. III. 3. sub lit. a. Ab hac hæresi vocantur à veteribus Μονοφυσῖται, de quibus Nicephorus Hist. Eccles. lib. 18. cap. 45. pag. 868. *Eodem tempore, sub Zenone Tiranni & Anastasio, Acephali, quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi & carnis naturam malè prædicantes: & præterea Jacobitarum & Julianistarum, & plurimorum aliorum caterva, Ecclesiæ Theodosianorum, Julianistarum, & plurimorum aliorum caterva, Ecclesiæ insultarunt:* Οἱ καὶ Μονοφυσῖται ἐκλήθησαν, ἅτε δὴ μίαν Φύσιν τῆς σαρκὸς μετὰ τὴν ἄρρητον ἕνωσιν πρεσβεύοντες τε καὶ δογματίζοντες, *qui etiam Monophysitæ appellati sunt, quòd unam Verbi & carnis naturam post ineffabilem unionem esse sentiant, & doceant.* Vide de iisdem plura ibidem integrum est, & cap. 46. Damasceni, Orthod. fidei lib. 3. cap. 3. περὶ τῶν δύο Φύσεων κατὰ Μονοφυσιτῶν, *de duabus naturis contra Monophysitas;* unde simul hujus hæresis refutationem petere licet. Optimè Photius contra Eutychianos, Epist. 1. pag. 9. Εἰ μία ἡ τοῦ χριστοῦ Φύσις, ἡ θεία πάντως μόνη, ἡ ἀνθρωπίνη ἔξαρνος ἀλλ' εἰ μὲν μόνη θεία, ποῦ τὸ ἀνθρώπινον; εἰ δὲ ἀνθρωπίνη μόνη, πῶς οὐκ ἔξαρνος τῆς θεότητος; εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν νεύει τὸ Φρόνημα) πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς αὐτοῖς ἀφρονέστερον ἢ ἀφρονέστερον Χριστὸς καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἡμῶν ἀνατλασθήσεται; οὗ τί ἂν δυσσεβέστερον ἢ ἀφρονέστερον Φάσκειν τὸν τῷ θεῷ Λόγον καὶ θεὸν, ἐπί τε Φθορᾷ τῆς ἰδίας θεότητος, ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος; τοῦτο γὰρ ἕπεται πάντως τοῖς μηδετέρας Φύσεως, ἀλλ' ἑτέρας παρὰ ταύτας, τὸν χριστὸν εἰπεῖν τετολμήκασι. *Si una tantùm natura Christi, vel divina prorsus ea fuerit, vel humana. Sed si tantùm divina, ubi tunc humana? sin tantùm humana, fieri non potest quin negetur divina. Quodsi quid diversum ab utraque natura fuerit, (nam hoc in hac caussa unicum iis relinquitur, & eò videntur propendere) quomodo non erit apud ipsos Christus alterius cujusdam & diversæ naturæ cùm à suo Patre, tum à nobis?*

quo quid magis impium, aut delirum magis fingi poteſt? aſſerere nimirum Verbum Dei Deum, hominem factum eum in finem, ut cùm divinitas deſtrueretur propria, etiam aſſumta humanitas in nihilum redigeretur. Hoc enim ita planè conſequetur, ſi quis tueri auſus fuerit, Chriſtum non alterius iſtarum, ſed præter iſtas alius naturæ participem eſſe factum.

V. *De Incarnationis neceſſitate.* Hanc Patres Nicæni exprimunt his verbis: Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα. *Qui propter nos homines, & propter ſalutem noſtram è cœlis deſcendit, & incarnatus eſt.* Hanc cauſſam etiam inculcat Chryſoſtomus, Homil 73. t. 6. Δι' ἀγάπην κατῆλθε πρὸς ἡμᾶς ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ὁμόσκηνος, καὶ ὁμοδίαιτος τοῖς ἀνθρώποις γέγονεν, ἵνα τὴν πολύθεον καταλύσας πλάνην, καὶ τὴν ἀληθῆ καταγγείλας θεογνωσίαν, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην διδάξῃ ἀνθρώπους. *Propter charitatem ad nos deſcendit dilectus ille Dei filius, & cum hominibus habitavit atque edit, ut errore, deorum multitudinem adſtruente, ſublato, & vera Dei cognitione annunciata, mutuam inter ſe dilectionem homines doceret.* Athanaſius de Incarnatione Verbi: Ἡ ἡμῶν παράβασις τὸν Λόγον τὴν Φιλανθρωπίαν ἐξεκαλέσατο, ὥστε καὶ εἰς ἡμᾶς Φθάσαι καὶ Φανῆναι τὸν Κύριον ἐν ἀνθρώποις. Τῆς γὰρ ἐκείνου ἐνσωματώσεως ἡμεῖς γεγόναμεν ὑπόθεσις, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἐΦιλανθρωπεύσατο, καὶ ἐν ἀνθρωπίνῳ γενέσθαι καὶ Φανῆναι σώματι. *Tranſgreſſio noſtra Verbi charitatem in homines excitavit, ut ad nos uſque veniret Dominus, interque homines appareret. Siquidem incorporationi ejus occaſionem nos præbuimus, ac propter noſtram ſalutem affectavit fieri atque apparere in humano corpore.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Illum. 4. Πίστευε, ὅτι οὗτος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐξ οὐρανῶν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. *Crede hunc unigenitum Dei filium propter noſtra peccata è cœlis in terram deſcendiſſe.* Theodoretus in Epit. div. Decret. cap. 11. pag. 279. Ἐνηνθρώπησεν ὁ Θεὸς Λόγος, ἵνα τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας διαΦθαρεῖσαν ἐνεργήσῃ Φύσιν· διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἡμαρτηκυῖαν ἔλαβεν, ἵνα πᾶσαν ἰάσηται. *Propterea Deus Verbum homo factus eſt, ut corruptam à peccato naturam renovaret: propterea totam, quæ peccaverat, aſſumſit, ut totam ſanaret.* Macarius, Homil. 34. pag. 446. Ἡ ἔλευσις τοῦ Κυρίου πᾶσα διὰ τὸν ἄνθρωπον γεγένηται, τὸν τεθανατωμένον ἐν τάΦῳ σκότους, ἁμαρτίας, πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ δυνάμεων πονηρῶν· ἵνα ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ νῦν ἀναςήσῃ καὶ ζωοποιήσῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ καθαρίσῃ ἀπὸ πάσης μελανίας, καὶ Φωτίσῃ αὐτὸν τῷ ἰδίῳ Φωτὶ, καὶ ἀμΦιάσῃ αὐτὸν τὰ ἑαυτοῦ ἐνδύματα τῆς θεότητος τὰ οὐράνια. *Adventus Domini fuit prorſus in gratiam hominis, qui mortuus jacebat in ſepulchro tenebrarum, peccati, ſpiritus impuri, & perverſarum poteſtatum; ut*

ut nunc in hoc ſeculo reſuſcitet ac vivificet hominem, expurget ab omni nigredine, illuminet eum ſuo lumine, & operiat eum ſuis ipſius divinis & cæleſtibus indumentis. Confer, quæ hoc capite, ſub num. 11. habentur. Hîc igitur jam proſcribenda eorum opinio, qui nimium confidenter & temerè definire ſunt auſi, Chriſtum, etſi non peccaſſet homo, nihilominus in mundum fuiſſe venturum: Nicæni enim Antiſtites, & cum iis religui Eccleſiæ Φωςῆρες nullam aliam Incarnationis Chriſti cauſam proponunt, quàm σωτηρίαν ἡμετέραν, ac proinde generis humani in peccatum prolapſi reſtaurationem: neque aliam agnoſcit ſcriptura Joh. 3: 16. Matth. 9: 12, 13 & 1. Timoth. 1: 15.

CAPUT XII.

De Paſſione, Sepultura & Reſurrectione Chriſti.

Σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναςάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς.

TRia hoc capite nobis conſideranda, nempe Paſſio, Sepultura, & Reſurrectio Chriſti.

1. *Paſſio Chriſti.* Eam his verbis exprimunt Patres Nicæni: **Σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα.**

1. **Σταυρωθέντα**, *crucifixum.* Vocabulum ςαυρὸς duplici maximè ſumitur modo.

a. *Propriè:* atque ita ςαυρὸς, juxta veteres Gloſſas, eſt *patibulum, crux.* Suidas: **Σταυροὶ, τὰ ὀρθὰ πεπηγότα ξύλα.** *Cruces: recta ligna* humi *defixa.* Heſychius: **Σταυροὶ, οἱ κατατετηγότες σκόλοπες, ξύλα, ἀπὸ τοῦ ἑςάναι ςαυροὺς, ἐν τοῦ εἰς τὴν ἄῦραν ἵςασθαι.** *Cruces, defixi pali, valli, & erecta quævis ligna, ab ἑςάναι vocant ςαυροὺς, quòd in aërem erigantur.* Vel, ut tradit Euſtathius, ςαυρὸς dicitur **ὅτι ἵςαται εἰς ἀέρα ὑψούμενος**, *quoniam ſtat in aërem erecta.* **Σταυρὸς** idem **σκόλοψ.** Heſychius: **Σκόλοψ, ξύλον, ὄξιμον.** Scribe, **ξύλον ὀξύ.** Confirmatur hæc lectio tum ex ipſo Heſychio, **Palus, lignum acutum.** Quod rum ille, **Σκόλοπες, ὀξέα ξύλα ὀρθά.** *Pali, ligna acuta recta.* Item: **Σκόλοπες, ὀρθέα** (ſcribendum **ὀρθὰ**, vel **ὄρθια**) tum ex Suida; quo-

καὶ ὀξέα ξύλα, ςαυροὶ, χάρακες. *Pali,*

Pali, recta & acuta ligna, cruces, valli: hic verò, Σκόλοψ, ξύλον ὀξύ. *Palus, lignum acutum.* Celsus de Christo, per contemtum, & ut Christianis ægrè faciat, pro σταυρὸς usurpat vocem σκόλοψ. Lib. 2. pag. 102. apud Origenem: Ὤφειλεν εἰς ἐπίδειξιν θεότητος, ἀπὸ τοῦ σκόλοπος ἐυθὺς ἄφαντος γενέσθαι. *Debuisset ad deitatem probandam, mox è cruce evanuisse.* Ibidem aliquoties repetitur. Ἀνασκολοπίζειν est ἀνασκολοπίζειν, quod Hesychius per ἀνασταυροῦν exponit. Quem Christiani σταυρωθέντα dicunt, eum Lucianus contumeliosè τὸν ἐν τῇ Παλαισίνῃ ἀνασκολοπισθέντα & ἀνεσκολοπισμένον dixit, *palo affixum.* Chrysostomus, Homil. 4. in 2. ad Timotheum: Ὁ Πέτρος κάτωθεν ἀνεσκολοπίσθη παρὰ ἀνθρώπων καταπτύστων καὶ ἰταμῶν. *Petrus capite ad terram verso in crucem fuit actus ab hominibus abominandis & crudelibus.* De ejusdem martyrio sic Hieronymus: *A Nerone affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus elevatis.* Adstipulatur etiam Eusebius, qui Hist. Eccles. lib. 2. cap. 25. p. 20. a. Petrum sub Nerone ἀνασκολοπισθῆναι scribit. Crux figuram habuit literæ Græcorum Ταῦ, & Latinorum T. Tertullianus lib. 3. adv. Marcionem, cap. 22. pag. 679. *Ipsa est enim litera Græcorum Tau, nostra autem T, species crucis.* Tertullianum ferè ad verbum imitatus est Hieronymus in Comment. *Extrema*, inquit, *Tau litera crucis habet similitudinem. Antenna* etiam crucis figuram exprimit. Tertull. lib. adv. Judæos, cap. 10. pag. 144 *Antenna navis, crucis pars est.* Minutius Felix: *Signum sanè crucis naturaliter visimus in navi, cùm velis tumentibus vehitur.* Maximus Taurinensis: *Cùm à nautis scinditur mare, priùs arbor erigitur, velum distenditur, ut cruce Domini facta aquarum fluenta rumpantur.* Hinc à Græcis *antennæ extremitates* vocantur κέρατα, *cornua.* Statius: *Antennæ gemina cornua.* Virgilius: *Cornua velatarum obvertimus antennarum.* In excerptis ex veteri Lexico Græco-Lat. *Antenna*, κέρας. Aliud vetus Lexicon: Κέρας πλοίου. *Antenna.* Κεραία etiam est *antenna*, id est, lignum in transversum mali positum, unde pendet velum. Hesychius: Κεραία, ἐν τῷ πλοίῳ οὕτω τὶ καλεῖται. *Ita in navi aliquid vocatur.* Hinc Homerus Il. σ', vs. 3.

Τὸν δ' εὗρε προπάροιθε νεῶν ὀρθοκραιράων.

Hunc autem invenit ante naves erectas antennas habentes.

Ubi vetus Scholiastes: Νεῶν ὀρθοκραιράων· Ὀρθὰς κεραίας ἐχόντων, ὀρθοπρύμνων. Καλεῖται δὲ κεραία τὸ ἐπάνω τοῦ ἱστοῦ δεδεμένον πλάγιον ξύλον, οὗ ἐξάπτεται ἡ ὀθόνη. *Erectas*

Erectas antennas habentes. Κεραία *autem vocatur in supremo malo affixum transversum lignum, unde velum nauticum dependet.* Hinc veteres illud Matth. 5:18. Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται, *de cruce* interpretantur. Theophylactus ad illum locum, p. 29. Scribit, Ἄλλοι τὸ Ἰῶτα καὶ τὴν κεραίαν, τὸν σταυρὸν φασί. τοῦ γὰρ σταυροῦ ἰῶτά ἐστι τὸ ὀρθὸν ξύλον, καὶ κεραία τὸ πλάγιον. *Alii Jota & apicem dicunt esse crucem: nam crucis, Jota est rectum lignum, &* κεραία *transversum.* Et Greg. Nyssenus, lib. de Vita Mosis, t. 1. pag. 217. Ἀληθῶς γὰρ τοῖς καθορᾶν δυναμένοις ἐν τῷ νόμῳ μάλιστα τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν θεωρεῖται μυστήριον. Διό φησί τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι ἐκ τοῦ νόμου τὸ Ἰῶτα καὶ ἡ κεραία οὐ παρέρχεται, σημαῖνον διὰ τῶν εἰρημένων, τήν τε ἐκ πλαγίου γραμμὴν καὶ τὴν κάθετον, δι' ὧν τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ καταγράφεται. *Nam verè iis, qui in Legem respicere possunt, crucis mysterium maximè patet: propterea Evangelium alicubi dicit,* jota & apicem ex lege non præterire, *transversam lineam & perpendicularem ac rectam, quibus figura Crucis describitur, per jota & apicem ostendens.* Ex quibus verò lignis *crux Christi* compacta fuerit, solicitè, sed frustra, quærunt Græci. Paracletice, pag. 41. sic habet: Ὡράθης ὑψούμενος ἐν κυπαρίσσῳ δέσποτα, καὶ τῇ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ δι' ἀγαθότητα. *Visus es exaltatus, Domine, in cupresso, & pinu, & cedro propter bonitatem.* Pag 62. Ἐν κυπαρίσσῳ, καὶ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ ὑψώθη ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ. *In cupresso, & pinu, & cedro exaltatus est agnus Dei.* Pag. 69. Κέδρῳ ἀνυψώθης, πεύκῃ τε καὶ κυπαρίσσῳ δέσποτα. *Domine, in cedro exaltatus es, & pinu, & cupresso.* Eadem est sententia Michaëlis Pselli: Κάλλη δὲ ὀρέων ὁ σταυρὸς πέφυκεν. Εἰ γὰρ, ὡς ὁ τῆς ἱστορίας λόγος ἔχει, ἐκ πεύκης, καὶ κέδρου, καὶ κυπαρίσσου συμπέπηκται. κάλλη δὲ ταῦτα εἰσὶ τῶν φυομένων ἐν ὄρεσι, τοῦτο μὲν φύλλοις κομῶντα πυκνοῖς, τοῦτο δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνατεινόμενα, διὰ ταῦτα κάλλη τῶν ὀρέων τὸ νικοποιὸν ὅπλον ὠνόμασαι. *Pulchritudines verò montium crux est, siquidem, ut historiæ narrant, ex pinu, cedro, & cupresso compacta est, quæ eorum, quæ nascuntur in montibus, pulchritudines sunt, tum quòd frequentibus foliis vernant, tum quòd in multum aërem se extendunt. Propterea pulchritudines montium arma victoriam afferentia nomen habuerunt.* Nicolaus, Metropolita Congrensis: Ἐν σοί με σώζει προσπαγεὶς ὁ δεσπότης τῷ πευκοκέδρῳ, καὶ κυπαρισσοξύλῳ. *In te me salvat affixus Dominus ex pinu, cedro, & cupressino ligno.* An vera hæc sit sententia, non disputamus; id tantùm monemus, ex veris historiarum monumentis nihil tale haberi. In id potiùs inquiramus, cur mortem crucis, non aliam, sustinuerit Salvator noster. Ea de re audire juvat Athanasium, Orat. de incarnatione Verbi,

Digitized by Google

bi, t. 1. pag. 77 & 78. qui duas affert rationes. *Prior* eſt, quia debuit fieri pro nobis maledictio. Εἰ τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην κατάραν ἦλθεν αὐτὸς βαςάσαι, τῶς ἂν ἄλλως ἐγένετο κατάρα, εἰ μὴ τὸν ἐπὶ κατάρᾳ γενόμενον θάνατον ἐδέξατο; ἔςι δὲ οὗτος ὁ ςαυρός· οὕτω γὰρ καὶ γέγραπται. Ἐπικατάρατος ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. *Si noſtram venit laturus maledictionem, quomodo aliter maledictio fieri potuiſſet, niſi maledictam mortem ſuſtinuiſſet? Hæc verò eſt mors crucis: ſic namque ſcriptum eſt:* Maledictus, qui pendet in ligno. *Poſterior* eſt, quia in cruce pendens omnes ad ſe vocare debuit. Ἐι ὁ θάνατος τῦ Κυρίυ λύτρον ἐςὶ πάντων, καὶ τῷ θανάτῳ τύτου τὸ μεσότοιχον τῦ Φραγμοῦ λύεται, καὶ γίνεται τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, πῶς ἂν ἡμᾶς προσεκαλέσατο, εἰ μὴ ἐςαύρωτο; ἐν μόνῳ γὰρ τῷ ςαυρῷ ἐκτεταμέναις χερσί τις ἀποθνήσκει. δι' ὃ καὶ τῦτο ἔπρεπεν ὑπομεῖναι τὸν Κύριον, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι, ἵνα τῇ μὲν τὸν παλαιὸν λαόν, τῇ δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἑλκύσῃ, καὶ ἀμΦοτέρους ἐν ἑαυτῷ συνάψῃ. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς εἶρηκε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἔμελλε λυτρῆσθαι τοὺς πάντας· Ὅταν ὑψωθῶ, Φησι, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. *Si mors Domini precium redemtionis eſt pro omnibus, ejuſque morte medius paries maceriæ ſolvitur, genteſque vocantur, quomodo nos ad ſe vocaſſet, niſi crucifixus fuiſſet? In ſola enim cruce expaſſis quis manibus moritur. Quam ob cauſſam hoc quoque Dominum ſuſtinere oportebat, & manus expandere, ut altera quidem veterem populum, altera verò gentes traheret, & utroſque in ſe ipſo conjungeret. Hoc enim ipſe quoque dixit, ſignificans, qua morte omnes eſſet redemturus:* ſi exaltatus facero, *inquit*, omnes traham ad me ipſum.

b. *Impropriè*, & quidem *metonymicè*, *pro morte, quam quis in cruce perfert.* Sic ςαυρὸς ad Hebr. 12:2. notat mortem Chriſti. Ὑπέμεινε ςαυρὸν, *ſuſtinuit crucem*, id eſt, ut Theophylactus exponit, οὐχ ἁπλῶς θάνατον, ἀλλὰ τὸν ἐπονειδις ον, *non ſimpliciter mortem, ſed contumelioſam illam.* Ita ad Galatus 6: 14. καυχᾶσθαι ἐν τῷ ςαυρῷ τῦ Κυρίυ, *gloriari in cruce Domini*, eſt *gloriari* ἐν τῇ εἰς τὸν ἐςαυρωμένον πίςει, *in fide erga crucifixum*, ut iterum Theophylactus. Atque huc jam referri debent infinita pene elogia iſta, quibus veteres crucem Chriſti exornant; quæ profectò non propriè de ligno crucis, ſed de crucifixo ſunt accipienda, utpote cui etiam ſoli competunt. Talia ſunt, quando Chryſoſtomus, Homil. 81. t. 5. pag. 565. de Cruce ſcribit: Σταυρὸς, τὸ κατὰ τῶν δαιμόνων τρόπαιον, ἡ κατὰ τῆς ἁμαρτίας μάχαιρα· τὸ ξίΦος, ᾧ τὸν ὄΦιν ἐκέντησεν ὁ χριςός. Σταυρὸς τὸ τῦ Πατρὸς θέλημα, ἡ τοῦ μονογενῦς δόξα, τὸ τῦ Πνεύματος ἀγαλλίαμα, ὁ τῶν ἀγγέλων κόσμος, τῆς ἐκκλησίας ἡ ἀσΦάλεια, τὸ καύχημα Παύλου, τὸ τῶν ἁγίων τεῖχος, τὸ Φῶς τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. *Crux, illud adverſus dæmones tro-*

tropæum, ille contra peccatum gladius: cujus ille, quo Christus serpentem trucidavit. Crux Patris voluntas, unigeniti gloria, Spiritûs exsultatio, Angelorum ornatus, Ecclesiæ securitas, Pauli gloriatio, sanctorum mœnia, totius universi lux. His gemina legas apud eundem: Homil. 34. t. 5. pag. 216, 217. Homil. 83. ejusdem tomi, pag. 567. Σταυρὸς τὸ πεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· σταυρὸς ἡ τῶν μυρίων ἀγαθῶν ὑπόθεσις. Διὰ τοῦτον ἐδέχθημεν· διὰ τοῦτον οἱ πρότερον ἠτιμωμένοι καὶ ἔκπτωτοι, νῦν εἰς τὴν τῶν υἱῶν τάξιν ἐκκεκλήμεθα· διὰ τοῦτον οἱ ξύλα καὶ λίθους προσκυνοῦντες πρότερον, νῦν ἐπέγνωμεν τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργόν· διὰ τοῦτον ἡ γῆ οὐρανὸς λοιπὸν γέγονεν. Οὗτος ἡμᾶς τῆς πλάνης ἠλευθέρωσεν, οὗτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐχειραγώγησεν, οὗτος ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας ἡμᾶς ἀναστάσας, εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἀνήγαγεν, οὗτος τῶν δαιμόνων τὴν πλάνην ἔσβεσεν, οὗτος τὴν ἀπάτην καθεῖλε. *Crux, caput illud salutis nostræ: crux, illa infinitorum bonorum cacumen. Crux, ordinem sumus recepti. Propter hanc non amplius erramus, sed veritatem cognovimus. Propter hanc, qui priùs abjecti eramus & abdicati, nunc in filiorum conditorem cognovimus. Propter hanc, qui priùs ligna & lapides adorabamus, nunc rerum omnium libertatem justitiæ adduxit. Propter hanc, qui servi eramus peccati, ad libertatem justitiæ advocati sumus. Propter hanc terra deinceps cœlum est. Hæc nos ab errore liberavit, hæc ad veritatem deduxit, hæc Deum & homines reconciliavit, hæc nos ex peccati voragine eductos, ad ipsum virtutis verticem deduxit, hæc dæmonum errorem exstinxit, hæc seductionem destruxit.* Similia quære apud eundem, Homil. 126. tomi ejusdem, pag. 819, 820. & Homil. 127. pag. 824, 825. & Homil. 145. pag. 906: apud Damascenum, lib. 4. cap 12. pag. 305, 306. qui expressè dicit, per crucem intelligi mortem Christi. Ἰδοὺ, inquit, ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι ὁ σταυρός. *Ecce mors Christi, videlicet crux:* apud Theophanem, Homil. 4. pag. 26. & apud alios passim.

2. Ὑπὲρ ἡμῶν, *pro nobis.* Pro quibus Christus mortem crucis sustinuerit, variantes reperias apud veteres sententias.

a. *Alii* enim *Christum pro omnibus mortuum esse asserunt sine discrimine.* Theodoretus in cap. 2. Epist. ad Hebræos, ad v. 9. pag. 405. Ὑπὲρ ἁπάντων τὸ σωτήριον ὑπέμεινε πάθος. *Pro omnibus salutarem passionem sustinuit.* Basilius Cæsar. in Psal. 46. pag. 274. Ἐπεὶ ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων ἔμελλεν ὑψοῦσθαι πρὸς τὸν σταυρὸν, καὶ ὑπὲρ πάσης γῆς τὴν ὕψωσιν καταδέχεσθαι, διὰ τοῦτό φησιν, Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσι, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. *Quoniam pro hominibus in cru-*

crucem exaltandus erat, & pro universa terra exaltationem erat susceperturus, propterea dicit: Exaltabor in gentibus, exaltabor in terra. Macarius, Homil. 24. Ἐυδόκησεν ὁ Κύριος ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ αὐτοῦ παθεῖν ὑπὲρ πάντων. *Voluit Dominus in suo ad nos adventu pro omnibus pati.* Chrysostomus, Homil. 83. t. 5. pag. 569. dicit: *Christus propterea extra urbem passus est,* ἵνα μάθῃς, ὅτι καθολική ἐστιν ἡ θυσία· ἵνα μάθῃς, ὅτι ὑπὲρ τῆς γῆς ἁπάσης ἐστὶν ἡ προσφορὰ, καὶ ὅτι κοινὸς τῆς Φύσεως ἡμῶν ἁπάσης ἐστὶν ὁ καθαρισμὸς, *ut discas, universalem esse hanc victimam: ut discas, esse oblationem pro tota terra, & communem esse totius naturæ nostræ purgationem vel expiationem.* Gregorius Nazianzenus, Orat. 25. pag. 436. Τὰ χριστοῦ πάθη, δι' ὧν ἀνεπλάσθημεν, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ· πάντες δὲ οἱ τοῦ αὐτοῦ Ἀδὰμ μετασχόντες, καὶ ὑπὸ τῦ ὄφεως παραλογισθέντες, &c. *Christi cruciatus, per quos omnes citra ullam exceptionem instaurati sumus, qui eidem Adamo participavimus, atque à serpente in fraudem inducti sumus,* &c. Idem, Orat. 42. pag. 685. Τὸ μέγα καὶ ἄθυτον Ἱερεῖον, ἵν' οὕτως εἴπω, ὅσον ἐπὶ τῇ πρώτῃ Φύσει ταῖς νομικαῖς θυσίαις ἐγκαταμέμικται, καὶ ὃ μικροῦ μέρους τῆς οἰκουμένης, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ διαιωνίζον καθάρσιον. *Magna illa, quantum ad primam naturam, immactabilis, ut ita loquar, victima, legalibus sacrificiis immixta est, illa, inquam, non exiguæ cujusdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, sed totius mundi nunquam intermoritura expiatio.* S. Maximus de Charitate, Cent. 1. cap. 71. Χριστὸς, τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ἐνδειξάμενος, ὑπὲρ ὅλης τῆς ἀνθρωπότητος ἔπαθε, καὶ πᾶσιν ἐξ ἴσου τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἐχαρίσατο. *Christus, sua nobis ostensa charitate, pro universo genere humano passus est, & omnibus ex æquo spem resurrectionis gratuitè largitus est.* Origenes, lib. 4. contra Celsum, pag. 179. Νυνὶ δὲ ὑπὲρ τῶν πανταχοῦ ἁμαρτωλῶν, ἵνα καταλίπωσι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πιστεύσωσι τῷ θεῷ ἑαυτοὺς, ἐπιδεδημηκέναι κεκήρυκται ὁ Ἰησοῦς. *Nunc pro omnibus, qui usquam sunt peccatoribus, ut relictis peccatis credant sese Deo, adveniisse prædicatur Jesus.* Cyrillus Alexandr. Catenâ in cap. 1. Joh. pag. 47. Ἀλλὰ τότε μὲν ἔσωζε μερικῶς, οὐκ εἰς ἅπαντας ἐκτείνων τὸν ἔλεον· τύπος γὰρ ἦν καὶ σκιά. Νῦν δὲ ὁ ἀληθινὸς ἀμνὸς ὑπὲρ πάντων ἄγεται πρὸς σφαγὴν, ἵνα τῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ἀνέλῃ, ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον, ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν, ἵνα γένηται δεύτερος Ἀδὰμ, οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀρχὴ γένηται τῇ ἀνθρώπου Φύσει παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ λύσις Φθορᾶς, καὶ πρόξενος αἰωνίου ζωῆς. Καταπιὼν γὰρ ὁ θάνατος τὴν ὑπὲρ πάντων ἀμνὸν, πάντας ἐξήμεσεν ἐν αὐτῷ τε καὶ σὺν αὐτῷ. *Verumtamen tum quidem, nempe sub veteri Testamento, ex parte salutem attulit, nec ad omnes misericordiam extendit: figura enim erat ac umbra: nunc verò verus Agnus pro omni-*

omnibus ducitur ad mactationem, ut mundi peccatum auferat, & mortem pro omnibus obeundo, mortem abroget, quò secundus Adam, non ex terra, sed è cœlo, omniumque bonorum principium humano generi, solutio item interitus, atque æternæ vitæ conciliator exsistat. Cùm enim occisum pro omnibus Agnum mors absorpserit, simul etiam in ipso & cum ipso universos evomuit. Idem, lib. 11. de Adoratione, pag 396. Γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, τῆς ἐξ Ἀδὰμ ἀποταξίας ἀφανίζων τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῇ εὐπειθείας τὴν εὐωδίαν ὡς ὑπὲρ ἁπάντων τε ἅμα καὶ ὑπὲρ ἑκάστου προσαγήοχε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ δι' αὐτοῦ σεσώσμεθα. *Factus est obediens usque ad mortem, nostræ ex Adamo contractæ defectionis abolendo culpam, obedientiæ gratum odorem tanquam pro omnibus simul & singulis Deo & Patri obtulit, & per eum servati sumus.*

β. *Alii pro solis electis & fidelibus Christum mortuum esse affirmant.* Theodoretus, ad v. 28. cap. 9. Epist. ad Hebræos, pag. 438. Ἐπισημήνασθαι δεῖ, ὅτι πολλῶν εἶπεν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, καὶ οὐ πάντων. οὐ γὰρ πάντες ἐπίστευσαν. Τῶν οὖν πεπιστευκότων μόνων τὰς ἁμαρτίας διέλυσε. *Notandum est, quòd dixit, eum* multorum *peccata sustulisse, non* omnium: *non enim omnes crediderunt. Eorum ergo tantùm, qui crediderunt, peccata sustulit.* Theophylactus ad eundem locum, ex Chrysostomi Homil. 17. in Epist. ad Hebræos, pag. 522. hæc habet: Τίνος ἕνεκεν εἶπε, πολλῶν, καὶ οὐ, πάντων; ἐπειδὰν μὴ πάντες ἐπίστευσαν. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος αὐτοῦ ἀντίρροπος ἦν τῆς πάντων ἀπωλείας, καὶ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. οὐ πάντων δὲ τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκε, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι αὐτούς. ὥστε ἄχρηστον ἑαυτοῖς τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐποίησαν, ὃ καὶ φρίκης ἄξιον. *Quare dicit,* multorum, *& non,* omnium? *Quoniam non omnes crediderunt. Mors enim ejus fuit æquivalens omnium interitui, ac, quantum in ipso est, pro omnibus mortuus est. Non omnium autem peccata sustulit, quia ipsi noluerunt. Proinde inutilem sibi Filii Dei mortem ipsi fecerunt; quæ res est sanè horrenda.* Idem ex Chrysostomo in cap. 2. ad Galatas, pag. 735. ad vs. 20. Τοσαύτην δεῖ χάριν ὁμολογεῖν τῷ χριστῷ ἕκαστον, ὅσην ἂν εἰ καὶ δι' αὐτὸν μόνον ἀπέθανεν· οἱ δὲ τῇ εὐεργεσίᾳ χρησάμενοι, οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντές εἰσι μόνοι. *Tantas oportet unumquemque gratias reddere Christo, quantas, si pro ipso solo mortuus esset, exhiberet. Hujus autem beneficii participes sunt illi soli, qui in ipsum crediderunt.* Clemens Alexandr. lib 7. Stromat. pag. 703. Πῶς δ' ἂν ἐξι σωτὴρ καὶ κύριος, εἰ μὴ πάντων σωτὴρ καὶ κύριος; ἀλλὰ τῶν μὲν πεπιστευκότων σωτὴρ, διὰ τὸ γνῶναι βεβουλῆσθαι· τῶν δὲ ἀπειθησάντων κύριος, ἐξ' ὧν ἐξομολογήσασθαι δυνηθέντες, οἰκείας καὶ καταλλήλου τῆς δι' αὐτῶν τύχωσαν εὐεργεσίας. *Quomodo autem est Salvator & Dominus, si non est omnium Salvator & Do-*

Dominus? ſed eſt quidem Salvator eorum, qui crediderunt, propterea quod ſcire voluerint: eorum autem, qui non crediderunt, eſt Dominus, ſi, cùm potuerint confiteri, propriam & eis convenientem acceperint beneficentiam. Eccleſia Smyrnenſis in confeſſione de Chriſto, Epiſtola de martyrio Polycarpi, lib. 4. Hiſt. Eccleſ. Eutebii, cap. 15. pag. 39. a. Οὔτε τὸν χριστὸν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. *Neque Chriſtum unquam deſerere poterimus, pro totius mundi ſervandorum ſalute paſſum; neque alium quempiam colere.* Ambroſius, t. 2. lib. 4. de Fide ad Gratianum, cap. 1. *ſi non credis, non deſcendit tibi Chriſtus, non tibi paſſus eſt.*

3. Ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου Hæc verba duobus accipi poſſunt modis.

a. Ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου poteſt reddi, *coram Pontio Pilato:* ut 1. Timoth. 6:13. Καὶ Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν. Beza vertit: *Qui teſtatam fecit coram Pontio Pilato bonam illam profeſſionem.* Ita Matth. 28: 14. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ ἡγεμόνος. *Quòd ſi hoc auditum fuerit apud Præſidem*, vel, *ſi hoc percrebuerit coram Præſide.* Actor. 25:9. Θέλεις κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ; *Vis judicari coram me?* Paulus, vſ. 10. reſpondet: Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι. *Coram tribunali Cæſaris ſto.* Eodem ſenſu Chriſtus ad diſcipulos ſuos, Marci 13: 9. Ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε. *Coram Præſidibus ac Regibus ſiſtemini.* Uſitata hæc ſignificatio apud Græcos.

b. Ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου poteſt reddi, *ſub Pontio Pilato*, ſub ejus imperio: erat enim à Romano Cæſare conſtitutus Præſes & judex Jeroſolymitanus. Ita Lucæ 3:2. Ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα. *Sub Pontificibus maximis Anna & Caiapha.* Marci 2: 26. Ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως. *Sub Abiathar Pontifice maximo.* Atque hæc ſignificatio, qua *tempus* denotatur, frequens eſt. Sic ἐπ' Ἀλεξάνδρου, *ſub Alexandro*, id eſt, tempore Alexandri. Vide Lexica. Atque hoc ſenſu in Symbolo hoc, ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, *ſub Pontio Pilato*, id eſt, eo tempore, quo Pilatus Præſes erat Judææ, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, *Pontio Pilato Præſide Judææ*, ut eſt Lucæ 3:1.

4 *Oppoſita.* Quanquam tota divinitus inſpirata Scriptura ubique doceat, Chriſtum verè paſſum eſſe, non tamen defuerunt hæretici, qui hanc veritatem præfractè negarunt. Ignatius, in Epiſt. ad Tarſenſes & Smyrnenſes, docet, *quoſdam dixiſſe, Chriſtum* δοκήσει *tantùm crucifixum eſſe.* Et in Epiſt. ad Trallianos, pag. 12. Τινὲς ἄθεοι ὄντες λέγουσι, τῷ δοκεῖν αὐτὸν τεθνηκέναι, πεπονθέναι οὐ τῷ ὄντι. *Quidam athei dicunt, ipſum opinione*

nione mortuum, non autem verè passum esse. Basilidis hæc fuit hæresis, qui primo vixit seculo; de quo Irenæus lib. 1. adv. Hæres. cap. 23. *Quapropter neque passum eum: & Simonem quendam Cyrenæum angariatum portasse crucem ejus pro eo; & hunc secundum ignorantiam & errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Jesus; & ipsum autem Jesum Simonis accepisse formam, & stantem irrisisse eos.* Augustinus cap. 4. de Hæresibus, de Basilidianis: *A Judæis non credunt Christum crucifixum, sed Simonem Cyrenensem, qui angariatus sustulit crucem ejus.* Decodem Basilide Tertullianus, de Præscript. adv. Hæreticos, cap. 46. *Simonem crucifixum esse: unde nec in eum credendum esse qui sit crucifixus, ne quis* (Christum) *passum à Judæis non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum credidisse.* Et Epiphanius, hæresi 24. pag. 36. Δραματουργεῖ δὲ ἡμῖν ἄλλην δραματουργίαν ὁ δεύτερος μιμολόγος, ἐν τῷ περὶ σταυροῦ λόγῳ χριστοῦ, ὀχλὶ Ἰησοῦν φάσκων πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον. *Comminiscitur autem nobis aliud commentum alter ille scurra circa crucem Christi, dicendo, non Jesum esse passum, sed Simonem Cyrenensem.* Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 4. pag. 195. Παθεῖν δὲ τοῦτον οὐδαμῶς λέγει, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον ὑπομεῖναι τὸ πάθος, νομισθέντα εἶναι χριστόν. *Hunc autem* (Christum) *minimè passum esse ait, sed Simonem Cyrenensem passionem sustinuisse, cùm Christus esse putaretur.*

II. *Sepultura Christi.* Circa sepulturam Christi duplex actus considerandus est.

1. *Prior* est, *curare corpus Christi sepulchro mandandum.* Apud omnes gentes, etiam à vera religione aversas, fuit aliqua corporum mortuorum cura. Romani lecto corpora, ubi animam exegerant, extrahebant, humi deponebant, lavabant, ungebant, lecto feretrali aptabant. Hæc dicebatur *compositio*, περιζολή. Judæis, Christianis, & aliis περιστέλλειν est vestimentis sepulchralibus cooperire. Hinc Hesychius περιστεῖλαι, vel, *obvolvere & cooperire vestimentis sepulchralibus.* Suidas: περιστέλλειν, περιτυλίσσειν, περιβάλλειν. *Circumtegere. Illeverò, cùm hujus corpus sericis peplis circumtexisset, & sepulchrum fabricasset, in eo deposuit, quæcunque à parentibus peccari solent.* Homerus, Odyss. ω, vs. 292.

Οὐδὲ ἑ μήτηρ
Κλαῦσε περιστείλασα. ——

Nec

Nec eum mater deflevit, obvolvens vestimentis sepulchralibus. Vetus ibi Scholiastes: Περιςείλασα, περικαλύψασα. Tobiæ 12:14. Ὅπως ἀπελθὼν περιςείλῃς τὸν νεκρόν. *Ut abeas, & mortuum cooperias.* Sirach. 38:16. itidem de mortuo, περίςειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ, *contege corpus illius.* Basilius Cæsar. in Psal. 49. pag. 289 de divite: Μόλις ἔνδυμα λήψεται ὁ πλούσιος καλύπτον αὐτοῦ τὰ ἀσχήμονα, καὶ τοῦτο ἐὰν δόξῃ τῶν οἰκετῶν τοῖς περιςέλλουσι. *Vix vestem accipiet dives, quæ pudenda ejus tegat: idque fiet, si servis placuerit, qui illum ad sepeliendum obtegunt & componunt.* Greg. Nyssenus, de Deitate Filii & Spiritus S. t. 3. pag. 474. introducit Saram, Abrahamum, filium immolare cupientem, hoc modo compellantem: Τίς ὀνομάσει μητέρα; τίς θεραπεύσει τὸ γῆρας; τίς περιςελεῖ μετὰ τὸν θάνατον; *Quis matrem nominabit? quis senectutem curabit? quis mortuam obvolvet ad sepulturam?* Eusebius, Hist. Eccles. lib. 7. cap. 16. pag. 75. b. refert, Astyrium, civem Romanum ordinis Senatorii, Marinum martyrem sepeliviſſe: Περιςείλας εὖ μάλα πλουσίως, τῇ προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσι. *Cùm eum splendidè magnisque sumtibus ad sepeliendum composuisset, eum convenienter & decenter sepultura affecit.* Hoc ibid. cap. 11. pag. 75. a. Περιςολὰς τῶν σωμάτων, *corporum ad sepulturam compositiones*, vocat Dionysius, in Epist. ad Hermammonem. Et lib. ejusd. cap. 22. pag. 77 a. idem Dionysius, τὰ σώματα τῶν ἁγίων περιςολαῖς κατακοσμεῖν, *corpora sanctorum operta seu obvoluta operimentis ornare.* Hesychius: Περιςολὴ, περιβολὴ, ἔνδυμα. *Amictus, indumentum.* Hoc ipsum aliâs est περιελίσσειν ὀθονίοις, apud Athanasium, in vita Antonii, t. 2. pag. 502. est ἐνταφίοις ἀμφιάζειν. Ἐντάφια enim, inter alia, sunt *vestimenta funebria, sepultoria lintea.* Apud Justinum Martyrem, quæst. 116. Orthod. Εἰ ἀνιςάμενος ὁ Δεσπότης ἀπὸ τῦ μνήματος, τὰ ἐντάφια ἐν τῷ τάφῳ κατέλιπε, πῶς μετὰ τὴν ἀνάςασιν ἢ γυμνὸν αὐτὸν ὀφθέντα, ἢ ἑτέρωθεν αὐτὸν ἐσθῆτα κομισάμενον ἡ γραφὴ οὐκ ἱςόρησε; *si resurgens è monumento Dominus, vestimenta funebria in sepulchro reliquit, quomodo post resurrectionem Scriptura illum vel nudum visum esse, vel aliunde vestem sumsisse, non memoravit?* Eadem, resp. ad quæst. 117. vocantur τὰ τοῦ ἐνταφιασμοῦ ἱμάτια, *sepulchralia vestimenta.* In sepultura Christi adhibebantur ὀθόνια, σινδὼν & συνδάριον. Σινδόνος meminerunt tres Evangelistæ, Matth. 27:59. Marcus, 15:46. & Lucas, 23:53. Veteres Glossæ: Σινδὼν, *tunica linea.* Etymolog. Φωσσώνιον, λινοῦν τι, ἤτοι σινδόνιον. Apud Suidam scribitur Φωσώνιον. Φωσσώνιον, inquit, λινοῦν τι, ἤτοι σινδόνιον. *Velum quoddam lineum*, hoc est, Sindonium, Sindon. Herodotus in Euterpe, pag. 76. de Ægyptiis: Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σιν-

σινδόνος βυσσίνης. *Ubi cadaver abluerunt, sindone byssina totum involvunt:* Johannes, cap. 19: 40. eodem sensu de corpore Christi, Καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις. Ὀθόνια, apud Hesychium, λινᾶ ἱμάτια. Sunt hæc ἐντάφια δεσμὰ quæ Grammaticis sunt κειρίαι, tanquam κυρίαι, ut MS. Anglicanum legere perhibetur Joh. 11:44. de Lazaro: Δεδεμένος τὲς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις. Atque ita etiam apud Hesychium: Κυρείας, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένας: quæ verba mendo non carent. Pricæus legendum censet, Κειρίας ἐντετυλιγμένοι, &, pro ἐπιθανάτια, ponendum, ἐπὶ τεθνηκότων. Κυρίαις scribendum, postulante id literarum serie, ἀπὸ τῆς κυρὸς, quasi dicas *mortuales fascias.* Salmasius legit: Κυρίαι, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα, quasi velit dicere, *quibus ii, qui fato functi sunt, involvuntur.* Hanc verò lectionem nemo facilè admiserit. Ego malim, Κυρίαις, ἐπιθανατίοις, sc. ὀθονίοις. *Involuti fasciis sepulchralibus.* Hæc si non placet lectio, Pricæi conjecturam sequaris. Κειρίαις, vel κυρίαις δεδεμένος est *feralibus amiculis adstrictus atque obditus*, ut loquitur Apuleius, lib. 10. *Linea sepulchrorum vincula* dixit Tertullianus. Nilus apud Photium, Orat. 1. in Pascha, Cod. 276. pag. 1529. de infante adhuc in utero latente: Τοῖς κρὸς τετραήμερος τὰ τοῦ θανάτου περικείμενος σύμβολα· καὶ τὸν Θάνατον ἀποδυσάμενος, τὴν τοῦ τάφου σολὴν οὐκ ἠλλάξατο· ἀλλ' ἐφίσατο ταῖς κηρείαις ὡς ἐκ τάφου τεχθεὶς, καὶ μετὰ τόκον φέρων τὰ σπάργανα. *Inde exsiliebat quatriduanus mortuus mortis signis circumdatus: & exuta morte, sepulchralem quæ ornatum non exuerat, sed erat in institis velut è sepulchro natus, etiam post partum ferens fascias.* Σουδαρίῳ in sepultura Christi meminit Johannes, Latina est. Suidas: Κεκρύφαλον, σαβανάθιον, σουδάριον. Sudarium est linteum parvum, quo sudorem vultus extergebant. Quintilianus: *Vatinius reus, agente in eum Calvo, sudario candido frontem detersit.* Suetonius de Nerone: *Plerumque prodiit in publicum ligato circa collum sudario.* Græci vocant ἡμιτύβιον & ναψιδρώτιον. Patet ex Polluce, qui lib. 7. cap. 16. sic scribit: Τὸ δὲ ἡμιτύβιον, ἔστι μὲν καὶ τοῦτο Αἰγύπτιον, εἴη δ' ἂν κατὰ τὸ ἐν τῇ μέσῃ Κωμῳδίᾳ ναψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται. Ἀριστοφάνει γὰρ ἐν Πλούτῳ τοιαύτῃ τις ἡ δόξα· Ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβὼν, τὰ βλέφαρα περιέψησε. Semitymbium verò *etiam Ægyptiacum est: fueritque, secundum mediæ Comœdiæ scriptores,* Talis enim *sententia Aristophani*

in

in Pluto esse videtur ; Deinde mundum prehendens semitymbium, palpebras deterſit. Τὰ βλέφαρα περιέψησεν, est, quod Quintilianus dixit, *frontem deterſit.* Ariſtophanis Scholiaſtes ad locum adductum, pag. 38. Ἡμιτύβιον, ἀντὶ τοῦ σουδάριον· ῥάκος ἡμιτριβὲς, λινοῦν τι, οἷον ἐκμαγεῖον. *Semitymbium, pro ſudarium. Pannus ex parte attritus, lineum quid, ut exterſorium.* Corrigendus Heſychius, apud quem καψιδρόκιον, pro καψιδρώτιον, εἶδος χιτωνίσκου. *Exterſorium, tuniculæ ſpecies.* Hinc jam facilè ſolvitur illud ἐναντιοφανὲς, quando Joſephus ad ſepeliendum Chriſtum tantùm dicitur attuliſſe ſindonem, cùm tamen etiam ὀθόνια & σουδάριον in ſepulchro fuiſſe narrentur. Auguſtinus de Conſenſu Evang. lib. 3. cap. 23. *Neque hic aliquid repugnet rectè intelligentibus. Neque enim illi, qui de Nicodemo tacuerunt, affirmaverunt à ſolo Joſeph Dominum ſepultum, quamvis ſolius commemorationem fecerint ; aut quia illi una ſindone à Joſeph involutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi & alia lintea potuiſſe afferri à Nicocodemo & ſuperaddi : ut verum narraret Johannes, quòd non uno linteo, ſed linteis, involutus ſit ; quamvis & propter ſudarium, quod capiti adhibebatur, & inſtitas, quibus totum corpus alligatam eſt, quia omnia de lino erant, etiamſi una ſindon ibi fuit, veriſſimè dici potuit,* ligaverunt eum linteis. Quid ſit περιςέλλειν σῶμα, & quid fuerit περιζολὴ, jam vidimus. Aliud longè eſt τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς δακτύλοις περιςέλλειν, quod ipſum quoque ad compoſitionem cadaveris ſepeliendi pertinet. Philoſtorgius, Hiſt. Eccleſ. lib. 9. cap. 6. pag. 124. narrat, Aëtium Conſtantinopoli obiiſſe, Eunomiumque extrema ei officia præſtitiſſe : Εὐνομίῳ τό, τε σῶμα συνελθόντος, (legendum συνελόντος) καὶ τὼς ὀφθαλμοὺς τοῖς δακτύλοις περιςείλαντος. *Eunomio os ei occludente, oculoſque obnubente,* vel *comprimente.* Eodem ſenſu dicitur ὀφθαλμοὺς ἀποκλείειν. Chryſoſtomus, Homil. 157. t. 5. pag. 953. Parentes, mortuorum liberorum χεῖρας ἀποτείνουσιν, ὀφθαλμοὺς ἀποκλείουσι, τὼς πόδας ἀποτείνουσι, τὴν κεφαλὴν διορθοῦσι, *manus extendunt, oculos claudunt, pedes extendunt, caput componunt.* Ὀφθαλμοὺς ἐπανορθοῦν. Nyſſenus de Macrina ſorore in vita ejus, t. 2. pag. 195. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἐπανορθούντων οἱ ὀφθαλμοὶ προσεδέοντο. *Neque enim oculi iis indigebant, qui eos componerent.* Καθαιρεῖν ὀφθαλμοὺς, quod uſitatiſſimum eſt. Chryſoſtomus, lib. 2. de Providentia, cap. 10. loquens de Jacobo, ob odium Eſaui exſule : Ὅτε δὲ ἔμελλε τελευτᾷν ἐκείνη, τί ἄρα ὐκ εἶπε ; τί δὲ ὐκ ἐφθέγξατο ; ἀ καὶ λίθον τῆξαι ἱκανὰ, ὐχ ὁρῶσα τὸν παῖδα παρεςῶτα καὶ δακρύοντα καὶ καθαιρῶντα ὀφθαλμοὺς, καὶ συλλαμβάνοντα σῶμα, καὶ περιςέλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιμελούμενον, ἅπερ αὐτοῦ τοῦ θανάτου πικρότερα τοῖς γεγεννηκόσιν εἶναι δοκεῖ. Hæc in-

interpres ἀνώνυμος ita reddidit : *Cùm verò illa*, (Rebecca) *moritura esset, quid non dixit? quid non locuta est? Etiam lapides ea ipsius verba liquefacere potuisse puto: cùm non videret propè assantem filium, atque illacrymantem, oculosque sibi excæcantem, atque mœrore suffusa ora contrahentem, atque alia omnia agentem, quæ parentibus morte ipsa videntur gravioria.* Sapientis impenlè, καθαιρεῖν ὀφθαλμοὺς, putavit significare, *oculos sibi excæcare, eripere*, vel *pessundare*: Chrysostomus enim ad illum respicit morem, quo propinqui solebant mortuorum *oculos comprimere*, & os *contrahere*, seu *componere*. Verba igitur ejus ita vertenda; *oculos comprimentem*, &c. Eadem locutio apud eundem legitur Epist. 4. ad Olympiadem, ubi de Jobo, liberis suis simul tristi casu privato, ita scribit: Οὐδὲ ἴδεν ἐν κλίνῃ κειμένους, οὐδὲ Φίλησε χεῖρας, οὐδὲ ἐσχάτων ἤκουσε ῥημάτων, οὐδὲ ποδῶν ἥψατο καὶ γονάτων, οὐ ςόμα συνεῖλεν, οὐδὲ καθεῖλεν ὀφθαλμοὺς μελλόντων αὐτῶν τελευτᾶν. *Neque enim jacentes in lecto vidit, nec manus exosculatus est, nec pedes & genua tetigit, nec os contraxit, nec oculos moribundorum compressit.* Idem, Homil. 29. ad populum Antiochenum, conjungit, ὀφθαλμοὺς καθελεῖν, ςόμα συνελεῖν καὶ συνέχειν, *oculos comprimere, os contrahere & comprimere.* Alibi etiam frequenter hujus ritus meminit. Vide Homil. ejus de Paralytico, quæ est 62 t. 5. edit. Paris. pag. 940. & Homil. 1. in 2. ad Corinthios, pag. 547. Ejusdem ritus apud Gentiles etiam expressa reperias vestigia. Homerus, Il. λ', vs. 452.

Ἆ δειλ', οὐ μὲν σοίγε Πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ. ——

Ah miser, non quidem tibi pater & honoranda mater
Oculos comprimet mortuo! ——

Ad quæ vetus Scholiastes: Ὄσσε καθαιρήσουσι· τὰς ὀφθαλμοὺς κατακαλύψουσιν. *Oculos comprimet: oculos obnubent, obtegent.* Idem, Odyss. λ', vs. 425.

Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἐλέειν, σύν τε ςόμ' ἐρεῖσαι.

Manibus oculos comprimere, atque os componere.

Ubi iterum Scholiastes: Ἐλέειν· καθελεῖν, συγκλεῖσαι. Ἐρεῖσαι· ἁρμόσαι, ἢ ἐπικλεῖσαι. *Comprimere: claudere. Componere, vel claudere.* Euripides in Hecuba:

Καὶ

Καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν.

Et mortuæ tibi comprimet oculum.

Virgilius Æneid. 9.

—— *Nec te tua funera mater*
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi.

Ovidius in Epist. Penelopes:

Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Lilius Gyraldus, lib. de vario sepeliendi ritu, & Joh. Ursinus, Analect. Sacr. lib. 1. cap. 27. citant locum ex Plinii lib. 11. cap. 37. *Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, ut neque ab homine eos supremum spectari fas sit, & cœlo non ostendi nefas.* Vide Ursinum. Apud Judæos eundem ritum solennem fuisse, patet ex Genes. 46: 4. ubi Lyranus: *Mos erat antiquorum, quo persona perdilecta claudebat oculos defuncti.* Id ipsum à Judæis hodierno adhuc die diligenter observari testatur Cl. Buxtorfius, Synag. Jud. cap. 49. Ægyptii demortuorum corpora condiebant intrinsecus corpore exenterato, cerebro per nares extracto: deinde odoribus farciebant. Hoc Græci dicunt ταριχεύειν, & ταρίχευσιν ejusmodi *condituram*, ut auctor est Herodotus in Euterpe, Sect. lib. 2. pag. 76. eos, qui corporibus condiendis vacant, ταριχευτὰς appellant. Latini dicunt *pollingere*, *pollinctura*, *pollinctor*. Vetus Glossarium: Ταριχεύω νεκρόν. *Pollingo*. Vide Lexica. Græci etiam dicunt ταρχύειν. Hesychius: Ταρχύειν, θάπτειν, ἐνταφιάζειν. *Sepelire*, *ad sepulturam componere*. Idem: Ταρχύσαι, θάψαι, ἐνταφιάσαι. Vide Homerum Il. η', vs. 85. & Il. τ', vs. 674. Judæi verò corpora defunctorum lavabant, ungebant preciosis unguentis, & fasciis involvebant tota, excepto capite, quod sudario involvebatur; ut vidimus. Hoc erat ἐνταφιάζειν, quod verbum bis in N. Test. legitur, nempe Matth. 26: 12. de muliere in domo Simonis leprosi unguentum in Christi caput effundente: Πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν. Et Joh. 19: 40. Καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Utrobique vetus Interpres vertit *sepelire*. Beza & Piscator *funerare*. Rectiùs omnino. Optimè Glossæ: Ἐνταφιάζω. *Funero*. Casaubonus: Ego, inquit, distinguen-

stinguendum arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, itemque inter ἐνταφιασμὸν & ταφήν. Θάπτειν enim *sepelire* significat: at ἐνταφιάζειν est *corpus ad funus componere*, & ornamentis, ut sic dicam, sepulchralibus ornare: quæ Græcis ἐντάφια vocantur. Ergo quòd funditur unguentum in Christi caput, Matth 26: 12. id pertinet ad τὸν ἐνταφιασμὸν, non ad τὴν ταφήν. Hactenus ille. Ἐνταφιάζειν ergo est, *ad sepulturam parare*, & præcedit, utpote prius ordine, & τὸ θάπτειν sequitur, ut posterius. Patet hoc etiam ex Genes. 50: 2. ubi Hebræum טמן, quod significat *aromatibus condire* corpora mortuorum, ut incorrupta maneant; à LXX. Interpp. per ἐνταφιάσαι exponitur, ut sit *condire aromatibus*, vel *aromata admovendo mortuum curare*, non *sepelire*, quemadmodum versionis Græcæ interpres satis hîc imperitè reddit: Josephum enim non fuisse in Ægypto sepultum, satis notum est. Huc facit, quòd iterum Glossæ habent: *Pollinctor*, ἐνταφιαστής. Et, *Pollingo*, περιχέλλω νεκρόν, σιροτλοκῶ, ἐνταφιάζω, ταριχεύω Hîc σιροπλοκῶ, pro σειροπλοκῶ. Ubique enim in illis Glossis σιρὰ, pro σειρὰ. Et σιροπλόκοι sunt *pollinctores*. Ita in iisdem χιριάτης, pro χειριάτης, à χειρία. Gregorius, μύροις ἐνταφιάζειν dixit, *unguentis delibutum ad sepulturam parare*, non *sepelire*; quod posterius tamen Stephanus in Thesauro vult. Mulieres namque Marci 16: 1. non veniebant *ad sepeliendum* Christum, sed *ad eum ungendum*, & *ad aromata extrinsecus applicanda*. Hinc μυροφόροι & ἀρωματοφόροι dictæ, item ἀλαβαστροφόροι, μυροκομίστριαι. Homil. 115. t. 5. apud Chrysostomum scripta est εἰς τὰς μυροφόρους γυναῖκας, *in mulieres unguenta ferentes*. Theophanes, Homil. 3. pag. 15. Τὸ πρὸς τὴν μυροφόρον ῥηθέν· Οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου, τὴν σωματικὴν ἐδήλου ἀνάβασιν. *Dictum illud ad unguentiferam*, Nondum enim ascendi ad Patrem meum, *corporalem designabat ascensionem*. Et Homil. 31. pag. 232. Αἱ μυροφόροι εὐαγγελίστριαι καὶ κήρυκες τῆς ἐγέρσεως. *Unguentiferæ, nunciæ & præcones resurrectionis*. Idem, Homil. 29. p. 220. Τότε ἡ ἀρωματοφόρος τριττὺς τῶν ἱερῶν γυναικῶν τὸ ζωηφόρον μνῆμα κατέλαβε. *Tunc sanctarum mulierum aromata ferentium Trias ad salutare monumentum accessit*. Homil. 30. pag. 225. Ἡ ἀρωματοφόρος Μαγδαληνή. *Aromata ferens Magdalena*. Homil. 31. pag. 230. vocantur ἀρωματοφοροῦντα γύναια. *Mulieres aromata ferentes*. Iterum, Homil. 30. pag. 227. ἀλαβαστροφόροι γυναῖκες, *mulieres aromata ferentes*: & Homil. 32. pag. 234. ἀλαβαστροφόροι μαθήτριαι, *discipulæ alabastriferæ*. Homil. 31. pag. 230. Αὗται δέ εἰσιν αἱ περὶ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν μυροκομίστριαι. *Hæ verò sunt Magdalena ejusque comites unguenta portantes*. Apud Ægyptios, ut jam vidimus, usitata erat

rat ταρίχευσις, apud Judæos verò ἐνταφιασμός. Hinc in Scripturis de conditura Hebræorum non usurpatur ταριχεύειν, sed ἐνταφιάζειν, aut etiam ἀλείφειν, ut Marci 16: 1. Vide Dionysium Areopagitam cap. 7. de Eccles. Hierarchia, pag. 359. Chrysostomus, Homil. 116 t. 6. inter alios ritus, circa mortuorum sepulturam observari solitos, dicit, μύρον καὶ ἔλαιον ἐπιχέομεν, *unguentum & oleum affundimus.* Illustris imprimis locus de significatione verbi ἐνταφιάζειν apud Basilium Cæsar. sub finem Homiliæ in Ditescentes, t. 1. pag. 406. ubi divitem ita compellat: Τί μνήματος ἐπισήμου, καὶ ταφῆς πολυτελοῦς, καὶ δαπάνης ἀνερδοῦς ὄφελος; δέον εἰς τὰ κατὰ τὸν βίον ἀναγκαῖα χρήσασθαι τοῖς περιοῦσι. Τοιαῦτα ἐροῦσι καὶ σὲ τῆς βαρύτητος ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖς διαδεξαμένοις τὰ σὰ χαριζόμενοι· προλαβὼν οὖν, σεαυτὸν ἐνταφίασον· καλὸν ἐντάφιον ἡ εὐσέβεια. Interpres: *Monumento quid opus sumtuoso, aut quæ utilitas inanis sumtus? Oportet illa ad vitæ usum superstitibus dare: talia dicent; teque morositatis condemnabunt, successoribus tuis gratificabuntur. Itaque ista præveniens te ipsum sepelito. Bonum sepulchrum est pietas.* Minùs accuratè, σεαυτὸν ἐνταφίασον, *te ipsum sepelito*, & ἐντάφιον, *sepulchrum.* ἐνταφίασον est, *ad sepulturam parato*: & ἐντάφιον, sunt *exsequiæ*, *inferiæ.* Eodem sensu Gregorius Nazianzenus Orat. 22. quæ est in Maccabæorum laudem, pag 400. de Matre: Πάντων δὲ ἑαυτὴν ὑπεράνω θεῖσα, καὶ τῷ φίλτρῳ τὸν θυμὸν μίξασα, καλὸν ἐντάφιον δίδωσι τοῖς παισὶν ἑαυτὴν, ἐπανελθοῦσα τοῖς προαπελθοῦσιν. *Ipsa verò supra omnia se collocans, impetumque animi cum amore commiscens, veluti pulchras exsequias*, vel *munus funebre*, *se ipsam liberis obtulit, ac prægressos secuta est.*

2. *Posterior actus* est, *corpus tumulo inferre.* Hîc quoque notandus est varius diversusque sepeliendi modus apud Judæos aliasque nationes. Romani enim urnas, in quibus reconditi erant cineres ex ustrina collecti, tumulis inferebant: Græci verò condendis corporibus arcas & loculos, ad modulum corporis, adhibebant. Has arcas monumentis condebant. Fiebant autem potissimùm ex lapide, præsertim Assio, sive Asio, qui dictus est σαρκοφάγος, *carnivorus*, quia natura ejus erat, corpora citò consumere: Plinius ait *intra quadragesimum diem.* Lib. 36. cap. 17. Inde omnes arcæ emortuales absolutè dicebantur σαρκοφάγοι & *sandapilæ*, νεκροφορεῖα, *capuli*, unde *capularis senex*, sepulchro jam includendus, quem Græci dicunt τυμβογέροντα. De lapide Assio Dioscorides: Ὅτι ἐξ αὐτοῦ σωροὶ σαρκοφάγοι γίνονται. *Ex eo loculi defunctorum corpora exedentes fiunt.* Et Celsus, lib. 4. cap. 24. *Lapis etiam, qui carnem exedit, quem* σαρκοφάγον *Græci vocant.* Veteres Glossæ: *Sandapila*, νεκροφορεῖον. Usus Juvenalis, Sat. 8.

In-

Inter carnifices & fabros Sandapilarum.

Hinc *Sandapilones*, & *Sandapilarii*, iidem ac vespillones. Glossæ Phil. *Sandapelo*, νεκροθάπτης. Hesychius: Τυμβογέρων, *ἐσχατόγηρως*, *decrepitus*. Laërtius: Θάπτουσι δὲ Αἰγύπτιοι μὲν ταριχεύοντες, Ῥωμαῖοι δὲ καίοντες. *Sepeliunt verò Ægyptii quidem condientes, Romani verò comburentes.* Lucianus περὶ πένθους: Ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν· ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν· ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει· ὁ δὲ Σκύθης κατεσθίει· ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. *Græcus quidem combussit: Persa verò sepelivit: Indus verò vitro oblinit seu obducit: Scytha verò devorat: condit verò Ægyptius.* Herodotus, lib. 3. pag. 106. refert, *Persas & Ægyptios nefas esse putare* κατακαῦσαι τοὺς νεκροὺς, *mortuos comburere.* De Ægyptiis addit: Ταριχεύουσιν, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ εὐλέων καταβρωθῇ. *Condiunt* cadavera, *ne humatus à vermibus devoretur.* Eadem legas apud Stobæum, Serm. 122. Cyrus apud Xenophontem, de Pædia Cyri, lib. 8. & ex eo Stobæus, Sermone eodem: Τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε, μήτε ἐν ἀργύρῳ, μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενὶ, ἀλλ' ὡς τάχιστα τῇ γῇ ἀπόδοτε. *Meum verò corpus, ô mihi charissimi filii ubi moriar, neque in auro condite, neque in argento, neque in alia re prorsus ulla: sed illud quàm primùm terræ reddite.* At apud Judæos corpora defunctorum non condita in arcis, sed pollincta & involuta linteis seu tæniis in monumentis jacuerunt: arcæ enim vel sarcophagi in historia Lazari vel Christi nulla mentio. Romanorum monumenta fuerunt ὑπέργεια, id est, supra terram exstructa, cùm à cineribus combusti corporis nullus fœtor, qui aërem inficeret, metueretur: at Græcorum fuere ὑπόγεια, & subterraneæ cryptæ. Tenuioris fortunæ homines in scrobibus condebantur: at ditiores habuere monumenta sibi constructa, quæ ideò *cryptas* vocarunt: quia fuere specus defossi, & subterranei fornices, lapide structi & camerati, qui lapide ori monumenti advoluto claudebantur. Ejusdem formæ Judæorum fuerunt sepulchra: & tale etiam fuit Christi sepulchrum. De eo enim Matth. 27: 60. μνημεῖον ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ. Marci 15: 46. μνημεῖον ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας. Lucæ 23: 53. μνημεῖον λαξευτόν. Nonnus Joh. 19: 41.

——— ——— Ἦεν δ' ἐν γείτονι κήπῳ
Τύμβος ἀδωμήτοιο βαθυνομένης ἀπὸ πέτρης,
Γλυπτὸς ὅλος νεότευκτος. ———

Erat autem in vicino horto Sepulchrum rudi cavato è ſaxo, ſculptum totum, noviter exſtructum. Λατομέω ſignificat *lapides incido, lapidem ſcindo & expolio.* Λαξεύω, quaſi λᾶν ξεύω, ſeu λᾶς ξέω, *lapides polio:* vel, *lapides incido:* aliquando ſimpliciter *incido.* Hinc λελαξευμένος λίθος, *lapis inciſus, lapis operi aptatus, lapis quadratus.* Λαξευτὸς idem quod λελατομημένος, *ex lapide exciſus.* Proinde μνημεῖον λελατομημένον, vel λαξευτὸν eſt *ſepulchrum è petra exciſum*, non, ex lapidibus collectis exſtructum: id quod obſervat Origenes, lib. 2. adv. Celſum, pag. 103. Ὥσπερ ἡ γένεσις αὐτοῦ καθαρωτέρα πάσης γενέσεως ἦν, τῷ μὴ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ' ἀπὸ παρθένου γεννηθῆναι· οὕτω καὶ ἡ ταφὴ ἔχει τὴν καθαρότητα, διὰ τὸ συμβολικοῦ δηλουμένην ἐν τῷ ἀποτεθεῖσθαι αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν μνημείῳ καινῷ ὑφεστῶτι, οὐκ ἐκ λογάδων λίθων οἰκοδομηθέντι, καὶ τὴν ἕνωσιν οὐ φυσικὴν ἔχοντι, ἀλλ' ἐν μιᾷ καὶ δι' ὅλων ἡνωμένῃ πέτρᾳ λατομητῇ καὶ λαξευτῇ. *Quemadmodum ejus* (Chriſti) *nativitas omni nativitate fuerat purior, eò quod è Virgine, non è coitu, fuit natus: ita ſepultura quoque inſignem puritatem habet, depoſito corpore in monumentum novum, non è collectitiis lapidibus arte conſtructum, ſed è vivo ſaxo exciſum.* Idem obſervat Hieronymus in cap. 27. Matth. *In monumento novo, quod exciſum fuerat è petra, conditus eſt: ne, ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur.* Hanc ſuam interpretationem Prophetæ teſtimonio roborat, dicens: *Quòd autem in ſepulchro ponendus eſſet, Prophetæ teſtimonium eſt, dicentis,* Hic habitabit in exciſa ſpelunca Petræ fortiſſimæ: *ſtatimque poſt duos verſiculos ſequitur,* Regem cum gloria videbitis. Ambroſius cap. 33. in Matthæum: *Domini corpus tanquam per Apoſtolorum doctrinam infertur in vacuam & in novam requiem lapidis exciſi; ſcilicet in pectus duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere exciſum Chriſtus inſertur, rude ſcilicet ac novum, & nullo antea ingreſſu timoris Dei pervium.* Sepultus autem fuit Dominus extra urbem: juxta Judæos enim, ut tradit Cl. Buxtorfius Synag. Jud. cap. 49. *Sepulchreta ab urbe abeſſe debent ad quinquaginta cubitos; ne ſubinde ea homines in conſpectu habeant, & moerore ac triſtitia afficiantur.* Exempla in Hiſtoria Evangelica ſunt obvia. Id ipſum etiam Chriſtiani ſunt imitati in Eccleſia primitiva. Chryſoſtomus in Pſal. 5. Τὰ νεκρὰ σώματα ἔξω τῆς πόλεως καταθάπτομεν. *Corpora mortua extra urbem ſepelimus.* Macarius, Homil. 30. dicit ἐκκομίζειν ἔξω τῆς πόλεως τὸν νεκρὸν, *efferre mortuum extra urbem.* Iterum Chryſoſtomus, Homil. 89. t. 6. Πᾶσα πόλις, πᾶσα κώμη πρὸ τῶν εἰσόδων τάφους ἔχει. *Omnis urbs, omnis pagus ante introitum ſepulchra habet.* Rationem ſubjicit: Ἐπείγεταί τις εἰσελθεῖν εἰς πόλιν βασιλεύσασαν, καὶ κομῶσαν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ, καὶ τοῖς

τοῖς ἄλλοις ἀξιώμασι· καὶ πρὶν ἴδῃ ὃ φαντάζεται, βλέπει πρῶτον ὁ γίνεται, τάφοι πρὸ τῶν πυλῶν, τάφοι πρὸ τῶν ἀγρῶν· πανταχοῦ τὸ διδασκάλιον τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πρόκειται, καὶ παιδευόμεθα πρῶτον εἰς τί καταλήγομεν, καὶ τότε ἄρχειν τὰ ἔσω φαντάσματα. *Festinat quis ingredi in urbem regiam, & divitias superbiciem atque potentia, aliisque prærogativis: & antequam videat, quod mentis ejus occurrit, videt prius qualis ipse sit futurus: sepulchra ante portas, sepulchra ante villas: ubique humilitatis schola nobis proponitur, atque docemur, in quid resolvamur, deinde etiam, quid animo nobis finxerimus.* Hinc de funeris elatione usurpantur verba Ἐκκομιδή, ἐκκομίζω, ἐκφορὰ & ἐκφέρω. Vide Lucæ 7:12. Act. 5:6, 9, 10. Hesychius: Ἐκκομιδή, ἐκφορά. *Elatio funeris.* Veteres Glossæ: Ἐκκομιδὴ νεκροῦ. *Funus, exsequiæ.* Greg. Nazianzenus Orat. 2. in Julianum, ἐκκομιδὴ τοῦ σώματος. *Elatio funeris.* Macarius, Homil. 15. pag. 184. Πλούσιος ἀνὴρ, ἐὰν ἀποθάνῃ, μετὰ μελῳδιῶν καὶ θρήνου καὶ κοπετοῦ ἐκκομίζεται τοῦ βίου ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, καὶ τρὸς συγγενῶν καὶ φίλων καὶ γνωρίμων. *Si vir dives moritur, cum cantu & lamentatione atque luctu effertur à fratribus suis, à consanguineis, amicis & familiaribus.* Epiphanius de mensuris & ponderibus, de Valentiniano juniore loquens, pag. 540. Αὐτῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς ἐξεκομίσθη. *Ipso verò Pentecostes die elatus fuit.* Athanasius Orat. de cæco à nativitate, t. 2. pag. 688. de Christo interrogat: Οὐχ οὗτος τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἐκκομιζόμενον νεκρὸν, λόγῳ ἀνέστησε. *Nonne ille filium viduæ, mortuum elatum, verbo à mortuis suscitavit?* Ita etiam Latini. Virgilius:

——— *Tunc corpora luce carentum*
Exportant tectis. ——— ———

Plautus:

——— *Vidi efferri mortuum.*

Cicero ad Atticum, lib. 15. *Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem efferebat.* Et lib. 2. de Legibus: *Efferri ante lucem funera jussit Demetrius.* Veteres Glossæ: Ἐκφορὰ, τὸ πένθος. *Funus.* Suidas: Ἐκφορὰν, ταφὴν, ἐκ τοῦ ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι. *Funeris elationem, sepulturam, quia ad sepulchrum effertur* sc. mortuus. Portus vult legendum esse: Ἐκφορὰν, ταφήν. Ἐκφέρεσθαι, ἐκ τοῦ οἴκου ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι. *Elationem funeris, sepulturam. Efferri, ex ædibus ad monumentum efferri.* Commodè tamen satis verba Suidæ possunt retineri: sensus enim est, ἐκφορὰν dici ταφὴν, quia per ἐκφορὰν mortuus ad monumentum effertur. Chrysostomus, Homil.

Digitized by Google

Homil. 61. t. 5 de mortuo: Γεγηραικὼς ἦν; καὶ διὰ τοῦτο εὐχαρίστητον, καὶ τὸν λαβόντα δεξιὸν πάλιν, αἰσχύνθητι τὸ σχῆμα τῆς ἐκφορᾶς. *Senio erat confectus? Vel hanc ipsam etiam ob causam gratius age, & eum recipientem glorifica, reverere modum elationis.* Eusebius, Hist. Eccles. lib. 9 cap. 8. pag. 103. de Peste loquens: *Totas absumebat generationes*, ὡς ὁρᾶν ἤδη δυεῖν καὶ τριῶν σώματα νεκρῶν, ὑπὸ μίαν ἐκφορὰν νομιζόμενα, *adeò ut simul duo & tria mortuorum corpora efferri fuerint visa.* De aliis circa mortuorum sepulturam ritibus alibi dicendi locus erit. Consulatur interim Dionysius Areopagita, Eccles. Hierarch. cap. 7. pag. 350, 351. Est autem sepultura Christi; ut illud quoque addamus; infimus humiliationis illius gradus, quo devenit in potestatem sepulchri,

a. Ut constaret, eum non κατὰ δόκησιν, sed ὄντως mortuum esse.

b. Ut sepulchra nostra sanctificaret, eáque κοιμητήρια potiùs, quàm sepulchra efficeret. Athenæus, lib. 4 cap. 51. ex Dosiadis lib. 4. τῶν Κρητικῶν refert, apud Cretenses in singulis civitatibus ædes quasdam fuisse publicas, in quibus peregrini dormiverint, unde etiam κοιμητήρια dicta fuerint. Εἰσὶ δὲ παντα χοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο, ὧν τὸν μὲν καλοῦσιν ἀνδρεῖον, τὸν δὲ ἄλλον, ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι, κοιμητήριον προσαγορεύουσι. *Sunt autem per totam Cretam binæ domus, quarum aliam quidem appellant* ἀνδρεῖον, virilem, *aliam verò, in qua hospites dormire faciunt,* κοιμητήριον *appellant.* Hinc Christiani, quia mortuorum resurrectionem credunt, & *mortem* ὕπνον potiùs & κοίμησιν, quàm θάνατον, appellandam esse volunt; *sepulchra* vocant κοιμητήρια, quasi *dormitoria*, seu loca ad quietem & somnum comparata. Chrysostomus, Homil. 81. t 5. pag. 563 Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ τόπος κοιμητήριον ὠνόμασται, ἵνα μάθῃς, ὅτι οἱ τετελευτηκότες καὶ ἐνταῦθα κείμενοι, οὐ τεθνήκασιν, ἀλλὰ κοιμῶνται καὶ καθεύδουσι *Propterea ipse etiam locus* cœmeterium *appellatur, ut discas, mortuos & hic repositos non esse mortuos, sed dormire.* Ita κοίμησις, quod *dormitionem* significat, *de morte* usurpatur. Chrysostomus: Μεθ' ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας ὑποφέρειν τῶν τέκνων τὴν κοίμησιν. *Patienter & cum gratiarum actione liberorum mortem ferre.* Idem, Homil. 29. in Genesin: Οὔτε ὁ θάνατος, θάνατός ἐστι λοιπὸν, ἀλλὰ ὄνομα μόνον ἔχει θανάτου· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἀφῄρεθη οὐκέτι γὰρ οὐδὲ θάνατον αὐτὸν προσαγορεύομεν, ἀλλὰ κοίμησιν καὶ ὕπνον. *Neque mors amplius mors est, sed nomen tantùm mortis habet: imò verò ipsum etiam nomen sublatum est: neque enim amplius mortem appellamus, sed dormitionem & somnum. Festum dormitionis* B. Virginis vocatur ἑορτὴ τῆς κοιμήσεως. Concil. Florentinum sect. 11. cap. 1. pag. 313. Ἐν κυριακῇ τῆς πρώτης ἑορτῆς τῆς κοιμήσεως. *Die*

Die Dominico, quo prima ſolemnitas in Dormitionem B. Virginis cœpit celebrari. Eſt decimus quintus Auguſti, quo tam Romana, quàm Orientalis Eccleſia hoc feſtum celebrat. Latini ſæpiùs *Aſſumtionem* vocant, Græci κοίμησιν, quòd eodem die mortuam & aſſumtam in cœlos B. Virginem crederent, vel ſaltem utramque ad eundem diem referrent. Vide apud Hoſpinianum de Orig. feſtorum Chriſtianorum, *de Feſto Aſſumtionis B. Virginis.* Κοιμάομαι etiam in Scriptura ſacra frequenter *de morte* uſurpatur, ut doctè obſervat Clariſſimus & amiciſſimus D. Vorſtius, Philolog. ſacr. part. 1. cap. 6. ut & καθεύδω. Vide Marci 5: 39. Lucæ 8:52. eſt ὕπνος. Unicum afferimus Chryſoſtomi locum ex Homil. 81. t. 5. qui maximè huc facit: πρὸ τῆς παρουσίας χριστοῦ ὁ θάνατος θάνατος ἐκαλεῖτο· οὐχὶ θάνατος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ᾅδης· ἐπειδὰν δὲ ἦλθεν ὁ χριστὸς, καὶ ὑπὲρ ζωῆς τοῦ κόσμου ἀπέθανεν, οὐκέτι θάνατος καλεῖται λοιπὸν ὁ θάνατος, ἀλλὰ ὕπνος καὶ κοίμησις. *Ante Chriſti adventum mors vocabatur mors: nec mors tantùm, ſed etiam inferi: poſtquam verò Chriſtus venit, & pro mundi vita mortuus eſt, mors non ampliùs vocatur mors, ſed ſomnus & dormitio.* Quæ tamen non ita ſunt accipienda, quaſi ſub V. Teſt. mors cum ſomno nunquam comparetur: de morte enim uſurpatur κοιμάομαι Geneſ. 47: 30. 1 Paralip. 17: 11. Καθεύδω, Daniel. 12: 2.

c. Ut veteris hominis mortificatio; quæ eſt effectus Spiritûs Chriſti, nativam corruptionem paulatim perimentis, ne morti fructificet, ad Rom. 6: 2. & ad Coloſſ. 3: 3. emanat à morte Chriſti: ſic ejuſdem veteris hominis ſepultura à ſepultura Chriſti proficiſcitur. Sicut enim vi mortis Chriſti debilitatur & enervatur peccati corruptio: ſic virtute ſepulturæ illius continuatur veteris hominis, ſenſim & paulatim intereuntis, abolitio; donec penitus in nihilum redigatur. Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium: *Quicquid geſtum eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione tertio die, in aſcenſione in cœlum, & in ſede ad dextram Patris, ita geſtum eſt, ut his rebus, non myſticè tantùm dictis, ſed etiam geſtis, configuraretur vita Chriſtiana, quæ hic geritur. Nam propter ejus crucem dictum eſt,* Qui autem Jeſu Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis; *propter ſepulturam,* Conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem; *propter reſurrectionem,* Ut, quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus; *propter aſcenſionem in cœlum, ſedémque ad dextram Patris,* Si autem reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt ad dextram Dei ſedens. Gemina his leguntur

apud Origenem, lib. 2. adv. Celſum, pag. 102. Τὰ συμβεβηκέναι ἀναγεγραμμένα τῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἐν ψιλῇ τῇ λέξει καὶ τῇ ἱστορίᾳ τὴν πᾶσαν ἔχει θεωρίαν τῆς ἀληθείας· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν καὶ σύμβολόν τινος αὐτῶν εἶναι παρὰ τοῖς συνετώτερον ἐντυγχάνουσι τῇ γραφῇ ἀποδείκνυται. Ὥσπερ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν ἔχει τὴν δηλουμένην ἀλήθειαν ἐν τῷ, χριστῷ συνεσταύρωμαι· καὶ τῷ σημαινομένῳ ἐν τῷ, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ ἀναγκαῖος, διὰ τὸ, ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· καὶ διὰ τὸ τὸν δίκαιον λέγειν, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. Καὶ τὸ, Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· οὕτω καὶ ἡ ταφὴ αὐτοῦ φθάνει ἐπὶ τοὺς συμμόρφους τῷ θανάτου αὐτοῦ, καὶ τοὺς συσταυρωθέντας αὐτῷ καὶ συναποθανόντας, καθὸ καὶ τῷ Παύλῳ λέλεκται τὸ, Συνετάφημεν γὰρ αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ συνανέσημεν αὐτῷ. *Veritas Scripturæ tradentis nobis geſta Jeſu non conſiſtit in nudis verbis hiſtoriæ: nam, in unoquoque verbo ſignificatur latens aliquid, quod prudentior lector intelligit: ſicut hoc ipſum de cruci affixo verum intellectum habet in illo dicto*, Cum Chriſto crucifixus ſum; *& in illo*, Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Mors quoque ejus neceſſaria propter illud*, Quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: *& quia juſtus dicit, conformem ſe fieri morti ejus, & propter illud dictum*, Si enim cum eo morimur, vivemus etiam cum eo. *Sic etiam ſepultura ejus pervenit ad conformes mortis ejus, & ad ſimul cum eo crucifixos atque mortuos, ſicut & Paulus ſcribit*, Conſepulti enim ſumus cum eo per baptiſmum, & ſimul reſurreximus cum eo. De iis, qui cum Chriſto moriuntur & ſepeliuntur Baſilius Cæſar. ad v. 22. Pſal. 33. Ἔστι τις ἐπὶ τῶν δικαίων θάνατος, ὃ πονηρὸς τὴν φύσιν, ἀλλ' ἀγαθός· οἱ γὰρ ἀποθανόντες τῷ χριστῷ, ἐν ἀγαθῷ θανάτῳ γεγόνασι, καὶ οἱ ἀποθανόντες τῇ ἁμαρτίᾳ, τὸν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον ἀπετεθνήκασι θάνατον. *Eſt quædam juſtorum mors, non mala naturâ, ſed bona: qui enim Chriſto mortui ſunt, in bona morte conſtituti ſunt: & qui peccato mortui ſunt, bona & ſalutari morte mortui ſunt.* Chryſoſtomus, homil. 10. in epiſt. ad Romanos, ad Rom. 6: 3, 4. Εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ ἀποθανεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνος· σταυρὸς γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα. Ὅπερ οὖν ὁ σταυρὸς τῷ χριστῷ καὶ ὁ τάφος, τοῦτο ἡμῖν τὸ βάπτισμα γέγονεν. *In mortem ejus baptizati ſumus, ut & nos moriamur ſicut ille: baptiſma enim eſt crux. Quod igitur crux Chriſto & ſepulchrum, id nobis baptiſma factum.* Sed plura in eandem quære infrà cap. *de Baptiſmo.*

III. *Reſurrectio Chriſti.* Cum Patres Nicæni his verbis proponunt: Καὶ

Καὶ ἀναςάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. Circa resurrectionem Christi sequentia veniunt consideranda.

1. *Subjectum*, quod est verum Christi corpus, proprietatibus essentialibus vestitum; mox plene glorificandum, & ab omnibus infirmitatibus liberum. Ignatius in epist. ad Smyrnenses, pag. 163. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐν τῷ γεννᾶσθαι καὶ ςαυροῦσθαι γινώσκω αὐτὸν ἐν σώματι γεγονέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάςασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιςεύω ὄντα. *Ego verò non modò in carne veniſſe eum cognoſco ex nativitate & crucifixione ejus, ſed & poſt reſurrectionem novi eum in carne, & credo etiam nunc eſſe.* Vide ibidem plura. Gregorius M. homil. 26. in Evangel. *Palpandam carnem Dominus præbuit, quam januis clauſis introduxit, ut eſſe poſt reſurrectionem oſtenderet corpus ſuum & ejuſdem naturæ & alteriusgloriæ.* Auguſtinus, ſerm. 158. de tempore: *Reſurrexit Chriſtus, abſoluta res eſt. Corpus erat, caro erat, pependit in cruce, poſitus eſt in ſepulchro, exhibuit illam vivam, qui vivebat in illa.* Theophylactus in cap 20. Joh. pag. 840. Ἦν σῶμα Φορῶν, εἰ καὶ ἄφθαρτον καὶ θεοειδέςατον, καὶ μηκέτι σαρκικοῖς νόμοις ὑποκείμενον. *Ferebat corpus, nempe poſt reſurrectionem, incorruptibile tamen & divinum, legibúſque carnis non ampliùs ſubjectum.* Vide eundem in cap. 24. Lucæ, pag. 544. Idem, in cap. 5. ad Hebr. pag. 915. dicit *Chriſtum adhuc habere* σάρκα, εἰ καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀνωτέραν καὶ αὐτῶν τῶν σαρκικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν, πείνης, δίψης, κόπου, καὶ τῶν τοιούτων, *carnem, ſed incorruptibilem, & ſuperiorem carnalibus & inculpabilibus paſſionibus, nimirum fame, ſiti, labore, idque genus aliis.* Theodoretus in Demonſtrat. per Syllogiſmos ὅτι ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις, Syllogiſmo 9. pag. 182. Οὐκοῦν οὐκ εἰς θεότητος μετεβλήθη Φύσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάςασιν ἀθάνατον μένει καὶ ἄφθαρτον, καὶ θείας δόξης μεςόν· σῶμα δὲ ὅμως, τὴν ἰδικὴν ἔχον περιγραφήν. *Mutatum igitur non eſt, corpus* ſc. Chriſti, *in naturam divinitatis, ſed etiam poſt reſurrectionem, licèt immortale ſit & incorruptibile, ac divinâ gloriâ plenum, corpus tamen eſt propriam retinens circumſcriptionem.* Et Syllogiſmo ſequenti: Οὐ μετεβλήθη εἰς πνεῦμα τὸ σῶμα σὰρξ γὰρ ἦν, καὶ ὀςέα, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες· τοιγαροῦν καὶ μετὰ τὴν ἀνάςασιν σῶμα τὸ σῶμα μεμένηκε. *Non mutatum eſt corpus in ſpiritum: caro enim erat, & oſſa, & manus, & pedes: ergo etiam poſt reſurrectionem corpus remanſit corpus.* In ipſo Dialogo 2. pag 81. & 83. hoc ipſum firmiſſimis adſtruit argumentis. Vide etiam ejuſdem epiſt. 145. ad Monachos Conſtantinop. ſcriptum, t. 3. paginâ maximè 1028. Ex his jam patet, quomodo illi Patres ſint intelligendi, qui dicunt, Chriſti σῶμα σαρκικὸν, reſurrexiſſe πνευματικὸν, imò Chriſtum jam eſſe

ἄσαρκον μὲν, ὐκ ἀσώματον δὲ, ut loquitur Theophanes homil. 35. pag. 250. Nempe πνευματικὸν σῶμα, notat σῶμα ἄφθαρτον, ἄτρεπτον καὶ ἀπαθὲς, *corpus incorruptibile*, *immutabile*, *& à passione liberum*, ut explicat Theophylactus in 1. ad Corinth. cap. 15. pag. 308 & Damascenus, Orthod. fidei lib. 4. cap. 28. pag. 395. Quando iterum Theophanes Christum vocat ἄσαρκον, respicit ad locum Apostoli 2. Corinth. 5: 16. & explicandus est ex Theodoreto, qui per σάρκα apud Apostolum intelligit ἄνθρωπον θνητὸν, *hominem mortalem:* & addit, Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ δεσπότης χριστὸς παθητὸν εἶχε τὸ σῶμα, ἀλλὰ μετὰ τὸ πάθος ἄφθαρτον τοῦτο πεποίηκε καὶ ἀθάνατον. *Etsi enim ipse quoque Christus Dominus habuit corpus patibile, tamen post passionem incorruptibile illud & immortale effecit.* Clariùs adhuc ex Theophylacto, qui ad locum Apostoli, pag. 366. Τὴν σάρκα ἀπέθετο; μὴ γένοιτο· ὡς γὰρ ἀνελήφθη, ὕτω καὶ ἐλεύσεται· ἀνελήφθη δὲ ἐν σαρκὶ καὶ μετὰ τοῦ σώματος. — ὁ δὲ χριστὸς κατὰ σάρκα λέγεται ζῆσαι, ὅτε κατὰ τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη ἔζη, πεινῶν, διψῶν, ὑπνῶν, κοπιῶν· νῦν δὲ ὐκέτι κατὰ σάρκα τετέχει, τῶν φυσικῶν τούτων καὶ ἀδιαβλήτων ἀπηλλάγη, ἀπαθὲς καὶ ἀκήρατον σῶμα ἔχων. *Carnemne deposuit? Minimè: nam quemadmodum assumtus est, sic etiam veniet. Assumtus autem est in carne & cum corpore. — Christus autem secundum carnem vixisse dicitur, quando secundum naturales & inculpatos affectus vixit, esuriens, sitiens, dormiens, laborans. Nunc autem non ampliùs secundum carnem est, id est, ab his naturalibus & inculpatis affectionibus liberatus est, impassibile & immortale corpus habens.* Ergo, si Theophanes ideo Christum jam dicat ἄσαρκον, quia non ampliùs subjectus sit φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις πάθεσι, potest illa locutio, utut primo aspectu videatur dura, aliquo modo excusari & tolerari; idque eò faciliùs, quia negat ἀσώματον esse Salvatorem nostrum. Eodem etiam modo explicandus est Nazianzenus, qui Orat. 40. pag. 671. dicit, *Christum venturum esse ad judicandum vivos & mortuos,* ὐκ ἔτι μὲν σάρκα, ὐκ ἀσώματον δὲ, οἷς αὐτὸς οἶδε λόγοις θεοειδεστέραν σώματος, ἵνα καὶ ὀφθῇ ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων, καὶ μείνῃ θεὸς ἔξω παχύτητος, *non jam illum quidem carnem, nec corpore tamen vacantem, sed augustius diviniúsque corpus habentem, qualéque ipse solus novit, ut & ab his, à quibus punctus est, videatur, & Deus omnis crassitiei expers maneat.* Imò se ipsum hac ratione, quam diximus, explicat Orat. 36. pag. 587. Μετὰ τοῦ σώματός ἐστιν, οὗ προσέλαβε, κἂν μηκέτι κατὰ σάρκα γινώσκηται, τὰ σαρκικὰ λέγω πάθη, καὶ χωρὶς τῆς ἁμαρτίας, ἡμέτερα. *Cum eo corpore est, quod assumsit: etsi non jam secundum carnem cognoscatur, hoc est, secundum carnales affectiones, ac, citra peccatum, nostras.*

2. Causſa

2. *Causſa efficiens.* Chriſtus non aliena, ſed ſua, non aſcititia, ſed propria virtute reſurrexit: quod & ipſe Chriſtus indicavit Joh. 10: 17, 18. Ad quem locum Cyrillus, in Catena in hoc caput, pag 269. Τὸ, ἐξουσίαν ἔχω, φησὶν, ἵνα Φύσεως ἰδίας ἐπιδείξῃ καρτὸν, τὸ καὶ αὐτῶν δύνασθαι κατεξουσιάζειν τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν, καὶ ἐφ' ὅτερ ἂν βούλοιτο μετατρέπειν εὐκόλως τῶν πραγμάτων τὰς Φύσεις, ὅτερ ἐςὶν ἴδιον ὄντως τῷ κατὰ Φύσιν θεῷ. *Iſta verba,* teſtatem habeo, *loquitur, ut Propriæ naturæ fructum commonſtret, ſeque ipſorum mortis vinculorum poteſtatem habere, & rerum, cùm voluerit, nullo negotio mutare naturas poſſe: quod utique ejus, qui naturâ Deus, proprium eſt.* Et Joh. 2: 19 inquit Chriſtus: Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. v. 21. Ἔλεγε δὲ περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Ad quæ Chryſoſtomus: Τοῦτο ἦν τὸ δεικνύον, αὐτὸν μάλιςα ὐκ ἄνθρωπον ψιλὸν, τὸ δυνηθῆναι κατὰ τοῦ θανάτου ςῆσαι τρόπαιον, τὸ τὴν τυραννίδα αὐτοῦ τὴν μακρὰν, καὶ τὸν χαλεπὸν καταλῦσαι πόλεμον οὕτω ταχέως. *Hoc vel maximè probabat, ipſum non eſſe nudum hominem, quòd nimirum adverſus mortem poſſet tropæum erigere, ac longam ejus tyrannidem, bellúmque infeſtiſſimum tam citò conficere.* Clariſſimè Theophylactus ad eundem locum, pag. 590. Ἀκουέτωσαν Ἀρειανοὶ, πῶς ὁ Κύριος καὶ τῷ θανάτῳ καταλυτὴς, φησὶ τὸ, ἐγερῶ· οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐγερεῖ ὁ Πατὴρ, ἀλλ' εἶπεν, ὅτι ἐγερῶ ἐγὼ, τῇ οἰκείᾳ δυνάμει χρώμενος, καὶ οὐκ ἄλλης ἔξωθεν προσδεόμενος. *Audiant Ariani, quomodo Dominus etiam mortis deſtructor, dicat,* excitabo: *non enim dixit,* excitabit Pater, *ſed dixit,* ego excitabo, *propria virtute uſus, nullâque alia externa indigens.* Ideò ad Rom. 1: 4. Chriſtus dicitur *declaratus filius Dei potenter ſecundum Spiritum ſanctificationis, per reſurrectionem à mortuis.* Ad quem locum Theophylactus: Τοῦ ὁρισθέντος, τουτέςιν, ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, κριθέντος. Πάντες γὰρ ὡρίσαντο καὶ ἐψηφίσαντο αὐτὸν εἶναι Υἱὸν θεοῦ Πόθεν; ἐξ ἀναςάσεως νεκρῶν πρῶτος γὰρ οὗτος καὶ μόνος ἑαυτὸν ἤγειρε. Definiti, *hoc eſt, demonſtrati, confirmati, judicati. Nam cuncti definierunt judicâruntque, ipſum eſſe filium Dei. Undènam?* Ex reſurrectione mortuorum: *nam primus ille, & ſolus, ſe ipſum excitavit.* Niſi enim fuiſſet filius Dei & Deus ipſe Patri ὁμοούσιος & ὁμοφυὴς, nunquam potuiſſet carnem ſuam excitare à mortuis. Huic autem veritati non repugnant ea Scripturæ loca, quæ Filium à Patre excitatum dicunt. Eleganter hoc ἐναντιοφανὲς ſolvunt veteres. Auguſtinus contra ſerm. Arian. cap. 15. *Quis niſi ſolus Filius reſurrexit, quia ſolus mori potuit qui carnem habuit? & tamen ab hoc opere, quo ſolus Filius reſurrexit, non erat Pater alienus; de quo ſcriptum eſt:* Qui ſuſcitavit à mortuis Jeſum. *An fortè ſe ipſe non ſuſcitavit? Et*

Et ubi eſt, quod ait, Solvite templum hoc, & triduo ſuſcitabo illud; *& quòd* poteſtatem habere ſe *dicit* ponendi & iterum ſumendi animam ſuam? *Quis autem ita deſipiat, ut Spiritum Sanctum reſurrectionem hominis Chriſti dicat non cooperatum, cùm ipſum hominem Chriſtum fuerit operatus?* Joh. 5:21. ipſe Chriſtus dicit: Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Ad quæ Cyrillus Alex. in Catena in Joh. pag. 153. Ὁ γὰρ ἴσος ἐν ἔργοις καὶ περὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναβίωσιν, οὐκ ἂν ἔχοι κατά τι τὸ ἔλαττον. *Qui enim operibus, & circa mortuorum reſuſcitationem æqualis eſt Patri, nihil habet, quo ſit inferior.* Et Chryſoſtomus, Homil. 38. in Joh. ad hunc locum: Καίτοι τὸ, οὐδὲν δύναται ἀΦ' ἑαυτῦ τοιεῖν, τῷ, οὓς θέλει, ἐναντίον ἐςίν. Εἰ γὰρ οὓς θέλει, δύναται ἀΦ' ἑαυτῦ ποιεῖν· τὸ γὰρ θέλειν ἐξουσίας. Εἰ δὲ οὐ δύναται ἀΦ' ἑαυτῦ, οὐκέτι οὓς θέλει. Τὸ μὲν γὰρ, ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει, τῆς δυνάμεως δείκνυσι τὴν ἀπαραλλαξίαν· τὸ δὲ, οὓς θέλει, τῆς ἐξουσίας τὴν ἰσότητα. *Atqui iſtud*, Non poteſt à ſemetipſo facere quidquam, *contrarium eſt illi*, quos vult. *Si enim* quos vult, *poteſt à ſemetipſo facere: velle enim poteſtatis eſt. Si verò à ſemetipſo non poteſt, non amplius* quos vult. *Illud enim*, ſicut Pater ſuſcitat, *indiſcretam poteſtatem, illud verò*, quos vult, *potentiæ paritatem demonſtrat.* Iterum Auguſtinus, de Verbis Domini, Serm. 8. *Si peccati confeſſor revixit à morte, quis eum ſuſcitavit? Nullus mortuus eſt ſui ipſius ſuſcitator. Ille ſe potuit ſuſcitare, qui mortua carne non mortuus eſt. Etenim hoc ſuſcitavit, quod mortuum erat. Ille ſe ſuſcitavit, qui vivebat in ſe: in carne autem ſuſcitanda mortuus erat. Non enim Pater ſolus Filium ſuſcitavit, de quo dictum eſt ab Apoſtolo,* Propter quod eum Deus exaltavit, *ſed etiam Dominus ſe ipſum, id eſt, corpus ſuum: unde dicit*, Solvite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud. Theodoretus in cap. 6. ad Romanos: Εἰ ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἤγειρεν, ὡς ἄνθρωπον ἤγειρεν· ὡς ἄνθρωπος γὰρ τὸ πάθος ἐδέξατο. *Si Pater eum excitavit, tanquam hominem excitavit: nam etiam tanquam homo paſſus eſt.* Et in 2. Corinth. 13. ad vſ. 4. Εἰ ποτέ μεν ἡ τοῦ μονογενοῦς θεότης λέγεται ἀναςῆσαι τὸ σῶμα, ποτὲ δὲ αὐτὸς ὁ Πατηρ, οὐδεμίαν τοῦτο ἔχει διαΦοράν· τὰ γὰρ ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ γινόμενα τῷ Πατρὶ πολλάκις προσαρμόζει ἡ θεία γραΦή. *Si quando unigeniti divinitas dicitur corpus ſuſcitaſſe, aliquando autem ipſe Pater, hoc nullam habet diſcrepantiam: quæ enim fiunt à Filio, ſæpe Patri divina attribuit ſcriptura.* Et Chryſoſt. in 1. ad Corinth. cap. 6 ad vſ. 14. Τίνος ἕνεκεν ὁ Παῦλος οὕτω Φησίν; ὅτι καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρὶ λογίζεται, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, Φησι, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. *Cur Paulus ita loquitur*, nempe Deus autem & Dominum ſuſcitavit? *Quoniam quæ Filii ſunt, Patri*

tri adscribuntur; & quæ Patris sunt, Filio. Quæcunque enim ille facit, *inquit* Joh. 5:19. hæc etiam Filius pariter facit. Greg. Nyssenus Orat. 2. de Resurrectione Christi, t. 3. pag. 402. Ἐν τίνι ὁ Πατὴρ ἐνεργεῖ; ἐν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει δηλονότι, τίς δέ ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Πατρός; οὐδεὶς ἄλλος ἢ ὁ χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία. Οὐκοῦν ἑαυτὸν ἀνέστησεν ὁ Σωτὴρ, εἰ καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐγηγέρθαι λέγεται. *In quo operatur Pater? In propria, et naturia videlicet & virtute. Quæ autem est virtus & potentia Patris? Nemo alius præterquam Christus:* Christus enim Dei potentia, & Dei sapientia. *Ergo seipsum suscitavit Christus, etsi à Patre dicitur esse suscitatus.*

3. *Finis.* Finis resurrectionis Christi est

a. *Justificatio nostra*, ad Rom. 4:25. ubi Theophylactus: Εἰ δὲ ἐνδοιάζεις πῶς δύνασαι δικαιωθῆναι, ἐννοήσον τὸν πάντα ἀπαλείψαντά σου τὰ ἁμαρτήματα Ἰησοῦν. — Ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα καὶ ἁμαρτιῶν ἀπαλλάξῃ, καὶ δικαίους ἐργάσηται. *Si dubitas, quomodo justificari possis, ob oculos mentis tuæ statue Jesum, qui omnia peccata tua delevit.* — *Mortuus est & resurrexit, ut & à peccatis liberaret, & justos efficeret.* Justificamur per fidem: at si Christus ita morti succubuisset, ut nunquam fuisset excitatus à mortuis, nulla esset fides, ac proinde nulla etiam justificatio. Excitatus igitur est, ut certissimum habeamus argumentum peccati expiati mortisque devictæ, ac proinde ut credamus, & credendo justificemur. Hoc argumentum urget Apostolus 1. ad Corinth. 15:14. ubi Theophylactus, pag. 298. Εἰ γὰρ ἀποθανὼν οὐκ ἴσχυσεν ἀναστῆναι, οὔτε ἡ ἁμαρτία ἀνῄρηται, οὔτε ὁ θάνατος καθῄρηται· καὶ λοιπὸν κενὰ ἐκηρύξαμεν ἡμεῖς, καὶ ὑμεῖς δὲ κενὰ ἐπιστεύσατε. *Si mortuus non potuit resurgere, neque peccatum sublatum est, neque mors destructa est: ac deinceps vana prædicavimus nos, vosque vana credidistis.*

b. *Resurrectio nostra spiritualis*, ad Rom. 6:4. Ad quem locum Theodoretus, pag. 45. Αὐτὸ τοῦ βαπτίσματος τὸ μυστήριον ἐδίδαξέ σε φεύγειν τὴν ἁμαρτίαν· τοῦ γὰρ δεσποτικοῦ θανάτου τύπον ἔχει τὸ βάπτισμα. ἐν ἐκείνῳ δὲ σὺ καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἀναστάσεως κεκοινώνηκας τῷ χριστῷ. Προσήκει σε τοίνυν καινήν τινα βιοτεῦσαι ζωήν, καὶ συμβαίνουσαν ἐκείνῳ, ᾧ τῆς ἀναστάσεως κεκοινώνηκας. *Ipsum baptismatis mysterium docuit te peccatum fugere. Baptismus enim typum habet mortis dominicæ. In illo autem tu & mortis & resurrectionis fuisti unâ cum Christo particeps. Oportet ergo te novam quandam vitam vivere, & ei convenientem, cujus tu resurrectionis fuisti particeps.* Et Theophylactus ex Chrysostomo: Αὐτὸς μὲν σαρκὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη· ἡμεῖς δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ θνήσκοντες, ἀνιστάμεθα τῇ ἀρετῇ· ἵνα ὥσπερ ὁ χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἑτέραν ἀνάστασιν ἀναστῶμεν, τὴν καινὴν πολιτείαν. *Ipse quidem* (Christus) *carne*

ne mortuus est, & resurrexit: nos autem peccato morientes, resurgimus virtuti: ut, sicut Christus resurrexit à mortuis, sic & nos alia resurrectione resurgamus, nova scilicet vivendi ratione. Sed de hoc plura *in doctrina de Baptismo*, cap. 16.

c. *Resurrectio Christi pignus est & caussa nostræ resurrectionis.* 1. Corinth. 15:12. ubi Theodoretus cum Apostolo interrogat, Πῶς παρά τισιν ἀμφιβάλλεται ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις, τῆς τοῦ δεσπότου χριστοῦ ἀναστάσεως πιστευθείσης; *Quomodo à nonnullis in dubium vocatur corporum resurrectio, cùm Christi Domini credatur resurrectio?* Theophylactus: Ἐκ τῆς τούτου ἐγέρσεως καὶ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν κατασκευάζει, ὡς ἑπομένου τῇ κεφαλῇ καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος. *Ab hujus* (Christi) *excitatione communem omnium resurrectionem confirmat, ceu reliquo corpore caput sequente.* Theodoretus in cap. 6. Hoseæ: Ἡ τοῦ χριστοῦ ἀνάστασις, κοινῆς ἀναστάσεως ἐγένετο πρόξενος, καὶ πᾶσιν ἡμῖν δεδώρηται τὴν τῆς ἀθανασίας ἐλπίδα, διὰ τῆς εἰς τὸν θεὸν ἐπιγνώσεως ἐγγινομένην. *Resurrectio Christi, communis resurrectionis caussa est, nobisque omnibus dedit immortalitatis spem, nobis per cognitionem Dei inditam.* Chrysostomus Homil. 17. in 1. ad Corinth. ad cap. 6. vs. 14. Εἰ τὸ σῶμα ἡμῶν μέλος τοῦ χριστοῦ, ἀνέστη δὲ ὁ χριστὸς, καὶ τὸ σῶμα πάντως ἕψεται τῇ κεφαλῇ. *Si corpus nostrum membrum est Christi, Christus autem resurrexit, utique etiam corpus sequetur caput.* Hanc ob caussam resurrectio Christi vocatur ab eodem, Homil. 63. t. 5. ζωηφόρος ἀνάστασις, *vitam afferens resurrectio:* & à Theodoreto, ad vs. 11. cap. 8. ad Romanos, ἐνέχυρον τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν, *pignus resurrectionis nostræ.* Hinc etiam Christus, 1. Corinth. 15: 20, 23. vocatur ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, *primitiæ eorum, qui obdormierunt*, quia, sicut in primitiis tota massa sanctificabatur: ita in Christo resurgente fideles sanctificati sunt ad beatam resurrectionem: & sicut primitiæ frugum, quæ jam maturuerant, primò offerebantur; deinde, post aliquod temporis intervallum, sequebatur messis: ita Christus primus sua virtute resurrexit ad vitam & gloriam æternam, suo verò tempore certò resurgent fideles. Theodoretus ad hunc locum: Πρῶτος ἔλυσε τοῦ θανάτου τὸ κράτος· τῇ ἀπαρχῇ δὲ πάντως ἀκολουθήσει τὸ φύραμα. *Primus mortis imperium destruxit: primitias autem massa omnino consequetur.* Ad eundem locum Theophylactus: Ἀπαρχὴ καὶ ὁδὸς τῆς ἀναστάσεως ἐγένετο ὁ χριστός· μετ' αὐτὸν οὖν οἱ αὐτοῦ, τουτέστιν, οἱ πιστοὶ καὶ οἱ εὐδοκιμηκότες ἐν αὐτῷ ἀναστήσονται πρῶτοι. *Primitiæ, adeoque via resurrectionis Christus est: post ipsum igitur, qui ad eum pertinent, hoc est, fideles & probati in eo resurgent primi.* Eandem ob caussam ad Colost. 1:18. vocatur πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, *primogenitus mortuorum*, vel *ex mor-*

mortuis, id est, is, qui à mortuis primus ad immortalitatem propria virtute resurrexit, & firmam de futura resurrectione nostra fidem reddidit. Theodoretus, Demonstrat. 5. quòd impatibilis sit divinitas Salvatoris, t. 4. pag. 183. Ὡς ἄνθρωπος πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν· πρῶτος γὰρ τὰς ὠδῖνας ἔλυσε τοῦ θανάτου, καὶ πᾶσιν ἔδωκε τῆς ἀναβιώσεως τὴν γλυκεῖαν ἐλπίδα. *Tanquam homo est* primogenitus ex mortuis: *primus enim dolores mortis solvit, & dulcem resurrectionis spem omnibus dedit.* Idem, ad adductum Apostoli locum, pag. 348. *Vocatur* primogenitus ex mortuis: Πρῶτος γὰρ τὰς ὠδῖνας ἔλυσε τοῦ θανάτου· αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος καὶ τὴν πάντων ἡμῶν ἀνάστασιν. *Primus enim solvit dolores mortis: omnium autem nostrum resurrectio tacitè significatur.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 690 Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, τουτέστιν, ἀρχὴ ἀναστάσεως καὶ πρόφασις γενόμενος. Primogenitus ex mortuis, *id est, initium & causa resurrectionis factus.* Athanasius Orat. 3. contra Arianos, t. 1. pag. 434. Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν εἶναι τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. Primogenitus ex mortuis, *quia ab ipso & post ipsum est resurrectio mortuorum.*

4. *Circumstantia temporis.* Christus tertio à passione & sepultura die, ut ex historia Evangelica notum, resurrexit. Hinc Greg. Nazianzenus, Orat. de Baptismo, χριστὸς ἀνίσταται τριήμερος, *Christus tertia die resurgit.* Ignatius, Epist. ad Trall. pag. 11. Καὶ ἀνέστη διὰ τριῶν ἡμερῶν. *Et intra triduum resurrexit.* Apud Justinum Martyrem, resp. ad quæst. 64. Orthod. pag. 259. Τριήμερος ἐν τῷ τάφῳ παραμονὴ τοῦ Σωτῆρος. *Triduana Salvatoris in sepulchro mansio.* Apud Chrysostomum, Homil. 155. t. 5. pag. 939. Christus dicitur τριημερεύειν ἐν τῷ τάφῳ, *per triduum in sepulchro fuisse.* Chrysippus, Jerosol. Presbyter, in Biblioth. Photii, Cod. 171. pag. 384. resurrectionem Christi vocat τριήμερον ἔγερσιν, *triduanam resurrectionem.* Damascenus, lib. 1. Orthod. fidei, cap. 2. Τριήμερος ἀνέστη. *Tertio die resurrexit.* Quomodo verò Salvator noster tertio die resurrexerit, vel, ut ipse locutus est Matth. 12:40. tribus diebus & tribus noctibus in sepulchro fuerit, explicat Theophylactus in cap. 12. Matthæi, pag. 69. his verbis: Τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ τὰς τρεῖς νύκτας, ἀπὸ μέρους νόησον, καὶ μὴ ὁλοκλήρους ἀπέθανε μὲν γὰρ τῇ παρασκευῇ μία αὕτη ἡμέρα ἦν· καὶ τῷ σαββάτῳ νεκρός· ἰδοὺ καὶ ἄλλη ἡμέρα· καὶ ἡ νὺξ δὲ τῆς κυριακῆς ἔτι νεκρὸν αὐτὸν κατέλαβε. Τρία οὖν ἡμερονύκτια ἀπὸ μέρους ἀριθμοῦνται· ἔτει καὶ οὕτως ἐώθαμεν πολλάκις ἀριθμεῖν. *Tres dies & tres noctes à parte intelligas, non verò integras. Mortuus enim est in parasceve, quæ ipsa una dies est: & mortuus fuit sabbato, ecce altera dies: nox autem Dominicæ ipsum adhuc mortuum apprehendit. Tres igitur dies & noctes*

noctes à parte numerantur, quia & ſic ſæpe numerare conſuevimus. In eandem ſententiam fusè ſatis ſcribit in cap. 28 Matthæi, ſtatim poſt initium, pag. 180 & 181. Eodem modo Hieronymus in cap. 2. Jonæ: *Et erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. Hujus loci myſterium in Evangelio Dominus exponit, & ſuperfluum eſt vel id ipſum, vel aliud dicere. Hoc ſolùm quærimus, quomodo tres dies & tres noctes fuerit in corde terræ. Quidam* παρασκευὴν, *quando ſole fugiente, ab hora ſextaque ad horam nonam non ſucceſſit diei, in duos dies & noctes dividunt, & apponentes ſabbatum, tres dies & tres noctes æſtimant ſupputandas: nos verò* συνεκδοχικῶς *totum intelligimus à parte, ut ex eo, quòd ἐν* παρασκευῇ *mortuus eſt, unam diem ſupputemus & noctem, & Sabbati alteram; tertiam verò noctem, quæ diei Dominicæ mancipatur, referamus ad exordium diei alterius: nam & in Geneſi nox præcedentis diei non eſt, ſed ſequentis, id eſt, principium futuri, non finis præteriti.* Auguſtinus, lib. 4. de Trinitate, cap. 6. *Ipſum autem triduum non totum & plenum fuiſſe, ſcriptura teſtis eſt; ſed primus dies à parte extrema totus annumeratus eſt; dies verò tertius à parte prima & ipſe totus; medius autem inter eos, id eſt, ſecundus dies abſolutè totus viginti quatuor horis ſuis, duodecim nocturnis & duodecim diurnis. Crucifixus eſt enim primò Judæorum vocibus horâ tertiâ, cum eſſet dies ſexta Sabbati. Deinde, in ipſa cruce ſuſpenſus eſt horâ ſextâ, & ſpiritum reddidit horâ nonâ. Sepultus eſt autem, cùm jam ſerò factum eſſet: ſic ſeſe habent verba Evangelii, quod intelligitur in fine diei. Unde libet ergo incipias, etiamſi alia ratio reddi poteſt, quomodo non ſit contra Evangelium Johannis, ut horâ tertiâ ligno ſuſpenſus intelligatur, totum diem primum non comprehendis. Ergo à parte extrema totus computabitur, ſicut tertius à parte prima. Nox enim uſque ad diluculum, quo Domini reſurrectio declarata eſt, ad tertium diem pertinet.* Conſulantur Theologi. Ob reſurrectionem Chriſti, primo hebdomadæ die factam, ipſe dies vocatur ἀναςάσεως ἡμέρα. Gregorius Acropolita in Hiſtor. Καὶ τὴν λαμπρὰν τῆς ἀναςάσεως τῦ Κυρίυ ἡμέραν προεορτάσας. *Et ſplendida reſurrectionis die antè celebrata.* Johannes Damaſcenus in Canone Paſchatis, ἀναςάσεως ἡμέρα, καὶ λαμπρυνθῶμεν λαοί. *Reſurrectionis dies, & ſplendidi fiamus populi.* Hinc etiam Eccleſiis ac Monaſteriis, ſumtuoſiſſimè ædificatis, nomen viri principes indiderunt in Catalogo Byzantinorum Patriarcharum: Θεόδοτος μοναχὸς καὶ ἡγούμενος μονῆς τῆς ἁγίας ἀναςάσεως. *Theodotus Monachus & Abbas Monaſterii ſanctæ reſurrectionis.* Johannes Metropolita Naupacti: Ἐξέβαλε καὶ τὰ ἐκκλησιαςικὰ ἀπὸ τῶν μοναςηρίων μου, τοῦ τῆς ἐγκλειςῆς, καὶ τῆς ἁγίας ἀναςάσεως. *Ejecit & Ec-*

Ecclesiastica ex Monasteriis meis, Encliſtæ, & ſanctæ Reſurrectionis. Plura exempla ſuppeditat L. Allatius de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum, pag. 1453. Eandem ob cauſſam idem dies ἀναςάσιμος eſt dictus. Baſilius Cæſar. in exhortatione ad Baptiſmum, ſeu Orat. 13. pag. 476. Ἐν τῇ ἀναςασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναςάσεως τὴν χάριν ὑποδεξώμεθα. *Reſurrectionis gratiam in die reſurrectionis ſuſcipiamus.* Chryſoſtomus, Homil. 85. t. 5. diem reſurrectionis Chriſti vocat ἀναςάσιμον ἡμέραν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριςοῦ. Vocatur ἀναςάσιμος ἑορτὴ, reſurrectionis feſtum, à Niceta, lib. 3. in Iſaacio Angelo. Hoc ipſo die Græci, in memoriam reſurrectionis Dominicæ, circa horam ſeptimam, quâ Chriſtum reſurrexiſſe tradunt, Sacerdotes in templis exclamant, Ὁ χριςὸς ἀνέςη ἐκ νεκρῶν. *Chriſtus reſurrexit à mortuis.* Teſtis Balſamon ad Can. 90. Concilii in Trullo, p. 473. & Typicum Sabæ, cap. 46. pag. 87. Aliquot hujus diei elogia conjungit Chryſoſtomus, Homil. 2. de Paſchate, quæ eſt 85. t. 5. pag. 587. Ἡ ποθεινὴ καὶ σωτήριος ἑορτὴ, ἡ ἀναςάσιμος ἡμέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριςοῦ, ἡ τῆς εἰρήνης ὑπόθεσις, ἡ τῆς καταλλαγῆς ἀφορμὴ, ἡ τῶν πολέμων ἀναίρεσις, ἡ τοῦ θανάτου κατάλυσις, ἡ τοῦ διαβόλου ἧττα. *Exoptatum & ſalutare feſtum, dies reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, pacis fundamentum, reconciliationis occaſio, bellorum ſublatio, mortis deſtructio, diaboli clades.*

5. *Oppoſita.* Huc referimus,

α. *Manichæos*, qui phantaſticam, non veram fuiſſe reſurrectionem Chriſti blaſphemabant. Id de iis aſſerit Cyrillus Jeroſol. Catecheſi 14. Μέχρι σήμερον Μανιχαῖοι λέγουσι Φαντασιώδη, καὶ οὐκ ἀληθῆ τοῦ Σωτῆρος τὴν ἀνάςασιν γεγονέναι. *Manichæi in hodiernum uſque diem phantaſticam* ſeu *imaginariam & fictam, non veram fuiſſe Salvatoris reſurrectionem dicunt.*

β *Eutychianos.* Eutyches, quemadmodum τὴν τοῦ σώματος ἀναλήψιν, *aſſumtionem corporis negavit*, & impiè docuit, τῷ ςαυρῷ προσηλωθῆναι τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς, *Unigeniti divinitatem cruci affixam fuiſſe:* ita idem aſſeruit, τὴν θεότητα τῷ τάφῳ παραδοθεῖσαν τετυχηκέναι τῆς ἀναςάσεως, *divinitatem tumulo mandatam reſurrexiſſe:* ut refert Theodoretus, hæret. fabul. lib. 4. cap. 13. pag. 246.

γ. *Origenem*, qui putavit, Chriſti corpus poſt reſurrectionem fuiſſe aëreum vel æthereum. Id colligitur ex lib. ejus 3. adv. Celſum, p. 136. ubi dicit, *Non eſſe mirum*, τὴν ποιότητα τοῦ θνητοῦ κατὰ τὸ τοῦ Ἰησοῦ σῶμα, εἰς αἰθέριον καὶ θείαν ποιότητα μεταβάλλεσθαι, *qualitatem mortalis* ſc. corporis, *juxta Chriſti corpus, in ætheream & divinam qualitatem mutari.* Videtiam Epiphanium, hæreſi 64. quæ eſt Origenianorum: & Hieronymum, in Epiſt.

ad Pammachium adversus errores Johannis Jerosolymitani, nec non in fine Commentariorum ad Jesaiam. Origenes ergo contendit, corpora post resurrectionem æque subtilia & tenuia fore, atque est spiritus. Eandem opinionem, ex fœtidis Origenis lacunis haustam, recoxit & interpolavit Ostorodius, Sociani stipitis infelix propago. Docet enim, Institut. suarum cap. 41. *Christum ab eo tempore, quo Deus ipsum Regem ac Dominum constituit, corpus spirituale ac cœleste, & proinde nec carnem nec sanguinem habuisse.* Orthodoxi autem, Christi corpus post resurrectionem spirituale & cœleste fuisse ratione qualitatum cœlestium & spiritualium, ἀφθαρσίας, ἀθανασίας καὶ θείας δόξης, quibus ornatum est, non eunt inficias; ut suprà, num. III. 1. ubi *de Subjecto resurrectionis Christi* actum, vidimus: spirituale verò & cœleste fuisse ratione substantiæ, hoc constanter pernegant. Vide Orthodoxæ fidei defensionem Jacobi ad Portum, cap. 38.

CAPUT XIII.

De Ascensione Christi, Sessione ad dextram Dei Patris, Reditu ejus ad Judicium, & Regno.

Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

QUatuor capita hîc nobis consideranda proponuntur, quæ etiam strictim examinabimus.

I. *De ascensione Christi in cœlos.* Hîc varia ordine expendenda:

1. *Nomen.* Ascensio Christi à Græcis usitatissimè vocatur,

a. Ἀνάληψις. Epiphanius, hæresi 31. pag. 91. vocat ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν χριστοῦ, *assumtionem Christi in cœlos cum carne.* Apud Chrysostomum aliquot exstant Homiliæ εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. A Theophane, Homil. 39. vocatur σωτήριος ἀνάληψις, *salutaris assumtio.* Festum ascensionis à Socrate, Hist. Eccles. lib. 7. cap. 26. pag. 273. vocatur ἡ ἀναλήψιμος τοῦ Σωτῆρος πάνδημος ἑορτή. Quin veteres hanc

hanc vocem à ſancto Luca ſint mutuati, qui cap. 9: 51. Evangelii ſui dicit, Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, minimè dubito. Interim non ignoro, quid magnus Heinſius de hoc loco ſenſerit. Vult, *receptum eſſe Syris euphemiſmum, nec aliud, quàm ipſam mortem, ſeu mortis ſpeciem intelligi. Quod enim vel* ὑψοῦν, *vel* ἀναλαμβάνειν *ſuâ linguâ Hebræi dicant, id de pœna intelligi à Syris: quemadmodum Johannes* crucifixionem *vocarit aliquoties.* Vide cap. 3: 14. cap 8: 28. cap. 12: 34. *Certè*, addit idem, ἀναλαμβάνειν *eſt* ὑψοῦν. Heſychius: Ἀνάλημμα, ὕψωμα: *Quod eſt* ܪܡ *Syris: qui* ἀνάληψιν *in cœlum cùm deſignant, verbo* ܪܡ: *cùm eam quæ præceſſit, intelligunt, eo quod jam dixi utuntur: quod* ὑψοῦν *&* ἀναλαμβάνειν *rectè dicas. Quod Matthæus itaque,* ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς τὸ σταυρωθῆναι, *dixit, εἰς τὸ* ὑψωθῆναι *dixeret Johannes. Quanquam non eodem modo ſemper Syrus. Cæterùm vix dubitandum, quin quod Lucas alibi* τελειωθῆναι de morte *dixit,* ἀναλήψεως *hic voce intelligatur.* Τελείωσις *eſt* πλήρωσις, *quod* ἀνάλημμα *dixerunt Helleniſtæ. Igitur,* ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως, *idem quod* τῆς τελειώσεως: *quò &* τὸ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας *alludere videtur.* Hactenus Cl. Heinſius. Doctiſſima ſanè verba, nec tanto Viro indigna. Interim nondum ſufficiens videtur ratio, cur à recepta ſententia ſit recedendum. Syrus & Arabs, obſervante Cl. Lud. de Dieu, ſimpliciſſimè & clariſſimè reddunt per *aſcenſionem.* Τ ὑψωθῆναι *de crucifixione* Chriſti uſurpari, certum eſt: at æquè certum, *de* ejuſdem *aſcenſione* uſurpari ἀναλαμβάνεσθαι, nunquam *de paſſione.* Vide Marci 16: 19. Act. 1: 2, 11, 22. & 1. Timoth. 3: 16. Theophylactus in cap. 9. Lucæ, p. 374. rem totam ſatis perſpicuè proponit. Τί ἐστιν, ὅπερ φησὶν, ὅτι ἐγένετο ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ; τουτέστιν, ὅτε ἐνειστήκει ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἔδει λοιπὸν τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείναντα πάθος ἀναληφθῆναι εἰς οὐρανὸν, καὶ συνεδρεῦσαι τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. *Quid eſt, quod dicit,* Dum compleren-tur dies aſſumtionis ejus? *Hoc eſt, cùm inſtabat tempus, quo poſtquam ſuſtinuiſſet ſalutarem paſſionem pro nobis, oportebat eum aſſumi in cœlum, & ſedere cum Deo & Patre.* Nec magnopere Heinſium juvat Heſychius, qui ἀνάλημμα interpretatur ὕψωμα. Ipſa namque aſcenſio Chriſti quoque eſt ὕψωσις. Theophanes, Homil. 34. pag. 246. ad Joh. 12: 32. Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. ὕψωσιν λέγων τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἀνάβασιν. *Cùm exaltatus fuero, omnes traham ad me ipſum.* Exaltationem *vocans* aſcenſionem *ad Patrem.* Quanquam hoc loco non *aſcenſio*, ſed *crucifixio*, denotetur. Ita enim Cyrillus in Catena in Joh. pag. 316. quando dicit ὑψωθῆναι poſitum eſſe pro σταυρωθῆναι. Per ἀνάληψιν intelligi *aſcenſionem*,

nem, docet Lyranus ad locum, quem examinamus: *Dies assumtionis ejus*, inquit, *id est, passionis, per quam transiturus erat & assumendus ad gloriam Patris.* Notari etiam debet observatio Tremellii ad versionem hujus loci Syriacam: *Cùm implerentur dies assumtionis ejus, id est, cùm tempus assumtionis ejus instaret. Nam impleri dicitur aliquid (ex Hebrææ linguæ proprietate & sacrarum literarum more loquendi) non tantùm cùm prorsus expletum est, sed etiam cùm impleri incipit.* Vide Genes. 25:24.

b. Ἀνέλευσις, ab ἀνέρχεσθαι, quod in Symbolo usurpatur, & significat ὑποστρέφειν. Hesychius: Ἀνερχομένῳ, ὑποστρέφοντι. Christus, Joh. 16:28. Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα. Vel ἀνέρχομαι est *ascendo*. Vide Joh. 6: 3. Gal. 1: 17, 18. Veteres Glossæ: Ἀνέρχομαι, *scando, ascendo*. Hinc ἀνέλευσις *reditus* vel *ascensio*. Justinus M. apol. 2. pro Christianis: Μετὰ τὴν ἀνέλευσιν τοῦ χριστοῦ εἰς οὐρανόν. *Post ascensionem Christi in cœlum.* Et in Dialogo cum Tryphone: Μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλευσιν προεφητεύθη αἰχμαλωτεῦσαι αὐτὸν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ δοῦναι ἡμῖν δόματα. *Post Christi in cœlum reditum, vaticinio prænunciatum est, captivos ipsum nos ducturum ab errore, & daturum nobis dona.*

c. Ἄνοδος. Vet. Gl. Ἄνοδος, *ascensus, ascensio*. Chrysostomus, Homil. 45. t. 5. ascensionem Christi vocat ἄνοδον εἰς οὐρανόν. Eusebius, demonstrat. Evang. lib. 7. pag. 192. Τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, *è terra in cœlum ascensionem.* Justinus M. in Dialogo cum Tryphone, de Salvatore nostro dicit: Προγνώστης ἦν τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανὸν, μελλόντων γίνεσθαι ἡμῖν. *Præscius fuit omnium earum rerum, quæ nobis post resurrectionem ejus à mortuis, & ascensionem in cœlum, eventuræ erant.*

d. Ἀνάβασις. Theophanes, ut sub lit. *a.* vidimus, *ascensionem Christi* vocat τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἀνάβασιν, *ascensionem ad Patrem.* Ita de eadem usurpatur ἀναβαίνειν Joh. 6: 2 cap. 20: 17. Ephes. 4: 8, 10.

e. Ἡ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἔνθεος ἀποκατάστασις, *divina in cœlos restitutio.* Ita vocatur ab Eusebio, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 3. pag. 3. a.

f. Ἡ εἰς οὐρανοὺς πορεία, *profectio in cœlum:* in vita Constantini, lib. 3. pag. 124. a.

2. *Locus*, in quem Christus ascendit *est cœlum.* Nicæni Patres credunt in Christum ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς. *Cœli* vocabulum esse πολύσημον, cap. 5. num. 1. 5. docuimus. Quamvis autem de cœlo, in quod Christus ascendit, non oporteat περιεργάζεσθαι, neque altiùs inquirere, quàm ferat revelatum Dei Verbum: dicimus tamen, Christum in sidereo cœlo non

non ſubſtitiſſe, ſed ad ὑπερκόσμιον illam & ſupremam regionem, thronum & palatium Dei, beatarum mentium ſedem & domicilium, aſcendiſſe: quod vocatur Joh. 14: 2. Οἰκία τῦ Πατρὸς, *domus Patris*; *Paradiſus*, 2. Corinth. 12: 4. item τὰ ἅγια, Hebr. 9: 12. Sacrarium enim illud, ad quod nemini patebat aditus præterquam ſummo Pontifici, fuit cœleſtis hujus habitationis typus. Dei autem ſedem eſſe ultra mundi hujus aſpectabilis locum, etiam Gentium, fuit ſententia. Homerus dicit ὄλυμπον eſſe θεῶν ἕδος, Il. έ, vſ. 360.

Ὄφρ' ἐς Ὄλυμπον ἵκωμαι, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἑξίν.

Ut in *Olympum veniam, ubi immortalium ſedes eſt.*

Et mox, vſ. 367.

Αἶψα δ' ἔπειθ' ἵκοντο θεῶν ἕδος, αἰπὺν Ὄλυμπον.

Ac poſtea intrarunt deorum ſedem, excelſum Olympum.

Vide etiam Iliad. ead. vſ. 868. Il. θ', vſ. 456. Od. ζ, vſ. 42. Et ſuum *Jovem*, ait ὑπέρτατα δώματα ναίειν, ὀλύμπια δώματα ἔχειν. Vide Il. ά, vſ. 18. & alibi paſſim. Eundem vocat ὕπατον καὶ ἄριστον θεῶν. Vide Il. τ', vſ. 258. & Odyſſ. τ', vſ. 303. Ὕπατος idem quod ὑπέρτατος, *ſupremus*, *ſummus*: & reſpondet Hebr. עליון. Heſychius: Ὑπάτη, ὑπερτάτη, ἀνωτάτη. Philoſophus, lib. de Mundo, cap. 6. ait, Deum τὴν ἀνωτάτω καὶ πρώτην ἕδραν eſſe ſedem & domicilium Dei, non quòd non ſit ubique immediatâ & ſubſtantiali divinitatis ſuæ præſentiâ, ſed quia in cœlo gloriam ſuam clariùs oſtendit: in eo ſiquidem nullus peccato, nullus morti, nullus miſeriæ, quæ regni Dei gloriam obſcurare ſolent, locus eſſe poteſt. Damaſcenus, lib. 1. Orthod. fidei, cap. 16. pag. 57. Λέγεται θεὸς ἐν τόπῳ εἶναι, καὶ λέγεται τόπος θεῦ, ἔνθα ἐκδηλος ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ γίνεται. *Deus dicitur in loco eſſe, & Dei locus dicitur, ubi ejus manifeſta fit operatio.* Et paulò poſt: Λέγεται τοιγαροῦν θεῦ τόπος, ὁ πλέον μετέχων τῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ θρόνος· ἐν αὐτῷ γάρ εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν. *Dicitur igitur Dei locus, qui plus participat operationis & gratiæ ejus. Propterea cœlum dicitur thronus ejus: in illo enim ſunt voluntatem ejus facientes Angeli, eumque ſemper glorificantes.* Theodoretus in Pſal. 114. Ἐνδιαιτᾶται τῷ οὐρανῷ τῶν ὅλων ὁ Κύριος,

ριος, ὃ περιγεγραμμένην ἔχων τὴν Φύσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις τῶν ἀγγέλων χαίρων χοροῖς. *Universorum Dominus* in cœlo habitat, *non quasi circumscriptam habeat naturam, sed quia Angelorum ibi versantium choris delectatur.* Chrysostomus, Homil. 16. in Epist. ad Hebræos, t. 4. pag 519. Ὁ θεὸς λέγεται εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ. Διατί; οὐ τόπῳ ἐναποκλειόμενος· μὴ γένοιτο· οὐδὲ τὴν γῆν ἔρημον τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀΦείς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ τῇ οἰκειώσει τῇ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. Deus dicitur in cœlo esse. *Cur? Non loco conclusus: absit: neque terram suâ præsentiâ destitutam relinquens, sed propter familiaritatem & conjunctionem cum Angelis.* Cyrillus Alex. in cap. 66. Es. pag. 883. Εἰ λέγοιτό που κατοικεῖν ἐν οὐρανῷ θεὸς, μηδὲν νοείσθω σωματικὸν ἐπ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἐν τόπῳ καὶ περιγραΦῇ τὸ θεῖον εἶναι Φαμὲν, ὅτι καὶ ἁπλοῦν ἐς, καὶ ἀσώματον, καὶ πάντα πληροῦν· Ἐπειδὰν δὲ τοῖς ἄνω πνεύμασιν, ὡς ἁγίοις ἐπαναπαύεται, ταύτην τοι Φαμὲν θρόνον τε καὶ οἶκον αὐτοῦ τὸν οὐρανόν. *Sicubi* Deus *dicatur* in cœlo habitare, *nihil corporeum de eo cogitetur: non enim in loco, vel circumscriptum esse Deum dicimus, quia & simplex est, & incorporeus, & omnia implet. Quoniam verò in cœlestibus spiritibus, ut sanctis acquiescit, hanc ob causſam dicimus,* cœlum esse thronum & domum ejus. Theodoretus, quæst. 3. in Genesin: Μόνον τὸ θεῖον, ὡς ἀπερίγραπτον, οὐκ ἐν τόπῳ. *Sola divinitas, veluti minimè circumscripta, non est in loco.* Macarius, Homil. 16. pag. 244. Ὁ θεὸς ἀπερίγραπτός ἐς, καὶ ἀκατάληπτος, πανταχοῦ ἐπιΦαινόμενος. *Deus est incircumscriptus & incomprehensibilis, ubique apparens.* Chrysostomus, in Psal. 114. dicit, *cœlum vocari* οἶκον τοῦ θεοῦ, διὰ τὸ καθαρὸν εἶναι τὸ χωρίον τῆς πονηρίας, domum Dei, *quia locus ille à malitia sit purus.* Theophanes; ferè ex Nysseno de professione Christiana, t. 3. pag. 273. Homil. 41. pag. 291. οὐκ ἀΦώρισαι τῷ θεῷ κατ' ἐξαίρετον ἡ οὐράνιος οἴκησις· ἀλλ' ἐπειδὰν καθαρεύει κακίας ἁπάσης ἡ ἄνωθεν λῆξις, διὰ τοῦτο ὁπηνίκα τοῦ οὐρανοῦ μνήμην ποιεῖται, τὴν ἀπαθῆ ζωὴν νοεῖν δίδωσι, καὶ παντὸς κακοῦ καθαρεύουσαν. *Habitatio cœlestis Deo non est per excellentiam assignata: sed quoniam superna illa sedes pura est ab omni malitia, ideo, quotics cœli mentionem facit, beatam illam vitam omni passione vacuam, atque ab omni malo puram intelligit* sc. Scriptura.

3. *Christus verè & reali motu ascendit in cœlum.* Ἀναβαίνειν, *ascendere* est verbum πολύσημον. Sumitur enim,

a. *Metaphoricè: Cùm dicitur de Deo.* Deus enim *descendere* dicitur, quando visibili Symbolo præsentiam suam testatur, & visibile illud Symbolum nobis exhibet συγκαταβατικῶς, ut sese imbecillitati naturæ nostræ accommodet, Gen. 18:21. Sic *ascendere* dicitur, cùm formam illam visibilem ex hominum oculis, peracto ministerio, subducit, ut factum Genes.

Geneſ. 35:13. Hîc in genere obſervanda illa veterum monita. Theodoreti, in Pſal. 119. ad vſ. 135. pag. 903. Ἀσώματον μέν τὸ θεῖον, καὶ ἁπλοῦν, καὶ ἀσύνθετον· σωματικώτερον δὲ καὶ παχύτερον ἡ θεία γραφὴ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται, τῇ Φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων μετροῦσα τοὺς λόγους. *Deus quidem incorporeus eſt, & ſimplex, compoſitioniſque expers; ſed tanquam de re corporea & craſſius divina ſcriptura de ipſo loquitur, hominum naturâ ſermones metiens.* Damaſcenus, lib. 1. Orthod. fidei, cap. 14. pag 50. Εἰδέναι χρὴ, ὡς ἀνθρώπους ὄντας ἡμᾶς, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον περικειμένους, τὰς θείας, καὶ ὑψηλὰς, καὶ ἀΰλους τῆς θεότητος ἐνεργείαις νοεῖν, ἢ λέγειν ἀδύνατον, εἰ μὴ εἰκόσι καὶ τύποις, καὶ συμβόλοις τοῖς καθ' ἡμᾶς χρησαίμεθα. Ὅσα τοίνυν περὶ θεοῦ σωματικώτερον εἴρηται, συμβολικῶς ἔχει λελεγμένα· ἔχει δέ τινα ὑψηλοτέραν διάνοιαν· ἁπλοῦν γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον. *Scire oportet, cùm nos ipſi ſimus craſſo carnis indumento induti & circumdati, nos minimè poſſe divinas, & ſublimes, materiæque expertes Dei operationes intelligere, aut eloqui, niſi imaginibus, typis, & ſymbolis à nobis petitis utamur. Quæcunque igitur de Deo, tanquam de re corporea, dicuntur, ſymbolicè ſunt dicta: habent autem ſublimiorem ſenſum: ſimplex enim Deus, nec ullam admittit figuram.* Cyrillus Alex. lib. 2. in Joh. cap. 5. pag. 198 Λαλεῖται τὰ περὶ τῆς ἀνωτάτω Φύσεως ἔχ ὡς ἔχει πάντως ἀληθείας, ἀλλ' ὅπως ἂν δύναιτοι διερμηνεύειν ἡ γλῶσσα, καὶ οὓς καταπροᾶσθαι τὸ ἀνθρώπινον. *Ea, quæ de ſuprema dicuntur natura, non dicuntur, ut verè ſunt, ſed, ut lingua interpretari, & aures humanæ audire poſſunt.* Idem, lib. 11. in Joh. cap. 2. ad vſ. 15. cap. 16. pag. 931. Πάντα τὰ περὶ θεοῦ λαλεῖται, λαλεῖται μὲν καθ' ἡμᾶς, νοεῖται γε μὴν ἔχ οὕτως, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμᾶς. *Omnia de Deo quidem humano enunciantur modo, at non ita intelliguntur, verùm modo, qui nos ſuperat.* Infinita alia omittimus. Jam verò audiamus, *quomodo Deus aſcendere, & deſcendere dicatur.* Chryſoſtomus, Homil. 60. in Geneſin: Τὸ, ἀνέβη, καὶ κατέβη, ἀνάξιον θεοῦ. *Illud, aſcendit, & deſcendit, indignum Deo.* Ita verò ſe Deus accommodat ad captum noſtrum διὰ τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν, *propter noſtram inſtitutionem.* Idem, Homil. 3. in 2. ad Corinth. pag. 563. Quando Deus dicit, Geneſ. 18:21. Δεῦτε καταβάντες ἴδωμεν· οὐ καταβάσεως δεόμενος λέγει, (καὶ γὰρ τὰ πάντα πληροῖ, καὶ πάντα οἶδε σαφῶς) ἀλλὰ παιδεύων ἡμᾶς, μὴ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι. Agedum, deſcendamus, & videamus: *hæc non dicit, quaſi deſcenſu ei ſit opus, (etenim omnia implet, & omnia perſpicuè novit) ſed ut nos doceat, ſe hæc non ſimpliciter pronunciare.* Origenes, lib. 4. contra Celſum, pag. 168. Θεὸν δὲ καταβαίνοντα ἐὰν λέγωσιν αἱ προφητικαὶ φωναὶ τὸν φήσαντα· Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; τροπολογοῦμεν· καταβαίνει γὰρ ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς ἰδίας

ἰδίᾳ μεγέθους καὶ ὕψους, ὅτε τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν Φαύλων οἰκονομεῖ. Καὶ ὥσπερ ἡ συνήθεια συγκαταβαίνειν Φησὶ τοῖς νηπίοις τὸς διδασκάλους, καὶ τοῖς ἄρτι προτραπεῖσιν ἐπὶ Φιλοσοφίαν νέοις τοὺς σοΦοὺς ἢ τοὺς προκόπτοντας, ἢ τῷ σωματικῶς αὐτοὺς καταβαίνειν· οὕτως εἴ που λέγεται ἐν ταῖς θείαις γραΦαῖς καταβαίνειν ὁ θεὸς, ἀνάλογον νοεῖται τῇ οὕτως χρωμένῃ τῷ ὀνόματι συνηθείᾳ, ὕτω δὲ καὶ ἀναβαίνειν. *Deum verò ſi Prophetarum oracula* deſcendentem *agnoſcunt, dicentemque*, Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? Jerem. 23:24. *Figuratè id dictum accipimus.* Deſcendit *enim Deus à ſua majeſtate & altitudine, quoties res hominum, præſertim malorum, diſpenſat. Et quemadmodum vulgaris loquendi conſuetudo magiſtros dicit* condeſcendere pueris, *& in Philoſophia provectos novitiis diſcipulis, nequaquam de corpore hoc volens intelligi: ita ſicubi Deus in ſacra ſcriptura* deſcendere *dicitur, parimodo intelligendum eſt, juxta receptam loquendi conſuetudinem: ita etiam* aſcendere *Deus dicitur.* Eodem prorſus ſenſu, Deum ἀπεῖναι καὶ παρεῖναι, *abeſſe & adeſſe*, dicit ſcriptura, ut docet Cyrillus Alexand. in cap. 5. Hoſeæ, pag. 93. his verbis: Τόπῳ μὲν ἀπεριόριστον παντελῶς τὸ θεῖον ἐστι. Παρεῖναι δὲ λέγεταί τισιν, ὅταν χαρίζηται τὴν εὐμένειαν· ἀπεῖναι δὲ αὖ τῶν ἡμαρτηκότων, ὅταν αὐτοὺς ἀποστρέΦηται, καὶ ἀνακόπτῃ τὴν ἡμερότητα. λαλεῖται μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως τὰ περὶ θεοῦ, νοεῖται γε μὴν ὡς ἂν αὐτῷ πρέποι. *Nulli prorſus loco incluſus eſt Deus: quibusdam verò* adeſſe *dicitur, quando ſuâ eos complectitur benevolentiâ:* abeſſe *verò rurſus à peccatoribus, quando eos averſatur, ſuamque reprimit manſuetudinem. Humano etenim more hæc & alia de Deo dicuntur, ſed ei convenienter intelliguntur.*

b. *Propriè* & κυρίως. Sic *aſcendere* ſignificat è loco inferiori in ſublimem, è terra in cœlum vero & reali motu evehi. Atque ſic Chriſtus juxta naturam humanam; ſecundum divinam ubique præſens eſt; peracto & abſoluto Redemtionis noſtræ negotio, carnem ſuam in cœlum intulit. Id probant verba & locutiones, quas Scriptura S. de aſcenſione Chriſti uſurpat, cujusmodi ſunt ἀναΦέρεσθαι, ἀναλαμβάνεσθαι, ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανόν, in quibus præpoſitionis ἀνὰ, in his verbis pro ἄνω poſitæ, ratio meritò habetur. Ἀναφέρεσθαι de aſcenſione Chriſti legitur Lucæ 24:51. Καὶ ἀνεΦέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. Beza: *Et ſurſum ferebatur in cœlum.* Vulgatus: *Et ferebatur in cœlum.* Optimè verſio in vulgarem linguam Græcam: Καὶ ἐΦέρετον ἀπάνου εἰς τὸν οὐρανόν, ut Beza. Ἀναφέρειν ergo eſt *ſurſum ferre*, ut καταΦέρειν *deorſum ferre.* Ariſtoteles de Mundo: Ἀναθυμιάσεις ἀναΦέρονται εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα. *Exhalationes ſurſum feruntur, in altum tolluntur: feruntur in aërem, qui ſupra nos eſt.* Ita Photius, Πρὸς οὐ-

ρανὸν

ρανὸν ταῖς ἀρεταῖς ἀναφέρεσθαι, *virtutibus in cœlum ferri.* Ἀναλαμβάνεσθαι de eadem ascensione Marci 16: 19. Ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, *sursum receptus est in cœlum.* Ita Act. 1: 2, 11, 22. & 1. Timoth. 3: 16. Nec aliter Act. 10: 16. ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανὸν, *receptum est vas in cœlum*, quod vs. 11. dicitur καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, *demissum in terram.* Etsi autem hoc verbum eadem significatione non sit usitatum apud Auctores profanos, est tamen apud Ecclesiasticos. 2. Reg. 2: 9. de Elia: Πρὶν ἢ ἀναλημφθῆναι με ἀπὸ σοῦ. *Antequam abs te assumar.* Quod vs. 11. est, ἀνελήφθη ἐν συσσεισμῷ ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. *Assumtus fuit in turbine in cœlum.* Hinc à Damasceno, lib. 4. Orthod. fidei, cap. 25. pag. 381. vocatur πύριππος ἁρματηλάτης καὶ οὐρανοφοίτης, *qui igneo curru in cœlum sublatus est.* Quòd LXX. habent ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν, particula ὡς, quæ in contextu originali minimè apparet, quibusdam ex veteribus occasionem dedit affirmandi, *Eliam non in cœlum*, sed *quasi in cœlum*, *fuisse assumtum.* Theodoretus in Psal. 24. pag. 486. Ὁ μέγας Ἠλίας ἀνελήφθη μὲν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. *Magnus Elias assumtus est quidem, at non in cœlum, sed tanquam in cœlum.* Theophylactus, in cap. 24. Lucæ: Ἠλίας ὡς εἰς οὐρανὸν ἀνεφέρετο, ὡσανεὶ γὰρ ἐδόκει εἰς οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι. *Elias quasi in cœlum sursum ferebatur, videbatur enim quasi in cœlum sursum ferri.* Chrysostomus, Homil. 87. quæ est de Ascensione Christi, t. 5. pag. 600. Ἠλίας μὲν ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη, δοῦλος γὰρ ἦν· ὁ δὲ Ἰησοῦς εἰς τὸν οὐρανὸν, δεσπότης γὰρ ἦν. *Elias quidem quasi in cœlum assumtus fuit, servus enim erat: Jesus verò in cœlum, Dominus enim erat.* Alii tamen obscurè fatentur. Ipse Chrysostomus, eum in cœlum fuisse assumtum, haud ter audivimus loquentem, Homil. 2. ad populum Antiochenum, t. 1. edit. Paris. pag. 37. de Elia scribit: Διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιὼν, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὴν μηλωτὴν, τῷ μαθητῇ κατέλιπε. *Propterea & in cœlum ascendens, nihil aliud quàm ovillam pellem, discipulo reliquit.* Idem, Homil. 121. t. 6. pag. 792. Ἠλίας ἀνελήφθη, θανάτου μὴ γευσάμενος. *Elias sursum receptus est, nec mortem gustavit.* Greg. Nazianzenus, Orat. 34. pag. 549. Ἠλίαν ἅρμα πυρὸς ἀνάγει πρὸς οὐρανὸν, δηλοῦν τοῦ δικαίου τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον. *Eliam igneus currus in cœlum evexit, significans justi illius virtutem, humanum fastigium excedentem.* Vide Ravanellum in verbo *Transfero*, num. 1. 5. Ἀναλαμβάνεσθαι eandem significationem habet Sirac. 49: 16. ubi de Enocho: Ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς γῆς. *Sursum receptus est à terra.* 1. Maccab. 2: 58. Ἠλίας ἀνελήφθη ἕως εἰς τὸν οὐρανόν. *Elias sursum receptus est usque ad cœlum.* Quid si igitur credamus, etiam LXX. Interpretes scripsisse, ἕως εἰς τὸν οὐρανὸν,

ρανὸν, non verò, ὡς εἰς τὸν οὐρανόν; Reſtat verbum ἀνέρχεσθαι, quod nonniſi *aſcendendi* ſignificatu in N. Teſt. reperitur adhibitum. Vide Joh. 6: 3. Gal. 1: 17, 18. Veteres Gl. Ἀνέρχομαι, *ſubeo*, *ſcando*, *aſcendo*. Chriſtum autem vero corpore ſuo in cœlum aſcendiſſe, veteres paſſim docent. Id facit Chryſoſtomus, Homil. 2. in Acta: Ἐτειδὰν μὴ ἀρκοῦσιν οἱ ὀφθαλμοὶ δεῖξαι τὸ ὕψος, μὲδὲ παιδεῦσαι, πότερον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνῆλθεν, ἢ ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅρα τί γίνεται. Ὅτι μὲν αὐτός ἐςιν Ἰησοῦς, ᾔδεσαν ἐξ ὧν διελέγετο πρὸς αὐτούς· (πόῤῥωθεν γὰρ μὴ ἐνῆν ἰδόντας γνῶναι) ὅτι δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναλαμβάνεται, αὐτοὶ λοιπὸν ἐδίδασκον οἱ ἄγγελοι. *Quandoquidem oculi non ſufficiunt ad oſtendendam ſublimitatem, neque ad docendum, utrum in cœlum aſcenderit, an quaſi in cœlum, ecce quid ſit. Eum quidem eſſe Jeſum, ſciebant ex eo, quòd cum iis colloquebatur: (eminus enim ſi eum vidiſſent, non potuiſſent cognoſcere) quòd autem ſurſum in cœlum aſſumatur, ipſi docebant Angeli.* Vide Actor. 1: 10, 11. Theophylactus, in cap. 24. Lucæ, pag. 546. Ἀνεφέρετο δὲ εἰς τὸν οὐρανόν. Ἠλίας μὲν γὰρ ὡς εἰς οὐρανὸν, ὡσανεὶ γὰρ εδόκει εἰς οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι· ὁ δὲ Σωτὴρ εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν πρόδρομος πάντων ἀνελήλυθε, μετὰ τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ, καὶ σύνεδρον αὐτὴν ἀποδεῖξαι τῷ Πατρί. *Ferebatur autem ſurſum in cœlum. Elias enim quaſi in cœlum; videbatur enim quaſi ſurſum in cœlum ferri: at Salvator in cœlum ipſum præcurſor omnium aſcendit, ut appareat cum ſancta carne ſua in conſpectu Dei, eamque apud Patrem conſidere oſtendat.* Chryſoſtomus, Homil. 161. t. 5. p. 974. Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ἀνῆλθε, μὴ μετάβασιν τοπικὴν ὑπὸ θεοῦ ὑποβάλῃς· ἡ γὰρ θεότης ἅπαντα πληροῖ, καὶ πανταχοῦ πάρεσι· τὸ δὲ ὁμογενὲς ἡμῖν σῶμα ἀναλαβεῖν κατηξίωσεν· αὐτό ἐςι τὸ ἀναλαμβανόμενον. *Si audieris, quòd aſcenderit, ne loci mutationem corporalem in Deo eſſe exiſtimes: deitas enim omnia implet, & ubique præſens eſt: cognatum verò nobis corpus aſſumere dignatus eſt: illud ſurſum fuit receptum.* Chryſippus, in Biblioth. Photii, Cod. 171. p. 384. de Chriſto: Μετὰ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἀνελήφθη. *Cum noſtra natura ſurſum receptus fuit.* Auguſtinus tom. 10. Serm. 191. *Credite, Chriſtum in cœlos cum carne, quam de noſtro aſſumſit, aſcendiſſe.* Idem, Epiſt. 146. *Ego Domini corpus ita in cœlo eſſe credo, ut erat in terra, quando aſcendit in cœlum.* Et tom. 8. in Pſal. 44. *Chriſtus aſcendit, abſentavit ſe corpore.* Rufinus, in Expoſ. Symboli, pag. 555. *Aſcendit ergo ad cœlos, non ubi Verbum Deus antè non fuerat: quippe qui erat ſemper in cœlis, & manebat in Patre; ſed ubi Verbum caro factum antè non ſederat.* Meritò igitur cum Tertulliano, cap. 24. de Carne Chriſti, pag. 554. dicimus, *Erubeſcant illi, qui aſſirmant, carnem in cœlis vacuam ſenſu, ut vaginam, exemto Chriſto,*

Christo, sedere: aut qui carnem & animam tantundem, aut tantummodo animam, carnem verò non jam. Qui absurdissimum hunc errorem foverint, incertum. Illum autem, quo Christus sine carne in cœlos ascendisse dicebatur, attribuit Philastrius Passionistis, Seleucianis, ac Hermianis: quòd carnem exspoliatam, cùm in cœlum ascenderet, in sole posuerit Christus, juxta illud: In sole posuit tabernaculum suum. Cum Greg. Nazianzeno etiam, ex Epist. 1. ad Cledonium, pag. 739. pro-nunciamus: Εἴτις ἀποτεθεῖσθαι νῦν τὴν σάρκα λέγοι, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα σώματος, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας. ποῦ γὰρ τὸ σῶμα νῦν, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προσλαβόντος; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς Μανιχαίων λήρους τῷ ἡλίῳ ἐναποτέθειται, ἵνα τιμηθῇ διὰ τῆς ἀτιμίας, ἢ εἰς τὸν ἀέρα ἐχύθη καὶ διελύθη, ὡς Φωνῆς Φύσις, καὶ ὀδμῆς ῥύσις, καὶ ἀσρατῆς δρόμος οὐχ ἱσαμένης. ποῦ δὲ τὸ ψηλαφηθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάςασιν, ἢ ὀφθήσεσθαί ποτε ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων; θεότης γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἀόρατος· ἀλλ' ἥξει μὲν μετὰ τοῦ σώματος, ὡς ἐμὸς λόγος· τοιοῦτος δὲ οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, ἢ παρεδείχθη ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. *Si quis carnem nunc depositam esse, nudamque ac corpore vacuam divinitatem esse, non autem cum assumta parte & esse, & venturam esse dixerit, præsentiæ illius gloriam non cernat. Ubi enim nunc corpus fuerit, nisi cum ea natura, à qua assumtum est? Non eretur: aut in aërem fusum & dissolutum est, ut vocis natura & odoris fluxio, & fulguris cursus minimè consistentis. Ubi etiam illud ponemus, quòd ipse post resurrectionem contactus fuisse scribitur, aut ab iis, à quibus confixus est, aliquando videbitur? Divinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verùm cum corpore quidem ut sentio, veniet: talis autem, qualis discipulis in monte apparuit, aut obiter ostensus est, divinitate carnem superante.* De Seleucianis & Hermianis Augustinus, hæresi 59. *Negant Salvatorem in carne sedere ad dextram Patris, sed ea se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse, accipientes occasionem de Psalmo, ubi legitur,* In sole posuit tabernaculum suum. Locus est Psal. 19:5. qui ad solem, cui Dominus in cœlo domicilium posuit, non ad Christum pertinet. Id quod omnes linguæ Hebraicæ periti sciunt. Itaque legendum est, *soli in illis tabernaculum posuit.* Sed imperitiâ linguæ Hebraicæ sæpe à veteribus erratum est. Vide etiam Theodoretum, hæret. fab. lib. 1. cap. 19.

4. *Rationes*, cur Christus in cœlum ascenderit, sunt variæ: præcipuas indicasse satis erit.

a. Conditio nostra ascensionem Christi exigebat. Et quidem fides nostra:

noſtra : debuit enim aſcendere, ut certiores fieremus, redemtionis noſtræ negotium eſſe ab eo peractum & abſolutum, alioqui cœlorum aditus illi non patuiſſet. Deinde ſpes noſtra : quis enim ſperare unquam poſſet, ſe regno cœlorum aliquando potiturum, & cœli poſſeſſionem aditurum, niſi Chriſtus naturam noſtram cœlo intuliſſet ? Hinc Leo, Serm. 1. de Aſcenſione : *Chriſti aſcenſio, noſtra profectio eſt : & quò præceſſit gloria capitis, eò ſpes vocatur & corporis.* Chryſoſtomus, Homil. 161. t. 5. quæ eſt 1. de Aſcenſione, pag. 971. Διὰ τοῦτο ἑορτάζειν ὀφείλομεν, ἐπειδὰν σήμερον τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, τουτέστι, τὴν σάρκα, ἐν οὐρανοῖς χριστὸς ἀνήγαγε. *Propterea diem feſtum agere debemus, quoniam hodie Chriſtus primitias noſtræ naturæ, id eſt, carnem in cœlum ſubduxit.* Ibid. Orat. 2. de Reſurrectione : Διὸ λοιπὸν χρηστὰς ἔχομεν τὰς ἐλπίδας, πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀπαρχὴν ἀφορῶντες. *Propterea deinceps bonam ſpem habemus, ad primitias noſtras reſpicientes.* Id ipſum notabat ſciſſio veli, facta in morte Chriſti. Photius, Epiſt. 125. pag. 166. Ῥήγνυται τὸ καταπέτασμα, τοῦ δεσπότου σταυρουμένου, τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον πᾶσιν ἡμῖν ὑποσαλπίζον καὶ εὐαγγελιζόμενον. Καὶ γὰρ δὴ διὰ τοῦ ζωοποιοῦ θανάτου αὐτοῦ, τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον, παντὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, ἐνεκαίνισεν ὁ διὰ τοῦτο κενωθείς, καὶ σάρκα τὴν ἡμετέραν προσλαβὼν, καὶ πάντα παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. *Rumpitur velum crucifixo Domino, & tuba clarius ſignificatur & prædicatur, introitum in cœlos nobis ſingulis patere. Certè enim is, qui ob hoc ipſum exinanitus fuit, & carnem noſtram aſſumſit, & omnia paſſus eſt pro nobis, Chriſtus ille Deus noſter, per mortem ſuam vivificantem univerſo mortalium generi ingreſſum in cœlos inſtauravit.* Hoc etiam innuit Apoſtolus ad Hebr. 6: 19, 20. quando Chriſtum, πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν, dicit ingreſſum eſſe εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. Inde noſtram etiam in cœlum aſcenſionem probat Chryſoſtomus, Homil. 11. in hanc Epiſtolam. Ὁ δὲ πρόδρομος τινῶν ἐστι πρόδρομος, ὥσπερ Ἰωάννης τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, εἰσῆλθεν, ἀλλ', ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν· ὡς καὶ ἡμῶν ὀφειλόντων καταλαβεῖν· οὐ πολὺ γὰρ τοῦ πρόδρομου καὶ τῶν ἑπομένων ὀφείλει εἶναι τὸ μέσον. ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἴη πρόδρομος· τὸν γὰρ πρόδρομον καὶ τοὺς ἑπομένους ἐν τῇ αὐτῇ χρὴ εἶναι ὁδῷ· καὶ τὸν μὲν ὁδεύειν, τοὺς δὲ ἐπικαταλαμβάνειν. *Præcurſor autem aliquorum eſt præcurſor, ut Johannes Chriſti. Nec ſimpliciter dixit*, introiit, *ſed*, ubi præcurſor pro nobis introiit : *ſignificans, etiam nos ſequi oportere : non enim oportet magnam eſſe diſtantiam inter præcurſorem & ſubſequentes ; alioqui enim non eſſet præcurſor : præcurſorem namque & ſubſequentes in eadem via eſſe oportet : & illum quidem iter facere, hos verò ſubſequi.* Theophylactus ad Apoſtoli

ſtoli locum, pag. 932. imitatur, pro more, Chryſoſtomum. Οὐχ ἁπλῶς εἰσῆλθεν ὁ χριστὸς, ἀλλὰ πρόδρομος εἰσῆλθε, τουτέστιν, ὡς καὶ ἡμῶν ὀφειλόντων εἰσελθεῖν. Ὁ γὰρ πρόδρομος, τινῶν ἐστιν ἀκολουθούντων πρόδρομος· καὶ οὐδὲ πάνυ πολὺ τὸ μέσον τῆ προδρόμου καὶ τῶν ἑπομένων, ὥσπερ οὐδὲ Ἰωάννου καὶ Χριστοῦ· μὴ τοίνυν ἀσχάλλετε· ὀσονούπω εἰσελευσόμεθα ὅπου ὁ πρόδρομος ἡμῶν. *Non ſimpliciter ingreſſus eſt Chriſtus, ſed* præcurſor ingreſſus eſt, *hoc eſt, quòd & nos deneque inter Johannem & Chriſtum. Ne igitur ægrè feratis: quemadmodum valde multum eſt intervalli inter præcurſorem & ſequentes, quemadmodum beamus ingredi. Præcurſor enim, quorundam ſequentium eſt præcurſor: nec ſumus in eum locum, in quo præcurſor noſter eſt.* Addit: Οὐκ ἠρκέσθη δὲ εἰπεῖν, Πρόδρομος, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ τὸ, ὑπὲρ ἡμῶν, εἰς πλείω πίστωσιν, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· ἐκ αὐτὸς εἰδεῖτο τῆ ἑαυτοῦ ἐλθεῖν· πῶς γὰρ θεὸς ὤν; ἀλλ' ὥσπερ σάρκα δι' ἡμᾶς ἔλαβεν, οὕτω καὶ δι' ἡμᾶς εἰσῆλθεν ἐσώτερον τῆ οὐρανῆ, ἵνα ἡμῖν ἀνοίξη τὴν ὁδόν· ὥστε ἀναγκαίως εἰσελευσόμεθα καὶ αὐτοί. *Nec contentus fuit dicere, præcurſor, ſed appoſuit etiam, pro nobis, ad majorem confirmationem, quaſi dicat: Ipſi non erat opus eò ingredi: quomodo enim, cùm Deus eſſet? Verùm, ſicut carnem propter nos aſſumſit: ſic & propter nos interius cœlum ingreſſus eſt, ut nobis viam patefaceret. Neceſſariò itaque ingrediemur etiam ipſi.*

b. Si munus ejus mediatorium intueamur, debuit aſcendere in cœlum ut Rex, morte penitus debellata: Satana profligato debuit in cœlum aſcendere, ut gloriosè regnaret & triumpharet, & in ſolio majeſtatis ſuæ, quod eſt in cœlis, conſideret: ut ſacerdos, oblato in terris ſacrificio debuit εἰς τὰ ἅγια victimam inferre, & in ſacrarium, quod eſt cœlum, ingredi. Nam ſi eſſet in terra, ne ſacerdos quidem eſſet, ad Hebr. 8:4. Officium enim ſummi ſacerdotis fuit, victimam immolare in altari holocauſtorum extra ſanctuarium, deinde verò ingredi in ſanctuarium cum ſanguine victimæ oblatæ. Sic Chriſtus ſe ipſum debuit offerre, deinde in ſacrarium verum, quod eſt cœlum, ingredi, & ſeſe ſiſtere coram Deo. Si autem eſſet in terra, nondum ingreſſus eſſet in cœlum, atque ita neque ſacerdotis officio plenè atque perfectè defunctus fuiſſet, ac proinde ne ſacerdos quidem eſſet. Theophylactus ad hunc locum, pag. 950. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐκ ἂν ἦν ἱερεύς. ἦσαν γὰρ ἕτεροι, καὶ ἐπανάστασις ἂν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα. Νῦν δὲ τὸν οὐρανὸν ἔχων τόπον, καὶ ἐκεῖ ἀναγαγὼν τὸ ἰδικεῖον σῶμα, ἐκεῖ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Πατρί· ὥστε ἐπειδὰν ἄνω ἐσι, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἱερεύς ἐσι. *Si enim ſuper terram eſſet, ſacerdos non eſſet. Erant enim alii in terris ſacerdotes, & ad factionem res iſta pertinere videretur. Jam verò cùm*

pro

pro ſuo loco ipſum habeat cœlum, & illuc corpus ſuum tranſtulerit, illuc interpellat pro nobis apud Patrem. Itaque quia in ſupernis eſt, propterea magis eſt ſacerdos.

II. *De Seſſione Chriſti ad dextram Dei Patris.* Hanc Chriſti Seſſionem veteres vocant τὴν ἐκ δεξιῶν καθέδραν. Ita Nazianzenus, Orat. 2. de Filio Dei, Chryſoſtomus, Homil. 34. t. 5. & alii. Gregorius Nyſſenus, Orat. in S. Stephanum, t. 3. pag. 365. vocat καθίζησιν. Chriſtus aſcendit in cœlum, ut in *thronum gratiæ*, Hebr. 4: 16. per quem intelligi poteſt Deus ipſe favens & propitius, qui ſcilicet fide accedentibus ad ipſum gratiam facit, & propitium ſe exhibet, propter Chriſtum mediatorem. Vel, θρόνος τῆς χάριτος eſt ipſum cœlum: Chriſti enim thronus eſt cœlum; de quo ad Hebræos 1: 3, 8. Ex quo Chriſtus in cœlum aſcendit, & in eo, ut throno, conſedit, atque ita cœlum eſſe *thronus gratiæ* incepit, *factum eſt cœlum novum & terra nova.* Θρόνος χάριτός ἐστιν, οὐ θρόνος κρίσεως νῦν. Thronus gratiæ, non thronus judicii nunc eſt: inquit Chryſoſtomus, Homil. 7. in Epiſt. ad Hebræos. Et paulò pòſt: Ἂν νῦν προσέλθῃς, λήψῃ καὶ χάριν καὶ ἔλεον· εὐκαίρως γὰρ προσέρχῃ· ἂν δὲ τότε προσέλθῃς, οὐκέτι· ἄκαιρος γὰρ τότε ἡ πρόσοδος· οὐ γάρ ἐστι τότε θρόνος χάριτος· θρόνος χάριτός ἐστιν, ἕως κάθηται χαριζόμενος ὁ βασιλεύς· ὅταν δὲ ἡ συντέλεια γένηται, τότε ἐγείρεται εἰς κρίσιν. *Si nunc adiveris, accipies & gratiam & miſericordiam: opportunè enim adis: ſin autem tunc adieris, non amplius: importunus enim tunc eſt aditus: non eſt enim tunc thronus gratiæ.* Thronus gratiæ *eſt, dum ſedet rex gratiam conferens: quando autem erit finis ſeculi, tunc ſurgit ad judicium.* Theophylactus ad vſ. 16. cap. 4. ad Hebræos, pag. 911. Δύο θρόνοι εἰσὶν, ὁ μὲν νῦν χάριτος, ᾧ οἱ προσερχόμενοι λαμβάνουσι θείᾳ χάριτι τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ τῆς δευτέρας παρουσίας θρόνος, οὐ χάριτος, (οὐδεὶς γὰρ τότε λαμβάνει ἄφεσιν) ἀλλὰ κρίσεως. *Duo ſunt throni, præſens quidem gratiæ, ad quem accedentes accipiunt per divinam gratiam liberationem à peccatis: alter autem ſecundi adventus thronus, non eſt gratiæ, (nemo enim tum accipiet remiſſionem) ſed judicii.* Et Theodoretus ad eundem locum, pag. 414. Κατὰ τὸν παρόντα προσιόντες βίον, καὶ τὴν ἀκραιφνῆ καὶ εἰλικρινῆ πίστιν ἐπιδεικνύμενοι, ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ τῆς Φιλανθρωπίας τευξόμεθα. *In præſenti vita accedentes*, ſc. ad thronum gratiæ, *& puram ac ſinceram fidem exhibentes, in die judicii clementiam conſequemur.* Poſtquam Chriſtus aſcendit in cœlum, conſedit ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης, *in dextera majeſtatis*, ad Hebr. 1: 3. ſive ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, *ad dexteram Patris*, ut eſt Pſ. 110: 1. Hoc eſt, ex illo tempore facit, quæ ſunt Regis in regno Dei, pleno jure

jure regnantis cum gloria, 1. Corinth. 15: 25. *Sedere* enim est regnare: & quidem in maxima gloria. Nam, quem Deus ad dexteram collocavit, eum honorare voluit, ejusque gloriam quæsivit, & quidem ad gloriam suam. Modus loquendi sumtus est eo, quod inter homines sit. Qui alium honorare vult, etiamsi summus sit, eum ad dexteram collocat. Non ignoramus Judæorum circa locum ex Psalmo 110. adductum παρερμηνείας. Alii enim ista ad *Ezechiam*, alii ad *Davidem*, alii ad *Zorobabelem*, alii ad *Abrahamum*, alii ad *Abrahami servum* referunt. *De Ezechia* habemus testem Justinum M. in Dialogo cum Tryphone, qui de hoc Psalmo sic scribit: Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ὅτι εἰς τὸν Ἐζεχίαν τὸν βασιλέα ἐξηγεῖσθαι τολμᾶτε, οὐκ ἀγνοῶ, ἐπεῖπον. *Vos etiam hunc Psalmum de Ezechia rege interpretari audere, non ignoro, subjiciebam.* Et Tertullianum, lib. 5. adv. Marcionem, cap. 9. pag. 791. *Sed necesse est, ad meam sententiam pertinere defendam eas Scripturas, quas & Judæi nobis avocare conantur. Dicunt denique hunc Psalmum in Ezechiam cecinisse, quia is, ajunt, sedit ad dexteram Templi, & hostes ejus averterit Deus & absumserit. De Abrahamo & Zorobabele* interpretatos esse Judæos, testatur in hunc Psalmum Chrysostomus: Τίνα οὖν ἐκεῖνοι λέγουσι; τὸν θεόν· τὸν δὲ ἀκούοντα; τὸν Ἀβραάμ· ἕτεροι δὲ τὸν Ζοροβάβελ, καὶ ἄλλοι ἕτερον. *Quem igitur illi loquentem esse dicunt? Deum: quem verò audientem? Abrahamum: alii verò Zorobabelem, & alii alium.* Catena Græca ad hunc locum: Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, τὸ γελοιότερον, εἰς τὸν Ἀβραὰμ εἰρῆσθαι λέγουσι, καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. *Judæi verò, id quod magis ridiculum est, de Abrahamo dictum volunt, consedisse eum ad dextram Dei.* Ita ex Rabinis locum interpretatus est Solomon Jarchi. *De Davide* interpretantur Psalmum Aben-Ezra & David Kimchi: quorum opinionem refutat Chrysostomus his verbis: Καὶ τὰ ἑπιόντα δὲ δηλοῖ, ὅτι οὐδὲν περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐνταῦθα εἴρηται, οὐδὲ περὶ τοῦ Δαυίδ· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἱερωσύνῃ τετίμηται. *Sequentia verò declarant, nihil hoc loco de Zorobabele dictum esse, neque de Davide: neuter enim eorum sacerdotii dignitate fuit honoratus.* Quosdam hæc eadem verba *de populo Israëlitico* accepisse, haud obscurè idem innuit Chrysostomus: Ἀλλὰ καὶ ἕτερά τινα λέγουσι τούτων ἐωλότερα, περὶ τοῦ λαοῦ λέγοντες ταῦτα εἰρῆσθαι. *Verùm etiam alia quædam his magis frivola dicunt, de populo hæc dicta esse asserentes.* Et paulò pòst: Πῶς δὲ ἢ τῷ Δαυὶδ, ἢ τῷ Ζοροβάβελ, ἢ τῷ λαῷ ταῦτα ἁρμόσειεν; *Quomodo verò hæc vel Davidi, vel Zorobabeli, vel etiam populo convenirent? De servo* tandem *Abrahami* quosdam præsentem locum accepisse, iterum monet Chrysostomus:

mus: Τί γάρ φασιν ἄλλοι πάλιν; ὅτι ὁ παῖς τῦ Ἀβραὰμ ταῦτα λέγει περὶ τῦ κυρίε τοῦ ἑαυτοῦ. *Quid enim alii rursus dicunt? servum Abrahami hæc dicere de domino suo.* Hæc autem verba de Christo esse accipienda, ex historia Evangelica, & ex Apostolo notum. Vide Matth. 22: 44. Marci 12: 36. Lucæ 20: 42. Actor. 2: 34. Hebr. 1: 13. Quis verò concedat, Ezechiam esse sacerdotem in æternum juxta ordinem Melchisedech? Justinus M. in Dialogo cum Tryphone: Ἱερεὺς δὲ ὅτι μ γέγονεν Ἐζεχίας, ὅτε ἐςὶν αἰώνιος ἱερεὺς τῦ θεῦ, μδὲ ὑμεῖς ἀντειπεῖν τολμήσετε. *Ezechiam verò neque sacerdotem fuisse, neque æternum Dei sacerdotem esse, neque vos contradicere audebitis.* Et Tertull. adv. Marcionem, lib. 5. cap. 9. pag 791: *Quod & in ipso hic accedit*, Tu es sacerdos in ævum. *Nec sacerdos autem Ezechias, nec in ævum, etsi fuisset.* Secundum ordinem, *inquit*, Melchisedec. *Quid Ezechias ad Melchisedec Altissimi sacerdotem, & quidem non circumcisum?* De Messia autem ista intelligenda esse, docet ibidem. *At in Christum*, inquit, *conveniet ordo Melchisedec, quoniam quidem Christus proprius & legitimus Dei antistes, præputiati sacerdotii Pontifex (tum in Nationibus constitutus, à quibus magis suscipi habebat) cognituram se quandoque circumcisionem & Abrahæ gentem quum ultimò venerit, acceptione & benedictione dignabitur.* Theodoretus etiam in hunc Psalmum, pag. 849. dicit, *Davidem* Κύριον ἑαυτοῦ καλεῖν τὸν δεσπότην χριςὸν, *Dominum suum vocare Christum Dominum.* Sed paulò distinctius hanc Sessionem Christi ad dexteram Patris examinemus.

Dexteram Patris audientes, nihil in Deo humanum cogitemus, sed *summam gloriam & potentiam* significari credamus. Theodoretus in Ps. 19. pag. 471. dicit, τὴν θείαν ἐνέργειαν, *divinam efficacitatem* seu *potentiam*, vocari *dexteram Dei.* Apud Athanasium, quæst. 45. de Parabolis Scripturæ, t. 2. pag. 406. Δεξιὰν ἀκούων τοῦ θεῦ, μὴ τόπους καὶ σχήματα δόξης περιγράφει. Δεξιὰ γὰρ καὶ ἀριςερὰ τῶν περιγραφομένων ἐςίν· ὁ δὲ θεὸς ἄπλαςος καὶ ἀόριςος, καὶ ἀσχημάτιςος καὶ ἀπερίγραπτός ἐςι. Δεξιὸν δὲ τῦ θεῦ ὅταν ἀκούσης, τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῦ θεῦ εἶναι νόει. *Quando* dextram *Dei audis, ne loca & figuras vel species gloriæ tibi fingas.* Dextra *enim & sinistra eorum sunt, quæ circumscriptam habent naturam. Deus verò forma caret, infinitus est, formam non recipit, & incircumscriptus est. Quando verò* dexteram Dei *audis, gloriam & honorem Dei intellige.* Augustinus de Fide & Symbolo: *Credimus etiam quòd sedet ad dextram Dei Patris. Nec ideo tamen quasi humana formâ circumscriptum esse Deum Patrem arbitrandum est, ut de illo cogitantibus dextrum aut sinistrum latus animo occurrat.* Sunt etiam, qui

per

per dextram Dei summam intelligunt *felicitatem.* Augustinus de Fide & Symbolo: *Ad dextram intelligendum est dictum esse in summa beatitudine, ubi justitia, & pax, & gaudium est.* Idem, contra Serm. Arian. *Quid est Patris dextera, nisi illa æterna ineffabilisque felicitas, quò pervenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta?* Et de Symb. ad Catech. *Beatus est à beatitudine, quæ dextera Patris vocatur; ipsius beatitudinis nomen est dextera Patris.* Iterum, in Psal. 137. *Salus temporalis & carnalis in sinistra est, salus æterna cum Angelis in dextera est. Ideo jam in ipsa immortalitate positus Christus dicitur sedere ad dexteram Dei. Non enim Deus habet in se ipso dextram aut sinistram; sed dextera Dei dicitur felicitas illa, quæ, quoniam ostendi non potest, tale nomen accepit.* Imò *per sessionem ad dextram Patris* intelligitur *potestas regia & judiciaria*, ut jam vidimus; unde statim in hoc Symbolo subjicitur, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Hieronymus ad vs. 19. cap. 1. Epist. ad Ephesios: *Ipsum verbum* sedere *regni significat potestatem.* Augustinus de Fide & Symb. cap. 7. Sedere *quòd dicitur Deus, non membrorum positionem, sed judiciariam significat potestatem, quâ illa Majestas nunquam caret, semper digna dignis tribuendo; quamvis in extremo judicio multò manifestius inter homines Unigeniti Dei Filii judicis vivorum & mortuorum clariùs indubitata effulgebit.* Auctor. lib. 3. de Symb. ad Catechum. *Hoc, quòd dicitur Filius* sedere ad dextram Patris, *demonstratur, quòd ipse homo, quem suscepit Christus, potestatem acceperit judicantis.* Nihil tamen impedit, quin *per sessionem Christi ad dextram Patris* etiam intelligatur *honor Deo æqualis.* Quem Deus, ut caput & Principem, collocat ad dextram, ei dat τὸ ἴσα εἶναι θεῷ, *parem Deo esse*, quia & antea erat ἐν μορφῇ θεοῦ, *in forma Dei.* Veterum certè plerique arbitrantur, hanc *sessionem ad dextram Patris* significare gloriam, potentiam & majestatem divinam & infinitam, atque inde concludunt adversus Arianos Filium Patri esse ὁμοούσιον & ὁμότιμον. Athanasius Orat. 2. adv. Arian. dicit ejusmodi sessionem denotare τὸ γνήσιον τοῦ Υἱοῦ, ac proinde paritatem gloriæ & unitatem essentiæ. Basilius, cap. 6. de Spiritu Sancto, pag 154. Τὸ δεξιὸν δὲ τὴν κάτω χώραν δηλοῖ, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ἴσον σχέσιν· οὐ σωματικῶς τοῦ δεξιᾶ λαμβανομένου (οὕτω γὰρ ἄν τι καὶ σκαιὸν ἐπὶ τοῦ θεοῦ εἴη) ἀλλ' ἐκ τῶν τιμίων τῆς προεδρίας ὀνομάτων, τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς περὶ τὸν Υἱὸν τιμῆς παριςῶντος τοῦ λόγου. Dextrum *non notat locum inferiorem, sed statum æqualitatis: quia* dextrum *hic non accipitur corporaliter; ad istum enim modum etiam* sinistrum *quid in Deo esset; sed honorificis verbis ac præsidentiam declarantibus Filii majestatem sermo nobis commendat.* Et sub finem

nem illius capitis, pag. 156. dicit, τὴν δεξιὰν χώραν δηλοῦν, τὸ τῆς ἀξίας ὁμότιμον, *dextrum locum significare dignitatis æqualitatem.* Theophylactus ad vſ. 3. cap. 1. Epiſt. ad Hebræos, pag. 880. Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, οὐχ ὅτι τόπῳ περιπλείεται ὁ θεὸς, ἀλλ' ἵνα τὸ ὁμότιμον αὐτοῦ δειχθῇ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα· πρὸς αὐτὸν γὰρ ἔφθασε τὸν θρόνον τὸν πατρικὸν, καὶ ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐν ὑψηλοῖς, ἕτω καὶ αὐτός. Sedet ad dextram majeſtatis in excelſis: *non quòd loco concludatur Deus, verùm ut æqualis cum Patre honoris eſſe demonſtretur. Ad ipſum patrium namque thronum pervenit, & perinde ac Pater in excelſis eſt, ſic eſt ipſe.* Hinc dicitur σύνθρονος τοῦ Πατρὸς, *in eodem cum Patre throno ſedens.* Vide cap. 9. num. 1. 6.

III. *De reditu Chriſti ad Judicium.* De eo Symbolum: Καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Hiſce verbis notatur *univerſale judicium*, ſeu *extremum.* De eo autem acturis occurrit,

1. *Explicatio nominis.* Hic dies vocatur ἐκείνη ἡμέρα, *illa dies*, Matth. 7:22. & alibi. Ἡ τοῦ θεοῦ ἡμέρα, *dies Dei*, 2. Petri 3:12. Vocatur τέλος, Matth. 24:14. Συντέλεια τοῦ αἰῶνος, *clauſula ſeculi*, Matth. 13:39, 40, 49. cap. 24:3. Τὸ ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, *ultimum dierum*, 2. Petri 3:3. Καιροὶ ἀναψύξεως, *tempora refrigerii*, Actor. 3:19. Ἡ ἡμέρα τοῦ χριστοῦ, dies Chriſti, 2. Theſſ. 2:2. id eſt, interprete Theophylacto, ἡ παρουσία τοῦ χριστοῦ, *adventus Chriſti*, nempe ad judicium: qui adventus vocatur παρουσία, ἐν ᾗ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται, *adventus, in quo glorioſus & omnium judex veniet Chriſtus*; apud Juſtinum M. in Dialogo cum Tryphone, pag. 64. Παρουσία θείας βασιλείας φέρουσα τὸ διάδημα. *Adventus divini regni ferens diadema*; apud Cyrillum Jeroſol. Catech. 11. Illuminat. p. 108. Ἐπιφάνεια ἀνταποδόσεως καὶ δικαίου. *Adventus retributionis & juſtitiæ*, à Chryſoſtomo, ad vſ. 11. cap. 2. ad Titum, pag. 400. Vocatur in N. Teſt. ſæpe ἐπιφάνεια. Vide 2. Theſſ. 2:8. 1. Timoth. 6:14. 2. Timoth. 1:10. cap. 4:1. Dionyſius Areopagita, apud Euſebium, Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 24. pag. 77. b. vocat ἔνδοξον καὶ ἀληθῶς ἔνθεον τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπιφάνειαν, *glorioſum & verè divinum Domini noſtri illuſtrem adventum.* Frequenter vocatur ἡμέρα τῆς κρίσεως, *dies judicii.* Vide Matth. 10:15. cap. 11:22. & alibi paſſim. Appellatur ἡμέρα διαγνώσεως, *dies judicii*, à Theodoreto in cap. 9. Danielis, pag. 667. ἡμέρα λογοθεσίου, *dies, quo ratio à nobis exigetur*, à Chryſoſtomo, Homil. 18. in Epiſt. ad Romanos: Ἡμέρα τῆς ἀνταποδόσεως, *dies retributionis*, a Nazianzeno, Orat. 14. pag. 224. Τελευταία ἡμέρα, *noviſſimus dies*, ab eodem, Orat. 36. pag. 587. Καιρὸς τῆς τῶν ὄντων εἰς τὸ κρεῖττον μεταποιήσεως, *tempus eorum quæ ſunt in melius mutationis*,

tationis, apud Justinum M. in quæst. & resp. ad Græcos, pag 236. ἡμέρα ἀναςάσεως καὶ ἀνταποδόσεως, *dies resurrectionis & retributionis*, apud eundem, in resp. ad Orthod. pag. 264. μεγάλη ἡμέρα καὶ ἀπαραλόγιςον (scribendum ἀπαραλόγητον) κριτήριον, *magna dies, & justissimum tribunal*; à Basilio M. Epist. 283. pag. 1050. τὸ Φρικτὸν καὶ ἀνύποιςον τοῦ χριςοῦ δικαςηρίου, *tremendum & intolerabile Christi tribunal*, ab eodem, in Psal. 34. διαβόητος τῆ Κυρίᾳ ἡμέρα, *celebris Christi dies*, ab Isidoro Pelusiota, Epist. 117. lib. 1. p. 36. ἡμέρα τοῦ τέλους, *dies finis*, ab Orat. 5. pag. 25. ἐσχάτη καὶ Φρικώδης ἡμέρα, *ultima & formidabilis dies*, à Basilio Seleucienſi,

2. *Causſa efficiens*, ſeu *Judex*, Deus. Hinc 2. Petri 3: 12. ultimi judicii dies vocatur ἡ τῆ θεῆ ἡμέρα, *dies Dei*: Apocal. 16: 14. ἡ μεγάλη ἡμέρα τῆ θεῆ τῆ παντοκράτορος, *magnus ille dies Dei omnipotentis*. Tatianus in exhortat. ad Græcos: Δικάζουσι δὲ ἡμῶν οὐ Μίνως, οὐδὲ Ῥαδάμανθυς, — δοκιμα-ςὴς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς θεός. *Apud nos autem judicandi munus obit non Minos, neque Rhadamantus, — censor verò ipse creator Deus.* Interim ſpecialiter omne *judicium Filio Deus dedit*, quia is Filius hominis eſt. Nempe voluntas Dei eſt conſentanea ipſius gratiæ, quâ Filium nobis dedit ſponſorem & Mediatorem Teſtamenti; Sacerdotem, Interceſſorem, Dominum, fratrem, ſponſum, caput, qui habet δικαίωμα τῆ νόμου ad nos juſtificandos; ipſaque gratia non aliud poſtulat, quàm ut idem ſuos ſua interceſſione ſalvet, & hoſtes ſuos condemnet. *Filium eſſe Judicem*, fatentur Patres Nicæni, dum dicunt, ſe credere in Jeſum Chriſtum πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι. In Symbolo Apoſtolorum eſt, Ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι. Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone: Ἡμεῖς ἐπέγνωμεν Χριςὸν υἱὸν θεῆ ςαυρωθέντα καὶ ἀναςάντα, καὶ ἀνεληλυθότα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν παραγενηςόμενον κριτὴν πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων μέχοις αὐτοῦ Ἀδάμ. *Nos cognovimus Chriſtum filium Dei, qui crucifixus eſt, & reſurrexit, & in cœlos aſcendit, & rurſus venturus eſt Judex omnium omnino hominum uſque ad ipſum Adamum.* Chriſtum prædituм eſſe poteſtate judicandi homines, ita perſpicuum & notorium eſt S. Scripturis, ut nulla prorſus egeat probatione. Vide Joh. 5: 27. ubi Pater Filio dicitur dediſſe ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν. Hic diſtinguendum inter *poteſtatem & potentiam*. *Poteſtas judicandi* pertinet ad officium Chriſti regium, convenit igitur perſonæ Chriſti: munera namque ſunt perſonarum. At *potentia*, ſi ſit *infinita*, eſt divinæ naturæ: *finita* verò & *creata* eſt humanæ naturæ: proprietates enim ſunt naturarum, & unius naturæ proprietates alteri ſunt incommunicabiles, cùm

Incarnatio facta ſit ἀσυγχύτως. Si dicas, poteſtatem ſupponere potentiam in Chriſto, verum eſt: ſed poteſtas perſonæ communicata eſt, ac proinde Chriſto competit, quatenus eſt θεάνθρωτος: potentia verò infinita ad judicandum eſt proprietas divinæ naturæ, & Chriſto convenit quatenus eſt Deus, non quatenus eſt homo. Atque ita intelligendi & exponendi ſunt veteres, quando dicunt, *Chriſtum hominem, Filium hominis venturum ad judicium:* is enim judicabit, qui eſt θεάνθρωτος, veniet autem, quatenus eſt homo. Auctor lib. de Symb. ad Catechum. lib. 1. cap. 4. *Veniet Chriſtus ut judex, qui ſtetit ſub judice: veniet in ea forma, in qua judicatus eſt, ut videant, in quem pupugerunt, & cognoſcant Judæi quem negaverunt, convincat eos homo ille ſuſceptus & ab eis crucifixus.* Et lib. 2. cap. 8. *Veniet ergo, fratres mei, veniet ille; qui priùs venit occultus, veniet in poteſtate manifeſtus. Ille, qui judicatus eſt, veniet judicaturus. Ille, qui ſtetit ante hominem, judicaturus eſt omnem hominem.* Auguſtinus de Verbis Dom. Serm. 64. *Judex hic erit filius hominis; forma illa hic judicabit, quæ judicata eſt. Audite & intelligite, jam hoc Propheta dixerat,* Videbunt, in quem pupugerunt. *Ipſam formam videbunt, quam lanceâ percuſſeruut. Sedebit Judex, qui ſtetit ſub judice. Damnabit veros reos, qui factus eſt falſus reus. Ipſe veniet, forma illa veniet.* Idem, de S. Trinitate, lib. 1. cap. 13. *Cùm boni & mali viſuri ſunt Judicem vivorum & mortuorum, procul dubio eum videre non poterunt mali, niſi ſecundum formam, quâ filius hominis eſt; ſed tamen in claritate, in qua judicabit; non in humilitate, in qua judicatus eſt. Cæterùm illam Dei formam, in qua æqualis eſt Patri, procul dubio impii non videbunt. Non enim ſunt mundicordes,* Beati mundicordes, quoniam ipſi videbunt Deum.

3. *Objectum*, ſeu *judicandi*, ſunt ζῶντες καὶ νεκροὶ, *vivi & mortui.* Hæc verba non eodem modo à veteribus explicantur.

α. Alii enim per *vivos* intelligunt *animas*, per *mortuos* verò *corpora.* Theophylactus ad 2. Timoth. 4: 1. pag. 826. *Quidam per ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ψυχὰς καὶ σώματα ἐνόησαν, vivos & mortuos intellexerunt animas & corpora.* Idem, in 2. Theſſal. 4. pag. 704. dicit, Methodium per ζῶντας intellexiſſe ψυχὰς, per νεκροὺς verò σώματα. Iſidorus, Epiſt. 222. lib. 1. pag. 64. dicit, Τὸ κρίνεσθαι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ταυτό ἐςι, τὸ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς κρίσιν ἐλεύσεσθαι, καὶ ὅτε ἓν θατέρου κεχωρισμένου, ἀλλ' ὥσπερ κοινὴν τὴν ἐνταῦθα συνάφειαν ἐποιήσαντο, ὅτω καὶ τὴν ἐκεῖθεν δίκην ἡνωμένως ὑφέξειν. *Per id, quòd* vivos & mortuos *judicandos eſſe ait Scriptura, illud ſignificatur, fore, ut anima & corpus ſimul in judicium veniant, nec alterum ab al-*

tero

tero sejungatur, verùm quemadmodum in hac communem conjunctionem habuerunt, sic etiam futurum judicium subeant. Rufinus in Exposit. Symboli, pag. 556. *Quid autem dicitur* judicare vivos & mortuos, *nisi quòd alii vivi, alii mortui ad judicium veniant? sed animæ simul judicabuntur & corpora, in quibus* vivos *animas, corpora* mortuos *nominavit.*

β. Alii per *vivos* intelligunt *pios*, per *mortuos* verò *in peccatis mortuos.* Hanc sententiam proponit Theophylactus ad vs. 1. cap. 4. Epist. 2. ad Timoth. pag. 826. Ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἁμαρτωλοὺς λέγει καὶ δικαίους. *Viventes & mortuos, peccatores dicit & justos.* Isidorus Peluſiota loco ſuprà laudato: Ζῶντας, τοὺς ἀείζωον βίου καὶ θεοφιλῆ μετελθόντας, καὶ νεκρωθέντας τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ τὸ δοθὲν αὐτοῖς τάλαντον ὡς ἐν τάφῳ τῇ ἑαυτῶν καταχώσαντες βαθυμίᾳ, καὶ ἀμύνασθαι αὐτοὺς τιμωρίᾳ. *Vivos, hoc eſt, eos, qui æternam vitam & Deo gratam conſectati ſunt, & eos, qui peccatis immortui ſunt, datumque ſibi talentum in ſua ſocordia, perinde atque in ſepulchro defoderunt, judicare atque cruciatu afficere.* Auguſtinus in Enchirid. cap. 54. *Judicabit* vivos *juſtos*, mortuos *autem injuſtos, quoniam juſti quoque judicabuntur.* Idem de Fide & Symb. cap. 8. *Credimus etiam* inde venturum *convenientiſſimo tempore*, & judicaturum vivos & mortuos, *ſive iſtis nominibus juſti & peccatores ſignificentur; ſive quos tunc ante mortem noſtram in terris inventurus, appellati ſunt* vivi, mortui verò, *qui in ejus adventu ſunt reſurrecturi.* Utramque ſententiam etiam proponit Auctor lib. 4. de Symb. ad Catechum. cap. 7.

γ. Alii tandem per *vivos* intelligunt eos, *qui diem ultimum vivendo attingent*; per *mortuos* verò eos, *qui jam inde ab Adamo ad ultimum uſque judicium mortui ſunt*: Τοὺς ἤδη ἀπελθόντας, καὶ τοὺς τότε καταλειφθησομένους ζῶντας, *eos, qui jam abierunt ex hoc ſeculo, & qui tum relinquentur viventes.* Iſidorus Peluſiota eodem in loco dicit, Chriſtum judicaturum eſſe τοὺς τότε ζῶντας καταλειφθέντας, καὶ τοὺς ἤδη πρὸ αὐτῶν κοιμηθέντας, *vivi relicti fuerint, & eos, qui ante ipſos vitam cum morte commutarunt.* Chryſoſtomus, Homil. 9. in 2. ad Timoth. ad cap. 4. vs. 1. Ἤτοι ἁμαρτωλοὺς λέγει καὶ δικαίους, ἤτοι καὶ τοὺς ἀπελθόντας καὶ τοὺς νῦν ὄντας, ὅτι πολλοὶ καταλειφθήσονται ζῶντες. *Per* mortuos & viventes vel peccatores *intelligit & juſtos; vel etiam eos, qui jam abierunt ex hoc ſeculo, & eos, qui nunc ſunt: multi enim relinquentur viventes.* Hanc ſententiam; quæ ſola vera eſt; id confirmat, quòd Chriſtus Act. 10: 42. appellatur ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, *conſtitutus à Deo judex* vivorum & mortuorum: quòd idem, 2. ad Timoth. 4: 1. judicaturus dicitur ζῶντας καὶ νεκροὺς. Per ζῶν-

ζῶντας hîc intelliguntur, qui tunc in terris erunt, atque ævum agitabunt: qui 1. Theſſal. 4: 15. οἱ εἰς τὴν τοῦ Κυρίᾳ παρουσίαν περιλειπόμενοι dicuntur. Theodoretus ad 2. Timoth. 4: 1. pag. 503. Νεκρῶν καὶ ζώντων κριτὴν τὸν Κύριον κέκληκεν, ἐπειδὰν καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνίςῃσι, καὶ εἰς τὸ κριτήριον ἄγει, καὶ τὰς κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν εὑρισκομένους ἐνδύων τὴν ἀΦθαρσίαν, ἀπαιτεῖ τὰς ἐυθύνας. Mortuorum & vivorum judicem *Dominum appellavit, quoniam & mortuos ſuſcitat, & ducit ad judicium, & eos, qui in tempore conſummationis invenientur, immunitate à corruptione induens, rationem ab iis exiget.* Auguſtinus in Enchirid. cap. 54. *Duobus autem modis accipi poteſt quòd* vivos & mortuos judicabit; *ſive ut* vivos *intelligamus, quos hîc nondum mortuos, ſed adhuc in iſta carne viventes inventurus eſt ejus adventus*; mortuos *autem, qui de corpore, priuſquàm veniat, exiere, vel exituri ſunt: ſive* vivos, *juſtos*; mortuos *autem injuſtos, quoniam juſti quoque judicabuntur.* Gennadius de Dogmat. Eccleſ. cap. 8. *Quòd autem dicimus in Symbolo, in adventu Domini* vivos ac mortuos judicandos, *non ſolùm juſtos & peccatores ſignificari, ſicut Diodorus putat; ſed &* vivos *eos, qui in carne inveniendi ſunt, credimus, qui adhuc morituri creduntur, vel immutandi ſunt, ut alii volunt, ut ſuſcitati continuò, vel reformati, cum antè mortuis judicentur.*

4. *Ad circumſtantias* pertinet *tempus.* Inſtituetur judicium *in adventu Chriſti*, 1. Timoth. 4: 1. vel, *ultimis diebus*, Jac. 5: 3. At, quo anno, & quo die judicium ſit futurum, ſolus Deus novit. Voluit autem ſapientiſſimus Deus, tempus illud nos latere, ut in ſingula momenta ſimus parati ad recipiendum ſponſum cœleſtem. Baſilius Cæſar. lib. 4. adv. Eunomium, pag. 101. Διὰ τὸ μὴ συμΦέρειν τοῖς ἀνθρώποις ἀκῦσαι τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως, ἀπεσιώπησεν· ἡ μὲν γὰρ ἀεὶ προσδοκία θερμοτέρους περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπεργάζεται· ἡ δὲ τῦ πολὺν τὸν μεταξὺ χρόνον ἔσεσθαι γνῶσις, ὀλιγωροτέρους ἂν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐποίησεν, ἐλπίδι τοῦ καὶ ὕςερον μεταβαλλομένους δυνηθῆναι σωθῆναι. *Quoniam non conducebat hominibus judicii tempus audire, idcirco reticuit* Chriſtus. *Nam exſpectatio quidem perpetua ſerventiores ad pietatem reddit: cognitio verò, multum adhuc temporis interjectum eſſe, negligentiores circa pietatem feciſſet, quia ſperaſſent, ſe vitâ in meliùs mutatâ poſtea ſalvari poſſe.* Chryſoſtomus, Homil. 45. in Joh. pag. 743. hanc reddit rationem, cur ultimi judicii dies nos fugiat, ἵνα διαπαντὸς ὦμεν ἐναγώνιοι, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀσΦαλείᾳ μὴ θαῤῥῶμεν, *ut ſemper anxii atque ſoliciti ſimus, & ne in ipſa quidem ſecuritate ſine metu vivamus.* Idem, Homil. 23. in Acta: Φοβήθητι τὸ τῦ μέλλοντος ἄδηλον· ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται ὁ θάνατος· οὐδὲ ἁπλῶς ὡς κλέπτης,

κλέπτης, ἀλλὰ καθευδόντων ἡμῶν ἐπιτίθεται, καὶ ὁ ἀθυμοῦντας λαβὼν ἄπεισι. διὰ τοῦτο ἄδηλον ἐποίησε τὸ μέλλον ὁ θεὸς, ἵνα ἀεὶ τῇ προσδοκίᾳ ἀδήλῳ ἐν ἀρετῇ διάγωμεν. *Time, quoniam incertum est futurum tempus. Sicut fur in nocte, ita venit mors: neque simpliciter sicut fur, sed dormientibus nobis insidiatur, desidesque apprehensos abducit. Idcirco futurum tempus incertum voluit esse Deus, ut exspectatione incerta virtuti semper studeamus.* Isidorus Pelusiota Epist. 117. lib. 1. pag. 36. Τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους ἀγνοεῖν συμφέρει, ἵνα πᾶσαν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι νομίζοντες, ἕτοιμοι πρὸς ταύτην τυγχάνωμεν γρηγοροῦντες, καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν περιμένοντες. *Diem finis ignorare conducit; ut omnem diem illum esse existimantes, parati ad eum simus, vigilantes, ac Dominum nostrum exspectantes.* Infinita alia omittimus: videatur interim Chrysostomus Homil. 9. in 1. ad Thessal. pag. 204, 205. *Quomodo verò diem ultimi judicii ipse etiam Filius ignorare dicatur, docemus suprà, c. 9. p. 168. & seq.*

5. *Finis ultimi judicii* est, Hinc Chrysostomus Homil. 2. in Epist. ad Colossenses pag. 101. Εἰ κρίσις ἐστὶν, ἐστὶ δίκαιος ὁ θεός· (κατ' ἄνθρωπον λέγω·) εἰ δίκαιος ἐστὶν ὁ θεὸς, οὐδὲ θεός ἐστιν· εἰ θεὸς ἐστὶν, ἀτλῶς πάντα φέρεται. *Si judicium non est, nec Deus justus est (humano more loquor:) si Deus non est, omnia temere feruntur.* Justinus M. in Apologia ad Senatum Rom. pag. 132. Εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, [ὅτι πολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι] οὔτε ἔστι θεὸς, ἢ εἰ ἔστιν, οὐ μέλει αὐτῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ, οὐδὲ κακία· ἀδίκως τιμωροῦσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά. ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἄδικοι ἐκεῖνοι, καὶ ὁ αὐτῶν Πατὴρ τὰ αὐτὰ αὐτῷ πράττειν διὰ τοῦ λόγου διδάσκων, οἱ τούτοις συντιθέμενοι, οὐκ ἄδικοι. *Si hoc non est, [nempe, quòd injusti in æterno igne puniantur:] neque Deus est: vel, si est, ipse homines non curat, neque quidquam est virtus, vel etiam vitium: injustè puniunt legislatores bene ordinatarum legum transgressores. At cùm illi non sint injusti, criam eorum Pater, eadem per Verbum facienda docens, qui cum illis consentiunt, non sunt injusti.*

b. *Ut ejus consideratione ad pietatem accendamur.* Basilius Seleuciensis Orat. 5. pag. 25. Μοὶ δοκεῖ, τῶν μελλόντων κριτηρίων, καὶ τῆς ἐσχάτης καὶ φρικώδους ἡμέρας εἰς τὴν πίστιν καὶ μνήμην ἀγαγεῖν ὁ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους βουλόμενος, τὸν πάνδημον ἐκεῖνον εἰργάσατο κίνδυνον, ἵν' ἡ ὄψις μαρτυροῦσα τοῖς πάθεσι, φυλάττῃ τὸν Φόβον εἰς σωτηρίας ἐφόδιον· ἵνα τοσαύτης κολάσεως τὴν ἀσέβειαν μητέρα γινώσκοντες οἱ ἄνθρωποι, δέει τῆς τιμωρίας τὴν φυγὴν πραγματεύωνται. *Mihi videtur, ad venturi judicii, ad extremæ atque horribilis diei fidem, & memoriam volens Deus homines perducere, commune illud populis omnibus periculum*

lum creare voluisse, quò aspectus tanto infortunio fidem adstruens timorem retineat salutis viaticum: ut homines, tantæ pœnæ caussam agnoscentes impietatem, metu pœnæ eam effugere studeant. Basilius M. Epist. 283. p. 1050. Μακαρία ἐςὶν ἡ ψυχὴ, ἡ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μηδεμίαν ἄλλην μέριμναν τρέφουσα, ἢ πῶς ἐπὶ τῆς μεγάλης ἡμέρας, καθ' ἣν πᾶσα ἡ κτίσις περιςήσεται τὸν κριτὴν, τὰς εὐθύνας τῶν πεπραγμένων ἀποδιδοῦσα, καὶ αὐτὴ δυνηθῇ κούφως ἀποθέσθαι τὸν λόγον τῶν βεβιωμένων. Ὁ γὰρ ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος, καὶ ἀεὶ μελετῶν τὴν ἐπὶ τοῦ ἀπαραλογίςου κριτηρίου ἀπολογίαν, ὁ τοιοῦτος ἢ οὐδὲν, ἢ παντελῶς ἐλάχιςα ἁμαρτήσεται. *Beata illa anima, quæ noctes diesque nullam aliam curam versat, præter unam illam, ut in die illa magna, cùm judicem suum creatura omnis circumfusa ambiverit, rationem redditura operum suorum, facilem ipsa atque expeditam vitæ transactæ rationem possit inire. Qui enim diem atque horam illam ante oculos perpetuò posuerit, quique defensionem agendæ caussæ suæ apud justissimum illud tribunal meditabitur, is vel nulla, vel levissima paucissimaque peccata commissurus est.* Idem, in Psal. 7. p. 141: Πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ὁ περὶ τῆς κρίσεως ἐγκατέσπαρται λόγος, ὡς ἀναγκαιότατος καὶ συνεκτικώτατος εἰς διδασκαλίαν εὐσεβείας τοῖς εἰς θεὸν διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ πεπιςευκόσι. *Multis in locis Scripturæ sermo de judicio interspersus est, ut necessarius maximè, & ad conservandam pietatis doctrinam opportunus valde apud eos, qui in Deum per Jesum Christum crediderunt.* Huc etiam facit, quòd Chrysostomus, Homil. 45. in Joh. pag. 742. monet; Λέγωμεν πρὸς ἀλλήλους τε ἀεὶ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς, Ἀνάςασίς ἐςι, καὶ δικαςήριον ἡμᾶς μένει φοβερόν. *Dicamus & alii ad alios subinde, & ad nos ipsos, Resurrectio est, & judicium terribile nos exspectat.* Et pag. 743. Συνεχῶς καὶ πρὸς ἑαυτοὺς φθεγγώμεθα καὶ πρὸς ἄλλους· Ἀνάςασίς ἐςι, καὶ κρίσις, καὶ εὐθῦναι τῶν πεπραγμένων. *Subinde & ad nos ipsos, & ad alios dicamus: Resurrectio est, & judicium, & rationes factorum.*

IV. *De Regno Christi sic* loquuntur Patres Nicæni: Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔςαι τέλος. *Cujus regni finis non erit.* Regnum tribuitur

1. *in genere Deo;* quod triplex est:

α. *Regnum potentiæ*, aliàs *providentiæ & universale* regnum, quo Deus omnes omnino creaturas in cœlo, in terra, apud inferos etiam, sibi subjectas habet. Hoc regnum Chrysostomus in Psal. 47. vocat βασιλείαν κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον, *regnum respectu creationis.* Quid verò sit, explicat idem Homil. 39. in 1. ad Corinthios, pag. 509. Βασιλεύει ὁ θεὸς ἁπάντων, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ δαιμόνων, καὶ τῶν ἀντιτεταγμένων, κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον. *Deus imperium exercet in omnes, & Gentiles*

&

& Judæos, & dæmones, & eos, qui ſeſe opponunt ad ,, *reſpectu creationis.* Eadem ex Chryſoſtomo affert Theophylactus vſ. 24. cap. 15. Epiſt. 1. ad Corinth. pag. 299. Hujus regni reſpectu Deus vocatur ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, 1. Timoth. 6: 15. qui titulus etiam Christo datur Apocal. 17: 14. Primariò autem, dicto loco, Deo Patri competit, qui ideò Matth. 5: 35. vocatur βασιλεὺς μέγας. Psal. 103: 19. Ἡ βασιλεία αὐτῦ πάντων δεσπόζει. *Regnum ipsius omnibus dominatur.* Ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὁ προφητικὸς ἡμᾶς διδάσκει λόγος, ὡς ἐν οὐρανῷ μὲν ἔχει τὸν θρόνον τῶν ὅλων ὁ Κύριος, ἐφορᾷ δὲ καὶ πρυτανεύει τῇ κτίσει, ἅτε δὴ πάντων ὢν δημιουργὸς, καὶ βασιλεὺς, καὶ δεσπότης. Ubi Theodoretus, pag. 806. Τοῦτο ἔοικε τοῖς ἐν ἑτέρῳ εἰρημένοις Ψαλμῷ. *Hoc ſimile eſt iis, quæ in alio Pſalmo dicta ſunt,* Qui in altis habitat, & humilia reſpicit. *Etenim hoc in loco ſermo propheticus nos edocet universorum Dominum in cœlo quidem habere ſolium, universi autem mundi machinam inſpicere, & moderari, quippe qui omnium opifex eſt, & Rex, & Dominus.* Philo de Deo loquens in expoſitione Decalogi, Βασιλεὺς τῶν βασιλέων, καὶ θεὸς θεῶν. In additamentis ad Eſtheram, 14: 12. Βασιλεῦ τῶν θεῶν, καὶ πάσης ἀρχῆς ἐπικρατῶν. Hujus regni reſpectu Deus vocatur Κύριος κυρίων, *Dominus dominorum*, Apocal. 19: 16. Theophilus lib. 1. ad Autolycum, pag. 245. Κύριος λέγεται, ὅτι κυριεύει πάσης τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀναπνοῆς, ἤγουν πάσης τῆς κτίσεως· οὗ ἡ κυρεία ἀπέραντος. Dominus *dicitur*, *quia univerſæ terræ dominatur, & omni reſpiranti*, ſive omni creaturæ, *cujus poteſtas infinita eſt.* Ita Gentiles de fictis etiam Numinibus ſuis. Seneca apud Lactantium, lib. 1. cap. 4. *Rectoris orbis terrarum cœlique, & deorum omnium dei, à quo iſta numina, quæ ſingula adoramus & colimus, ſuſpenſa ſunt.* De Jove Heſiodus:

Αὐτὸς γὰρ πάντων βασιλεὺς, καὶ κοίρανός ἐστιν
Ἀθανάτων. —

Ipſe namque omnium rex, & dominus eſt
Immortalium deorum.

Ab ipſo Deo; ut & alia ſummi Numinis attributa quædam; humanæ adulationis ſtudium hoc ipſum ad terrenos reges deflexit. Vide Daniel. 2: 37. Julianus Miſopogone: Κέκτημαι δῶρα, καὶ ταῦτα βασιλεὺς ἀνδρῶν μέγας. *Nihil poſſideo, cùm tamen magnus audiam Imperator.* Homerus etiam de Jove, Il. θ'. vſ. 31. — Πατὴρ κρείοντων. Summe regum. Ubi vetus

tus Scholiastes interpretatur βασιλεῦ βασιλέων. *Rex regum.* Vide etiam Odyss. ά, 45, 81. & ώ, 472. Hesychius: Ἄτατε κρειόντων, βασιλεὺς βασιλευόντων. Plutarchus de Marco Antonio: Τοὺς ἐξ αὐτοῦ καὶ Κλεοπάτρας υἱοὺς, βασιλεῖς βασιλέων ἀνηγόρευσαν *Ex eo & ex Cleopatra progenitos filios, reges regum appellaverunt.*

β *Regnum gratiæ*, quo Deus in Ecclesia sua, in hoc adhuc mundo constituta, regnat. Hæc βασιλεία à Chrysostomo, in Psal. 47. vocatur ἡ τῆς οἰκειώσεως βασιλεία, *regnum conjunctionis* sc. cum Deo: quia Deus, ut idem explicat Chrysostomus Homil. 39. in 1. ad Corinth. βασιλεύει τῶν πιστῶν καὶ ἑκόντων καὶ ὑποτεταγμένων, *fidelibus dominatur, qui sua sponte se illi subjiciunt.* Et Homil. 17. in 1. ad Timoth. ad vs. 11. cap. 6. Πάντες μὲν ἄνθρωποι τοῦ θεοῦ, κυρίως δὲ οἱ δίκαιοι, οὐ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς οἰκειώσεως. *Omnes quidem homines Dei sunt, propriè verò justi, non solùm ratione creationis, sed etiam respectu conjunctionis.* Hujus regni adventum petitione secunda Orationis Dominicæ petimus, ut pluribus docuimus Observat. sacr. cap. 9.

γ. *Regnum gloriæ*, quod notat glorioſum ac beatum electorum post hanc vitam statum, ubi Deus erit omnia in omnibus; adeoque vitam æternam, quâ electi in cœlis fruentur. Chrysostomus Homil. 10. in Matth. docet, Matth 3: 2. per βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, Christi παρουσίαν τήν τε προτέραν καὶ τὴν ἐσχάτην, *adventum & priorem & ultimum intelligi.* Eadem ibidem habet Theophylactus. Iterum Chrysostomus, Homil. 19. in Matth. dicit, Matthæi 6: 33. notari ζωὴν ἀιώνιον, *vitam æternam:* Theophylactus & hoc loco, & Matth. 10: 7. τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, *bonorum fruitionem.* Hujus etiam regni adventum in Oratione Dominica petere jubemur: jubemur petere, ut cœlestis gloria citò adveniat: quod 2. Petri 3: 2. dicitur σπεύδειν τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας Paulus 2. Timoth. 4: 8. dicit τὴν τοῦ Κυρίου ἐπιφάνειαν ἀγαπᾶν. Et ad Roman. 8: 13. τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ μετὰ ἀποκαραδοκίας ἀπεκδέχεσθαι. Vide iterum Observat. nostrarum caput 9. Ad hoc gloriæ regnum, ac proinde ad adventum Christi ad judicium, referunt quidam illa Salvatoris Matth. 11: 11 de Johanne Baptista: *Amen, dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Johanne Baptista:* ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Eorum sententiam refert Photius Epist. 135. pag. 181. Βασιλείαν οὐρανῶν, τὴν δεσποτικὴν καὶ δευτέραν παρουσίαν ἐξακούσασι μικρότερον δὲ, αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστόν· ὃς, εἰ καὶ μὴ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας, μείζων τοῦ προδρόμου τοῖς πολλοῖς ἐνομίζετο· ἀλλ' οὖν τηνικάδε πᾶσι, καὶ τοῖς μὴ βουληθεῖσιν ἐπιγνῶναι πάλαι, μετὰ Φοβερᾶς καὶ Φρικώδους ἐπιγνωσθήσεται

ται τῆς εἰδήσεως, κριτὴς πάντων καὶ βασιλεὺς παραγενόμενος. *Per* regnum cælorum, *secundum Domini adventum intelligunt: qui, etsi in Primi adventus sui tempore, Dominum nostrum Jesum Christum: qui, etsi in Minimum, dici volunt ipsum juxta multorum opinionem, non erat major præcursore; tunc tamen temporis ab omnibus, etiam non volentibus eum olim agnoscere, cum horrenda & horribili notitia agnoscetur, judex nimirum & rex omnium quando apparuerit.* Hæc verò sententia meritò rejicitur, quia Βασιλεία οὐρανῶν, ut postmodum videbimus, *novæ Ecclesiæ statum designat.* Chrysostomus certè, quando præsentem locum interpretatur, Homil. 31. non concedit, hæc κατὰ σύγκρισιν esse dicta; & addit, Εἰ δ' ἄρα δοκῇ μὲν καὶ κατὰ σύγκρισιν εἰρῆσθαι παρ' αὐτοῦ τοῦτο, οἰκονομικῶς ἐγίνετο διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν. *Quodsi quis per comparationem id dictum contendat, esse factum propter audientium imbecillitatem, dicemus per dispensationem hoc* Chrysostomus, eâdem Homiliâ, & ex eo Theophylactus in Matth. ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, *in spiritualibus & cælestibus bonis:* mentem tamen suam non satis explicant. Theophylactus tamen, Christum de se & Johanne hæc dicere affirmat. Verba ejus, p. 59. sunt: Ἐπειδὴ πολλὰ εἶπεν ἐγκώμια περὶ Ἰωάννου, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι καὶ αὐτοῦ μείζων ἐστὶν ἐκεῖνος, φησὶν ἐνταῦθα φανερώτερον, ὅτι ὁ μικρότερος ἐγὼ καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ κατὰ τὴν ὑμῶν ὑπόληψιν, μείζων αὐτοῦ εἰμι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τουτέστιν, ἐν τοῖς πνευματικοῖς καὶ οὐρανίοις ἀγαθοῖς. *Quoniam multas Johannis laudes dixerat, ut ne putent etiam se majorem esse illum, hoc loco manifestius dicit, quòd ego* minor *& ratione ætatis & juxta opinionem vestram*, major *illo sum in regno cælorum, id est, in spiritualibus & cælestibus bonis.* Eandem sententiam idem repetit in cap. 7. Lucæ, pag. 352. Gemina his leguntur in opere imperfecto in Matthæum, sub finem Homiliæ 27. *Quis autem est minor & major? Christus videlicet minor in corpore, major in spiritu.* At etiam hæc expositio ἀλληγορική. Ejusdem commatis illa quoque est, quam Photius, loco suprà laudato, suam facit, &, tanquam optimam, omnibus aliis præferendam existimat. Contendit, ista verba, ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι, non ἀποφατικῶς, sed ἐρωτηματικῶς esse legenda: ut sensus sit, *An Johanne, quem ego tantopere commendavi, minimus in regno cælorum, major esset?* Hanc lectionem expeditissimam putat: verùm quàm maximè impedita est: repugnat namque omnium Codicum constantissimo consensui, & quæ proximè antecedunt, interrogationem prorsus respuunt. In veram ergo tandem expositionem inquiramus.

Tres

Tres maximè reperiuntur apud veteres, præter allatas, expositiones; quarum duæ priores satis sunt tolerabiles, nec analogiæ fidei repugnant: tertia certissima est & verissima.

Prima igitur est Isidori Pelusiotæ, qui Epist. 68. lib. 1. pag. 21. vult ostendi *differentiam inter justitiam legalem & Evangelicam.* Ὁ μικρότερος, inquit, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων ἐςὶν Ἰωάννου· ὁ ἐν τῷ νόμῳ τέλειος, οἷος ἦν Ἰωαννης, πάντως ἥττων ἦν τοῦ εἰς τὸν θάνατον χριςοῦ βαπτισθέντος· τοῦτο γάρ ἐςιν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, τὸ συνταφῆναι χριςῷ κατελθόντι σκυλεῦσαι τὸν θάνατον καὶ συναναςῆναι αὐτῷ, τὸ κατ' ἐκείνου κράτος παρέχοντι. Ἐπειδὴ οὖν μείζων μὲν πάντων ἦν τῶν γεγεννημένων ἐκ γυναικῶν ὁ Ἰωάννης, πρὸ δὲ τοῦ δοθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀτετμήθη, κατὰ μὲν τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην γεγένητο ἄμεμπτος, τῶν δὲ τῷ πνεύματι τῆς ἐν χριςῷ ζωῆς τελειωθέντων ἀπελείφθη προαπελθών. πᾶς οὖν ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τουτέςιν, ἐν τῇ κατὰ χριςὸν παλιντοκίᾳ, μείζων ἐςὶ τοῦ ἐν νόμῳ δικαιωθέντος, ἐπειδὴ οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος. Qui minor est in regno cœlorum, major est Johanne: *id est, qui in lege perfectus est, ut erat Johannes, omnino inferior eo est, qui in Christi mortem baptizatus est. Hoc enim cœlorum regnum est, nimirum cum Christo, qui spoliandæ mortis caussâ descendit, sepultum esse, atque unâ cum ipso, victoriam adversus eam præbente, resurrexisse. Quoniam igitur major quidem omnibus, qui ex mulieribus nati fuerant, erat Johannes, caput autem ipsi ante datum cœlorum regnum præcisum fuit: ipse quidem, si legis justitia spectetur, erat irreprehensibilis: at iis, qui vitæ in Christo positæ spiritu perfecti fuerunt, inferior exstitit: quòd scilicet priùs è vita discessisset. Quisquis igitur* minor est in regno cœlorum, *hoc est, in Christiana regeneratione,* major eo est, *qui in lege justitiæ laudem consecutus est: quoniam lex nihil omnibus suis partibus perfectum reddidit.* Eandem sententiam etiam refert Photius Epist. 135.

Secundam ex Jobio affert Photius in Bibliotheca, Cod. 122. pag. 660. Vult Jobius, *à Christo inter se conferri præsentis & futuræ vitæ statum,* cumque ostendere τὸ διάφορον τῆς μελλούσης πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν καταςάσεως φησὶν, ὡς εἰ καὶ νῦν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι μείζων ἐςὶν ὁ πρόδρομος· ἀλλ' οὖν τοσαύτη τὶς ἔσαι κατὰ τὸ μέλλον ἡ τῶν παρόντων μεταβολὴ πρὸς τὸ ἄμεινον, καὶ ἡ δαψίλεια τοῦ πνεύματος, ὡς καὶ τὸν ἐκεῖσε μικρότερον, τῶν ἐνταῦθα τὸ μεῖζον ἐχόντων, μεγαλοπρεπεσέρας τυχεῖν δωρεᾶς, *hujus & futuræ vitæ differentiam: Etsi nunc, ait, spiritualibus donis major est præcursor: tanta tamen erit in futura vita harum rerum in melius commutatio, tantaque spiritus copia, ut qui illis minor est, ampliora dona consecuturus sit, quàm qui hic majora acceperunt.*

runt. Eodem concedit Hieronymus. Ejus verba sunt: *Multi hæc de Salvatore intelligi volunt, quòd qui minor est tempore, major sit dignitate. Nos autem simpliciter intelligamus, quòd omnis sanctus, qui jam cum Deo est, major sit illo, qui adhuc consistit in prælio. Aliud est enim coronam victoriæ possidere; aliud, adhuc in acie pugnare.*

Tertia tandem sententia vult, *plenissimam illam lucem, quæ à Christi prædicatione mundo affulsit, cum ea, velut scintilla conferri, quæ ad Johannem usque emicuerat.* Optimè: neque enim comparantur inter se personæ, sed impar doctrinæ cœlestis dispensatio, præconium videlicet Johannis cum Lege & Prophetarum concionibus, & cum illo rursus clarissima illa Evangelii prædicatio: unde etiam longè plenior mysteriorum salutis nostræ pendet cognitio. Summa ergo verborum Christi huc redit: Μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, id est, minimus Evangelii præco, post absolutum redemtionis nostræ negotium, post ascensionem Christi, & Gentium vocationem; de quibus Johannes nec docere, nec testari potuit: unde ejus doctrina & imperfectior, & ad solidam piorum animis instillandam consolationem non æquè erat accommodata, atque nunc est Evangelii præconum doctrina. Proximè ad hanc interpretationem isti accedunt, qui, ut refert Photius Epist. 135. per βασιλείαν τῶν οὐρανῶν intellexerunt τὸν μετὰ τὴν δεσποτικὴν ἀνάστασιν καιρόν· καθ' ὃν μάλιστα τῷ σταυρῷ, καὶ τῷ βαπτίσματι, καὶ τῷ πνεύματι ἐτελειοῦτο καὶ ἐκρατύνετο τὰ τῆς πίστεως, *tempus post Dominicam resurrectionem, quo res fidei per crucem, per baptismum & spiritum, maximè perfectionem & robur acquirebant.*

2. *In specie Christo:* quod etiam duplex est:

a. Alterum est *naturale*, seu *essentiale*, vel *universale*, quod cum Patre & Spiritu Sancto in omnes exercet creaturas. Vide suprà cap. 6. num. 1. 2.

b. Alterum *personale*, quod etiam *œconomicum* & *mediatorium* appellatur. De eo jam aliquid dictum cap. 6. num. 1. 5. Atque ad hoc regnum respexerunt Patres Nicæni, dicendo, Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Tum de essentiali, tum de personali Christi regno Chrysostomus Homil. 105. t. 5. pag. 681. Διπλῆ ἡ τοῦ Σωτῆρος βασιλεία· ἡ μὲν προαιώνιος καὶ ἀρχὴν οὐκ ἔχουσα· ἡ δὲ μετὰ τοῦ ἀνῶνος, ἀρχὴν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας λαμβάνουσα. *Duplex est Salvatoris regnum: alterum quidem æternum & initio carens: alterum verò cum tempore initium ab œconomia accepit.* Et Theodoretus in Psal. 2. pag. 405. ibidem de Filio Dei: Ὡς θεὸς, ἔμφυτον ἔχει τὴν βασιλείαν· ὡς δὲ ἄνθρωπος, χειροτονητὴν δέχεται ταύτην. *Ut Deus, innatum habet regnum: ut autem homo,*

homo, electione delatam accipit. Hoc regnum in æternum esse duraturum, disertè Scriptura docet 2. Samuel. 7: 12, 13. 16. Psal. 89: 5, 36, 37, 38. Jes. 9: 5. Dan. 2: 44. & cap. 7: 14, 27. *Regnum* hoc est *spirituale & cœleste*, non mundanum, corporale & terrenum, ut testis est ipse Christus Joh. 18: 36. Valeat ergo cum regno suo Cerinthus, qui asseruit, *regnum Domini terrenum fore*, ἐπίγειον ἔσεσθαι τὴν τοῦ χριστοῦ βασιλείαν, referente Eusebio, Hist. Eccles. lib. 7. cap. 25. pag. 78. a. & lib. 3. cap. 28. pag. 29. a. & Theodoreto, hæret. fab. lib. 2. cap. 3. pag. 219. Εἰ γὰρ, inquit Justinus Martyr Apol. 2, ἀνθρώπινον βασιλείαν προσδοκῶμεν, καὶ ἡρνούμεθα ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν. Αλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφείλομένου. *Si enim humanum exspectaremus regnum, inficiaremur utique, ne occideremur, ac latere contenderemus, ut exspectationis compotes fieremus. Sed quia spes nostras non in rebus præsentibus fixas habemus, percussores nihil moramur; præsertim cùm moriendum nobis esse sciamus.* Nec regni Christi æternitati illud repugnat, quòd 1. Corinth. 15: 24. *regnum Deo & Patri dicitur traditurus.* Παραδίδωσι γὰρ, ut ad præsentem locum Theodoretus, τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ Πατρὶ, οὐκ αὐτὸς τῆς βασιλείας γυμνούμενος, ἀλλὰ τὸν τύραννον διάβολον, καὶ τοὺς ἐκείνου συνεργοὺς ὑποτάττων, καὶ πάντας ὑποκύψαι παρασκευάζων, καὶ τὸν τῶν ὅλων ἐπιγνῶναι θεόν. *Tradit enim regnum Deo & Patri, non ipse regno nudatus, sed tyrannum diabolum & omnes ejus adjutores subjiciens, & ut omnes se submittant atque universorum Deum agnoscant, efficiens.* Vide etiam Theophylactum ad eundem locum, pag. 299. Erudite Bullingerus noster ad locum Apostoli: *Finis mundi prius non erit, quàm Christus regnum tradiderit Deo ac Patri, id est, quàm Filius Patri Ecclesiam, totum inquam electorum numerum, quem morte sua asseruit, adduxerit, item se vindicarit de potestate adversaria. Nam per principatum, potestatem & virtutem aliud non intellexit, quàm omnis generis tyrannidem, furorem & impietatem, quæ se in hisce terris Christo opponit, ipsum etiam diabolum. Duo ergo dicit.* Primum, *regnum, id est, totum electorum numerum* (*sic enim & Augustinus exponit Tractatu in Johannem* 86.) *Deo Patri esse adducendum, id est, pios omnes salvandos, patrono & interpellatore Christo:* secundum, *impios & impietatem omnem destruendam, imò & æternis suppliciis destinandam.* Hactenus ille.

CA-

CAPUT XIV.

De Spiritu Sancto.

Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν.

IN expositione hujus capitis Patres Constantinop. κατὰ τόδε sequamur.

1. Profitentur *se credere in Spiritum Sanctum*, ac proinde *illum esse verum Deum*: nam fidei nostræ objectum solus verus Deus. Hoc argumento ad adstruendam Spiritus Sancti deitatem frequenter usi sunt veteres. Greg. Nazianzenus Orat. 37. Pag 596 Εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν; ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; ἃ γὰρ ταυτόν ἐστι πιστεύειν εἴς τι, καὶ περὶ αὐτοῦ πιστεύειν τὸ μὲν γὰρ ἐστι θεότητος, τὸ δὲ παντὸς πράγματος. *Si spiritus est creatura, quomodo in eum credimus? aut in eo perficimur? Neque enim idem est, credere in aliquid, & credere de aliquo. Illud enim divinitati convenit, hoc cuilibet rei* Epiphanius hæresi 74. ad hoc ipsum Symbolum, & ejus verba, Καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον Εὐθὺς γὰρ ἡ ἔκθεσις ὁμολογεῖ καὶ ἐκ ἀρνεῖται πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, τὸ δὲ πιστεύομεν οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' ἡ πίστις εἰς θεόν Καὶ, εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' εἰς θεὸν ἡ πίστις Καὶ, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' εἰς μίαν δοξολογίαν, καὶ εἰς μίαν ἕνωσιν θεότητος καὶ μίαν ὁμοουσιότητα, εἰς τρία τέλεια, μίαν δὲ θεότητα, μίαν οὐσίαν. μίαν δοξολογίαν, μίαν κυριότητα, ἀπὸ τοῦ πιστεύομεν, καὶ πιστεύομεν, καὶ πιστεύομεν. Et in Spiritum Sanctum. *Statim enim expositio confitetur, nec negat. Credimus namque in unum Deum Patrem omnipotentem. Illud verò*, credimus, *non simpliciter dictum est, sed* notatur *fides in Deum. Et, in unum Dominum Jesum Christum, non simpliciter dictum est, sed* notatur *fides in Deum. Et, in Spiritum Sanctum, non simpliciter dictum est, sed in unam glorificationem, & in unam unionem deitatis & unam consubstantialitatem, in tria perfecta, sed unam deitatem, unam essentiam, unam glorificationem, unam dominationem, quod colligitur ex eo, quòd dicimus. Credimus, & credimus, & credimus.* Cyrillus Alexandr. in hoc Symbolum, de Patribus Nicænis scribit: Πιστεύειν ἔφασαν εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καθάπερ ἀμέλει εἰς τὸν Πατέρα καὶ Υἱόν· ὁμοούσιον γάρ ἐστιν

ἐςιν ἀυτοῖς. *Credere ſe in Spiritum Sanctum dixerunt, ſimili modo videlicet ut in Patrem & in Filium: eſt enim ipſis conſubſtantialis.* Paſchaſius in Præfat. operis de Spiritu Sancto: *Agnoſcamus verbi ipſius privilegium,* Credere illi *quilibet poteſt hominum,* credere *verò* in illum *ſoli debere te Majeſtati noveris. Sed & hoc ipſum aliud eſt* Deum credere, *aliud eſt* credere in Deum. *Eſſe Deum & diabolus credere dicitur, ſecundum Apoſtolum; nam & dæmones credunt, & contremiſcunt.* In Deum *verò* credere, *hoc eſt fideliter eum quærere, & tota in eum dilectione tranſire.* Credo *ergo* in illum *hoc eſt dicere, Confiteor illum, colo illum, adoro illum, totum me in jus ejus ac dominium trado atque transfundo. In profeſſionis hujus reverentia univerſa divino nomini debita continentur obſequia.* Confer caput ſequens.

II. Patres Nicæni credunt *in Spiritum.* Vox πνεῦμα, de Deo uſurpata, duplici ſumitur modo.

1. Οὐσιωδῶς, *eſſentialiter.* Sic enim Deus dicitur eſſe πνεῦμα Joh. 4:24. Didymus ad hunc locum in Catena in Johannem, pag. 131. Ὁ θεος πνεῦμα προσαγορευόμενος, οὐκ ἄνεμον, ἀλλ' ἀσώματον καὶ ζωοποιοῦντα (ſcribendum ζωοποιῆσαν) παρίςησιν οὐσίαν. *Cùm Deus appellatur* Spiritus, *non ventus, ſed incorporea vivificaque ſubſtantia intelligitur.* Ammonius ibidem: Πνεῦμα καλεῖται, οὐχ ὡς ἄνεμος, ἀλλ' ὡς ἀσώματος καὶ ζωοποιος οὐσία· ὥσπερ γὰρ εἰσπνεόμενοι τὸν ἀέρα ζῶμεν, οὕτω καὶ τοῦ θεοῦ διδόντος τὸ παρεκτικὸν τῆς ζωῆς, ζῶμεν. Spiritus *vocatur, non quaſi ventus, ſed tanquam incorporea & vivifica ſubſtantia. Quemadmodum enim aërem ſpirando attrahentes vivimus: ita Deo quoque vitam ſuppeditante, vivimus.*

2. Ὑποςατικῶς, *perſonaliter:* quo ſenſu denotat tertiam SS. Trinitatis perſonam. Atque ita ſumitur hoc loco. Vocatur autem πνεῦμα, *ſpiritus,*

a. *abſolutè & ſimpliciter.* Ita Joh. 1:32 Τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον. *Vidi ſpiritum deſcendentem,* ſc. ſuper Jeſum in Baptiſmo. Hunc *deſcenſum* Græci vocant, κάθοδον τοῦ πνεύματος. Cyrillus Alex ad Joh. 1:32. Ἐν σημείου καὶ γνωρίσματος τάξει δεδεῖχθαί Φησιν ἑαυτῷ τὴν τῦ πνεύματος κάθοδον ὁ μακάριος Βαπτιςής. *Per modum indicii ac ſigni Spiritûs deſcenſionem ſibi manifeſtatam beatus Baptiſta profitetur.* Chryſoſtomus vocat ἐπίπτησιν τῦ πνεύματος, quaſi dicas *advolatum,* quia in columbæ ſpecie apparuit. Vocatur etiam ἐπιφοίτησις τῦ πνεύματος, *adventus Spiritûs,* ab eodem Chryſoſtomo, & ab aliis.

b. *cum variis epithetis & adjectionibus.* Patres Nicæni aliquot nobis ſuppeditant. Vocant enim Πνεῦμα

α. Ἅγιον. De hoc epitheto Chryſoſtomus Homil. 72. t. 6. Αὕτη ἐςὶν ἡ κυρία

κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφατικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστᾶσα τῆ ἁγίᾳ Πνεύματος τὴν Φύσιν. *Hæc est propria & prima appellatio, quæ exprimè & significanter Spiritûs sancti naturam declarat.* Greg. Nazianzenus Orat. 23. pag. 421, 422. Ἀληθῶς ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ γὰρ καὶ ἄλλο τοιοῦτον, οὐδὲ οὕτως, οὐδὲ ἐκ προσθήκης ὁ ἁγιασμὸς, ἀλλ' αὐτοαγιότης, οὐδὲ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐδὲ ἀρξόμενον χρονικῶς ἢ παυσόμενον. *Verè sanctus est Spiritus sanctus: neque enim alius talis est, nec eodem modo, neque ex accessione sanctitatem habet, sed est ipsamet sanctitas, nec magis & minùs, nec quoad tempus originem unquam habuit, nec finem habiturus est.* Idem, Homil. 36. pag. 590. Ἴδιον ὄνομα τῆ ἀγεννήτως προελθόντος, ἢ προϊόντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Proprium nomen ejus, qui citra generationem Processit, aut progreditur, Spiritus Sanctus.* Non tantùm autem *ab essentia*, sed etiam *ab officio, & effectu*, vocatur *sanctus*, quia est fons, causa & auctor sanctitatis, sanctificans sc. electos. Hinc ad Rom. 1:4. vocatur Πνεῦμα ἁγιωσύνης, *Spiritus sanctificationis*, ἐπειδὰν χαρίσηται εὐχαῖς τῶν ἁγίων, ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέρῳ χριστιανῷ ἁγιασμὸν, καὶ λάβω δῶρον, ὥστε ἅγιον ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, *quando precibus sanctorum, vel mihi, aut alii Christiano largitur sanctitatem, ipseque accipio donum, ut sanctum habeam corpus & animam*; inquit Chrysostomus Homil. 72. t. 6. Gregorius Nazianzenus Orat. 37. pag. 609. Παρὰ τῆ πνεύματος ἡμῖν ἡ ἀναγέννησις· παρὰ δὲ τῆς ἀναγεννήσεως ἡ ἀνάπλασις. *A Spiritu regenerationem habemus: à regeneratione autem instaurationem.* Et Orat. 44. pag. 714. Τὸ πνεῦμα δημιουργεῖ τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν. *Spiritus spiritualis regenerationis auctor est.* Hinc Homil. 43. pag. 698. Spiritus S. ab eodem vocatur ἅγιον καὶ καινοποιὸν πνεῦμα, *Sanctus & innovator Spiritus.* Vide mox plura, sub lit. γ.

β. Κύριον. Dum verò Patres Nicæni Spiritum S. vocant κύριον, eo ipso docent, eum esse verum Deum. De hoc sufficienter actum cap. 6. num. 1. 3.

γ. Ζωοποιόν. Spiritus S. vocatur τὸ ζωοποιὸν πνεῦμα, quia nos regenerat & innovat, atque adeò spiritualiter vivificat, dum nos ex morte spirituali ad vitam sanctam revocat. Hinc à Chrysostomo, Homil. 33. in Acta, pag. 800. vocatur πανάγιον καὶ ζωοποιὸν πνεῦμα, *sanctissimus & vivificans spiritus.* Ad Rom. 8:2. vocatur πνεῦμα ζωῆς, *spiritus vitæ*, quia vitæ spiritualis in nobis auctor est: ubi Theodoretus dicit denotari τὸ ζωοποιὸν πνεῦμα. Eandem ob causam vocatur ζωαρχικὸν πνεῦμα, *spiritus vitam initians, qui vitæ principium est.* Chrysostomus, Homil. 18. t. 5 pag. 762. Spiritum sanctum vocat ζωαρχικὸν Φῶς, *lumen, quod est vitæ principium,*

pium, quia per eum regeneramur ad novam vitam. Patres Constantinopolitani, ut habet Photius Epist. 1. pag. 7. Spiritum sanctum vocarunt ζωαρχικὸν πνεῦμα, *spiritum vitæ auctorem principalem.* Greg. Nazianzenus, Homil. 44. pag. 712. de eodem: Ζωὴ, καὶ ζωοποιόν. *Vita, & vivificans.* Basilius M. Epistola 301. pag. 1072. eum vocat δύναμιν ζωῆς παρεκτικὴν, χάριν τελειοποιὸν, δι' οὗ υἱοθετεῖται ἄνθρωπος, καὶ ἀπαθανατίζεται τὸ θνητόν, *potentiam quæ vitam exhibet, gratiam perficientem, per quam homo adoptatur in filium, & quod mortale est immortalitate donatur.*

δ. Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Hîc *de Processione Spiritûs sancti* necessariò nobis agendum. Ut autem de ea distinctè & perspicuè agamus, considerabimus,

א. *Quibus verbis, ad eam exprimendam veteres* maximè *sint usi.* Usitatissime ab iis vocatur ἐκπόρευσις. Greg Nazianzenus Orat. 37. pag. 597, ἡ ἐκπόρευσις τοῦ πνεύματος, *processio spiritûs.* Macedonius, apud Athanasium Dial. 1. contra Maced. t. 2. pag 276. interrogat, Τίς ἡ διαφορὰ τῆς γεννήσεως καὶ τῆς ἐκπορεύσεως; *Quodnam est discrimen inter generationem & processionem.* Vocatur ἔκπεμψις. Greg. Nazianzenus, Orat. 23. pag. 422. Ἴδιον, Πατρὸς μὲν, ἡ ἀγεννησία· Υἱοῦ δὲ, ἡ γέννησις· Πνεύματος δὲ, ἡ ἔκπεμψις. *Patris proprietas est, quòd ingenitus sit: Filii, quòd genitus: Spiritus sancti, quòd procedat*, vel *mittatur.* Vocatur πρόοδος. Nazianzenus, Orat. 13. pag. 211. Proprietates trium Personarum sunt τὸ ἄναρχον, ἡ γέννησις, καὶ ἡ πρόοδος. *Principio carere, generatio, & processio.* Et Orat 29. pag 493. πολυπραγμονεῖν υἱοῦ γέννησιν, καὶ πνεύματος πρόοδον, *curiosius inquirere in generationem Filii, & Spiritûs processionem.* Hinc etiam vocatur πρόοδον πνεῦμα, *spiritus procedens*, ab eodem, Orat. 1. pag. 17. Dicitur ἐκπορεύεσθαι. Chrysostomus, Homil. 72. t. 6. interrogat, Πῶς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός; *Quomodo procedit Spiritus ex Patre?* & respondet, ὡς ἀπὸ πηγῆς ὕδωρ, *ut ex fonte aqua.* Harmenopulus de fide Orthodoxa, p 578. Δεῖ πιστεύειν τὸν χριστιανὸν εἰς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ συναϊδίως ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. *Oportet Christianum credere in Spiritum Sanctum, qui ab æterno ex Deo & Patre procedit.* Desumta hæc locutio ex Joh. 15. 26. Hinc Spiritus sancti proprietas dicitur τὸ ἐκπορευτόν. Apud Justinum M. in Expos. fidei, pag. 173. Τὸ ἰδιωτικὸν τοῦ πνεύματος πρόσωπον, τὸ ἐκπορευτόν. *Peculiarem spiritûs personam, procedens* denotat. Ibidem: Τὸ ἀγέννητον, καὶ γεννητὸν, καὶ ἐκπορευτὸν, οὐκ οὐσίας δηλωτικὰ, σημαντικὰ δὲ τῶν ὑποστάσεών ἐστιν. *Ingenitum, & genitum, & procedens, non essentiam declarant, sed subsistentias significant.* Anastasius & Cyrillus in Expos. fidei, pag 426.

Spiri-

Spiritus Sanctus differt à Patre & Filio κατὰ τὴν ὑπόςασιν, καθό ἐςιν ἐκπορευτὸν, *secundum ſubſiſtentiam, quatenus procedit.* Spiritus S. dicitur ex Patre eſſe ἐκπορευτῶς. Apud Juſtinum M. in Expoſitione fidei, pag 177. Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, φῶς ἐκ φωτὸς, ὅμοιον γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς προῆλθε *Spiritus Sanctus ex Patre, lumen de lumine, non geniti, ſed procedentis modo progreſſus eſt.* Ibidem: Ὁ μὲν ἀγεννήτως ἔχει τὸ εἶναι, ὁ δὲ γεννητῶς, τὸ δὲ ἐκπορευτῶς. *Pater quidem ſuum eſſe habet, ut ingenitus; Filius verò, ut genitus; Spiritus Sanctus, ut procedens* Greg. Nazianzenus Orat. 39. pag. 630. Πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὐχ υἱικῶς δὲ οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς *Spiritus Sanctus verè Spiritus eſt, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo: neque enim per generationem, ſed per proceſſionem.* Pro verbo ἐκπορεύεσθαι veteres Theologi etiam uſurpant προέρχεσθαι. Nazianzenus Orat. 36 pag. 590. Ἴδιον τῶ μὲν ἀνάρχου Πατὴρ, τῶ δὲ ἀνάρχως γεννηθέντος Υἱὸς, τῶ δὲ ἀγεννήτως προελθόντος, ἢ προϊόντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Proprium ejus, qui principii expers eſt, nomen eſt Pater: ejus autem, qui citra ullum principium genitus eſt, Filius: illius denique, qui citra generationem proceſſit, aut progreditur, Spiritus ſanctus.* Damaſcenus, Orthod. fidei lib 1. cap. 7. pag. 20. Spiritum ſanctum vocat δύναμιν ἐκ τοῦ Πατρὸς προερχομένην, *virtutem ex Patre procedentem.* Uſurpant etiam, ut jam exempla vidimus, προϊέναι. Greg. Nazianzenus Orat 29. pag. 493. Ἀκούεις ὅτι τὸ Πνεῦμα προϊὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει. *Audis, Spiritum S. ex Patre procedere, modum anxio ne perſcruteris ſtudio.* Cyrillus Alex. in Catena in cap. 16. Joh. pag. 395. Ἐπειδὴ ὁμοούσιόν ἐςι τῷ Υἱῷ, πρόεισι θεοπρεπῶς καὶ δι' αὐτοῦ. *Cùm Spiritus S. Filio ſit conſubſtantialis, ab ipſo quoque, modo Deo congruenti, procedit.*

2. *Ipſam de Proceſſione Spiritus Sancti hiſtoriam*, quatenus illa ex antiquitate Eccleſiaſtica haberi poteſt. Hìc duo præcipuè veniunt notanda.

1. *Quidam volunt, Proceſſionem Spiritûs Sancti non ex Patre tantùm, ſed etiam ex Filio, à Conſtantinopolitanis Patribus Symbolo huic fuiſſe inſertam*; cujus illi verba ſic referunt: Πιςεύομεν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. *Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum, auctorem vitæ, ex Patre Filioque procedentem.* An verò hæc aſſertio vera ſit, paucis videamus.

a. *Proceſſio Spiritûs Sancti ex Filio Symbolo Conſtantinopolitano non fuit adjecta à Synodo Conſtantinopolitana.* Patet hoc ex Symbolo capite primo propoſito: patet etiam ex Epiſt. 1. Photii, qui, Symbolum iſtud proponens, ſic loquitur: Πιςεύω εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, — τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς

τρὸς ἐκπορευόμενον. Idem, Epist. 2. id maximè agit, ut probet, istud, *Filioque*, à Latinis fuisse adjectum. Eodem concedunt etiam alii scriptores Græci. Nempe ægrè ferebant Græci, quòd, cùm in Symbolo Constantinopolitano, anno Domini 381. edito, hoc tantùm audiretur, τὸ ἐκ τῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, apud Latinos in illius Symboli recitatione pronunciaretur, *ex Patre Filioque*. De quo sic Photius, Epist. 2. pag. 51. postquam aliquot Ecclesiæ Latinæ errores enarrasset: Ἀλλὰ γὰρ οὐχὶ μόνον εἰς ταῦτα παρανομεῖν ἐξηνέχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἔστις κακῶν ἐστι κορωνὶς, εἰς ταύτην ἀνέδραμον· πρὸς γάρ τοι τοῖς εἰρημένοις ἀτοπήμασι, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ ἅγιον σύμβολον, ὃ πᾶσι τοῖς συνοδικοῖς καὶ οἰκουμενικοῖς ψηφίσμασιν ἄμαχον ἔχει τὴν ἰσχὺν, νόθοις λογισμοῖς, καὶ παρεγγράπτοις λόγοις, καὶ θράσους ὑπερβολῇ, κιβδηλεύειν ἐπεχείρησαν· ὦ τῶν τῦ πονηροῦ μηχανημάτων! Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλάγε καὶ ἐκ τῦ Υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι, καινολογήσαντες. *Enimverò non istis tantùm peccare inducti sunt, sed in ipsam impietatis coronidem, si quæ est, devenerunt. Præter enim memoratas absurditates, sanctum & sacrum Symbolum, quod ab omnibus œcumenicorum Conciliorum calculis confirmatur, & vim obtinet invictam, sensibus spuriis, & verbis adulterinis, quæ summa fuit ipsorum audacia, conabantur adulterare. O machinationes diabolicas! Spiritum Sanctum novo more comminiscebantur non ex solo Patre, sed etiam ex Filio procedere.* Etsi autem verum sit, quod addebatur à Latinis, addi tamen communi omnium Symbolo non licebat. Nam qui addit, vel falsus testis fit formulæ catholicæ, vel se νομοθέτην facit. Alii illud, *Filioque*, temporibus Damasi, à Concilio Romano, additum fuisse contendunt. Hæc est sententia Alexii Aristini; referente Cl. Vossio de Symbolis; in Opere, quod inscribitur, Συνοπτικὸς τῶν ὅλων κανόνων τῶν ἐκτεθέντων παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων ἓξ συνόδων, καὶ τῶν μεταξὺ τῶν αὐτῶν τοπικῶν. At etiam hoc à vero alienum: id enim si esset, rem tanti momenti non tacuisset Theodoretus in historia sua, ubi lib. 5. cap. 9. & 10. pag. 714. & seqq. Concilii Constantinopolitani ad Damasum, & Damasi ad Concilium literas refert. Aliorum sententias de hac additione vide apud Cl. Vossium, Dissertat. 3. de tribus Symbolis.

b. *A quo illud*, Filioque, *sit additum.* Cl. Vossius, Dissertat. 3. de Symbolis, thesi 41. & aliquot sequentibus, probat, id factum esse à Sergio tertio, Pontifice Romano, Christophori successore. Argumenta apud ipsum videri possunt.

2. *Olim ne inter ipsos quidem Græcos de hac quæstione convenit.*

a. *Alii* enim *processionem Spiritûs Sancti ex Filio non rejiciebant, verùm*

rùm theſi Latinorum haud obſcurè adſtipulabantur. Omitto Gennadium Scholarium, Epiſcop. Conſtantinop. qui in Dial. cum Turca: Οὕτως ὁ θεὸς καὶ Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Sic Deus & Pater gignit Filium & Verbum ſuum, & ex Patre Filioque procedit Spiritus Sanctus.* Omitto etiam Symbolum Athanaſii, in quo: Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευτόν. *Spiritus Sanctus, à Patre & Filio procedens;* quia de ejus editione diſputatur. Minùs ſuſpectus Cyrillus Alexand. in Epiſtola, quam nomine Synodi Alexandrinæ ad Neſtorium ſcripſit, & habetur in Actis Concilii Epheſini: ubi, pag. 81. hæc leguntur: Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασαι· καὶ ἔστι χριστὸς ἡ ἀλήθεια· καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ Πατρός. *Spiritus enim veritatis nominatur: & Chriſtus eſt veritas: & procedit ab ipſo, quemadmodum etiam à Deo & Patre.* Et in Libello ad Theodoſium, ibid pag. 26. Ἀπολύων γὰρ ἁμαρτιῶν τὸν αὐτῷ προσκείμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι, ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς, ὡς ἐκ θεοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει Φύσεως. *Abſolvens enim à peccatis eum, qui ſe ei totum dedit, proprio eum deinceps ungit ſpiritu, quem ipſe quidem immittit, ut ex Deo Patre Verbum, & ex propria natura in nos effundit.* Et Theſauri Orat. 33. dicit *Spiritum Sanctum* ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχειν οὐσίας, *ex Salvatoris eſſentia eſſe.* Et mox: Εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα. *Imago Filii Spiritus eſt.* Ibidem dicit, *eum* ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ χριστοῦ Φυσικῶς προϊέναι, *ex eſſentia Chriſti procedere naturâ.* Idem in Catena in Johannem, ad cap. 16. vſ. 13. pag. 394. Πνεῦμα ἀληθείας ὀνομάζει, ἵνα εἴπῃ ἑαυτοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια· οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς οὐσίας τοῦ μονογενοῦς τὸ ἅγιον νοεῖται πνεῦμα, πρόεισι δὲ Φυσικῶς ἐξ αὐτῆς. *Spiritum veritatis appellat, ut ſuum ſignificet: ipſe enim eſt veritas. Spiritus namque ſanctus nullo modo ab unigeniti ſubſtantia alienus intelligitur, ſed ex ea naturaliter procedit.* Epiphanius in Ancorato: Πνεῦμα γὰρ θεοῦ καὶ Πνεῦμα Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. *Spiritus enim Dei & Spiritus Patris & Spiritus Filii, ex Patre & Filio.* Ibid. pag. 433. ubi de Anania & Sapphira: Ἆρα θεὸς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ᾧ ἐψεύσαντο οἱ ἀπὸ τῆς τιμήματος νοσφισάμενοι. *Itaque Deus ex Patre & Filio Spiritus Sanctus, cui mentiti ſunt, qui interverterunt ex precio.* Epiphanius, hæreſi 74. Ἀεὶ γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον· οὐκ ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ. *Semper enim Spiritus ex Patre procedit, & à Filio accipit: non eſt alienus à Patre & Filio, ſed ex eadem eſſentia, ex eadem deitate,*

tate, ex Patre & Filio, cum Patre & Filio. Et hæresi 69. pag. 321. Πνεῦμα γὰρ χριςȣ̃, Πνεῦμα Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τȣ̃ Υἱȣ̃ λαμβάνον. *Spiritus enim Christi, Spiritus ex Patre procedens, & de Filio accipiens.* Locutio, καὶ τȣ̃ ὑιȣ̃ λαμβάνον, satis frequens apud eundem auctorem: desumta ex Joh. 16: 14, 15. ubi Christus bis de Spiritu Sancto, ἐκ τȣ̃ ἐμȣ̃ λήψεται, *de meo accipiet.* In cujus locutionis explicatione duæ maximè sunt veterum sententiæ. *Alii* enim τὸ τῆς γνώσεως καὶ τȣ̃ θελήματος ἴσον hac locutione significari volunt. Ita Chrysostomus Homil. 78. in Joh. pag. 881. Ἐκ τȣ̃ ἐμȣ̃ λήψεται, τȣτέςιν, ἅπερ ἂν εἶπον ἐγὼ, ταῦτα κἀκεῖνος ἐρεῖ. De meo accipiet, id est, quæ ego dixi, eadem ipse quoque dicet. Et mox: Ἐκ τȣ̃ ἐμȣ̃, ἐξ ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως· μία γὰρ ἐμȣ̃ καὶ τȣ̃ πνεύματος γνῶσις. De meo, *ex iis, quæ ego scio, ex mea cognitione: una enim est mea & spiritûs cognitio.* Vide etiam Theophylactum in Johannem, pag. 790. Metrophanes in Confess. Eccles. Orientalis, cap. 1. pag. 28. Τὸ, ἐκ τȣ̃ ἐμȣ̃ λήψεται, αὐτὸς ὁ ἀρχιδιδάσκαλος ἡμῶν ἤδη ἐσαφήνισεν, ἐπαγαγὼν εὐθὺς τὸ, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Μονονȣχὶ λέγων, οὐκ ἄλλα μὲν ἐγὼ ἀνήγγειλα ὑμῖν, ἄλλα δ' ἐκεῖνος ἀναγγελεῖ, ἀλλὰ ταυτὰ ἐμοὶ κἀκεῖνος ἀναγγελεῖ. ἅπερ γὰρ ὁ Πατὴρ εἰρηκέ μοι, ἐκ τούτων καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ληψόμενον ἀναγγελεῖ ὑμῖν δεικνὺς ἀναντιῤῥήτως κἀν τούτοις κοινὴν εἶναι τὴν τῆς ὁμοȣσίȣ Τριάδος περὶ τὰ ἔξω ἐνέργειαν. *Illud*, ipse de meo accipiet, *ipse summus magister noster jam explicavit, quando statim adjecit*, Et annunciabit vobis, *tantum non dicens: Non ego alia annunciavi vobis, & alia ille annunciabit; sed eadem quæ ego, etiam ille annunciabit: quæ enim Pater mihi dixit, ex his etiam Spiritus sanctus sumet & annunciabit vobis: demonstrans simul etiam per hæc citra contradictionem, communem esse consubstantialis Trinitatis ad extra operationem.* Ad τρόπον ὑπάρξεως Spiritûs Sancti *alii* hæc verba retulerunt. Loca ex Epiphanio jam attulimus. Subjicimus hîc alia. Cyrillus Alexandr. in Catena in cap. 16. Joh. pag. 395. de Spiritu Sancto sic scribit: Ἐπειδὴ ὁμοȣσίόν ἐςι τῷ Υἱῷ, πρόεισι θεοπρεπῶς καὶ δι' ἀυτοȣ̃, τὴν ἐφ' ἅπασι τελειοτάτην ἔχων ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν· διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐκ τȣ̃ ἐμȣ̃ λήψεται. *Cùm Filio sit consubstantialis, ab ipso quoque, Deo congruenti modo, procedit, & per ipsum perfectissimam in omnibus operandi vim atque efficacitatem habet; propterea dixit*, Quia de meo accipiet. Perspicuè imprimis rem proponit Apolinarius in eadem Catena, pag. 396. Ἐις ἐμὴν ἔςαι δόξαν ἡ τȣ̃ Πνεύματος ἐνέργεια καὶ διδασκαλία, ὅτι παρ' ἐμȣ̃ τὸ Πνεῦμα. τὸ δὲ, παρ' ἐμȣ̃ λέγων δηλῶ καὶ τὸ παρὰ Πατρός· ἐμὰ γάρ ἐςι τὰ πατρῷα. *Spiritûs efficacitas atque doctrina in meam cedet gloriam, quoniam à me Spiritus procedit.*

cedit. *Dicens autem*, à me, *significo etiam* à Patre; *Patris enim etiam mea sunt.* Postea illud, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, negat de cognitione esse accipiendum, tandemque concludit, ὥστε ἀντὶ τοῦ λέγειν, ὅλον πνεῦμα ἐκ ἑαυτοῦ τὸ πνεῦμα ὁρμᾶσθαι, εἴρηκε τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. *Pro eo itaque quod diceret, totum à se spiritum promanare, ait*, Ille de meo accipiet. Patres Latini, qui processionem ex Filio subinde inculcant, huc quoque concedunt. Hilarius, lib. 8. de Trinitate: *A Filio accipit, qui & ab eo mittitur, & à Patre procedit: & interrogo, utrum id ipsum sit à Filio accipere, quod à Patre procedere. Quod si nihil differre crederetur inter accipere à Filio, & à Patre procedere, certè id ipsum atque unum esse existimabitur, à Filio accipere, quod sit accipere à Patre. Ipse enim Dominus ait*, Quoniam de meo accipiet, & annunciabit vobis. Fulgentius lib. 7. contra Fab. apud Theodulphum de Spiritu Sancto: *De Filio ergo accepit, & omnia quæ habet Pater Filii sunt, quæ Spiritus S. accepit; quia non de solo Filio, sed simul de utroque procedit.* Nonnus in sua Paraphrasi itidem *de Processione* intellexit verba, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, sed cùm processionem Spiritus S. ex Filio negaret, illud, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, temerario ausu mutavit, pro eo ponendo, ἐκ τοῦ Πατρός. Sic enim vs. 14. παραφράζει.

Οὗτος ἰὼν παρὰ Πατρὸς, ἀνυψώσει με γεραίρων·
Ὅττι νεν ἡμετέροιο δεδεγμένος ἐκ γενετῆρος,
Ὑμῖν συμμισγέεσσι προώρια θέσφατα φαίνει,
Ὁσσαπερ ἔσσεται ὔμμι. ——— ———

Hic exiens à Patre, exsultabit me honorans:
Quia nostro recipiens à Patre
Vobis promiscuis tempus præoccupantia oracula ostendet
Quæcunque evenient vobis.

Et vs. 15.

Οὗ χάριν ὔμμιν ἔειπον ὅτι ζαθέοιο τοκῆος
Δέγμενος ἡμετέροιο προαγγελλει τέλος ἔργων.

Propter quod vobis dixi, quòd divino à Patre
Recipiens nostro, prænunciabit finem operum.

Vide Cl. Heinsii Exercitat. ad Nonnum cap. 26. Si Patrum Latinorum producere luberet consensum, eorum minimè deesset calculus. Ambro-

brosius de Spiritu S. cap. 10. *Spiritus quoque sanctus cùm procedit à Patre & Filio, non separatur à Patre, non separatur à Filio.* Id. de Symb. cap. 3. *Spiritus autem sanctus verè spiritus est procedens quidem à Patre & Filio: sed non est ipse Filius, quia non generatur; neque Pater, quia procedit ab utroque.* Augustinus de Trinitate lib. 4. *Non possumus dicere, quòd Spiritus S. & à Filio non procedat, neque enim frustra Spiritus & Patris & Filii Spiritus dicitur.* Alia Patrum testimonia, quibus processio Spiritûs Sancti ex Filio probatur, collegit Bellarminus lib. 2. de Christo, c. 25. Montacutius ad Epist. 2. Photii, & alii.

β. *Alii processionem Spiritûs Sancti ex Filio constanter negant.* Theodoretus in reprehensione 12. capitum Cyrilli, Anathemat. 9. pag. 718. sententiam de processione ex Filio aperte damnat. Ἴδιον τὸ πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὲν ὡς ὁμοφυὲς, καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἔφη, συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ δεξόμεθα τὴν φωνήν· εἰ δ' ὡς ἐξ Υἱοῦ, ἢ δι' Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο, καὶ ὡς δυσσεβὲς ἀποῤῥιψομεν· πιςεύσομεν γὰρ τῷ Κυρίῳ λέγοντι· Τὸ Πνεῦμα, ὃ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται *Proprium spiritum Filii, siquidem ut ejusdem cum eo naturæ, & ex Patre procedentem dixit* Cyrillus, *simul confitebimur, & tanquam piam suscipiemus vocem. Si verò, tanquam* ex Filio, *aut* per Filium *exsistentiam habeat, hoc ut blasphemum & impium rejiciemus. Credemus enim Domino dicenti:* Spiritus, qui ex Patre procedit. In his magna est ἀμετρία τῆς ἀνθολκῆς, &, nonnisi perverso quodam contra Cyrillum commotus zelo, negat dicendum esse δι' Υἱοῦ. Nam illud διὰ τοῦ Υἱοῦ expressè posuit Basilius lib. 5. contra Eunomium, cap. 12. pag. 120. Διὰ τί μὴ τὸ Πνεῦμα υἱὸς τῦ υἱοῦ; ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ θεῦ δι' υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον. *Cur Spiritus non dicitur Filius Filii? Non quia non est ex Deo per Filium, sed ne Trinitas infinita putetur multitudo.* Et Damascenus lib. 1. Orthod. fidei, cap. 15. pag. 55. Καὶ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ. *Sed & Filii Spiritus est, non tanquam ex ipso, sed tanquam per ipsum ex Patre procedens. Solus enim Pater caussa est.* Processionem Spiritus S. ex Filio variis refutare conatur argumentis Photius, Epist. 2. ubi vide. Damascenus lib. 1. Orthod. fid. cap. 11. pag. 43. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγομεν, καὶ Πνεῦμα Πατρὸς ὀνομάζομεν. Ἐκ τῦ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, Πνεῦμα δὲ Υἱοῦ ὀνομάζομεν. *Spiritum Sanctum & ex Patre dicimus, & Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum S. non dicimus, sed Spiritum Filii nominamus.* Atque hæc opinio apud Græcos latissimè pervagata est, & schismati inter Latinam &

& Græcam Ecclesiam occasionem dedit, quod in Concilio Florentino tolli non potuit; ut patet ex ejus historia, sect. 7. cap. 6. Eandem opinionem Græci etiamnum mordicus defendunt, ut pluribus docet Metrophanes Critopulus in Confess. Eccles. Orientalis, pag. 12. & sequentibus. Sed, cùm fateantur Græci, Spiritum S. esse Spiritum non tantùm Patris, sed etiam Filii sive Christi, & eandem habere essentiam, divinitatem, majestatem, imperium, cum Patre & Filio, & accipere à Filio, & porrò sic non loqui à semetipso, &, quòd cum mittat Filius à Patre; imò per ἐμφύσησιν significaverit se eum donaturum, Joh. 20: 22. unde Damascenus lib. 1. Orthod. fid. cap. 11. colligit, δι' Υἱοῦ πεφανερῶσθαι καὶ μεταδίδοσθαι ἡμῖν, *eum per Filium manifestari & nobis dari*: quid causlæ potest esse, quare non dicatur ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι? Nam, quemadmodum ipsum nomen בן *filius*, consignificat τὸ γεννητῶς ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πατρός, ita nomen Πνεῦμα ex se ἐκπόρευσίν τινα significat ex eo, cujus Πνεῦμα dicitur Φυσικῶς. Vide de hac controversia Theologos Orthodoxos; imprimis summam Theologiæ Cl. Cocceji, cap. 12. & Hornbeckii summam Controversiarum lib. 11.

ε. Τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. De his jam sufficienter actum cap. 3. num. 11. 2. 3. sub lit. α & β.

ζ. Τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Fatentur Symboli hujus auctores, *Spiritum S. per Prophetas esse locutum.* Hinc, juxta Basilium M. in c. 3. Jesaiæ, pag. 899. Προφήτης ἐστὶν, ὁ κατὰ ἀποκάλυψιν τοῦ πνεύματος προαγορεύων τὸ μέλλον. *Propheta est, qui per Spiritus sancti revelationem quod futurum est prænunciat.* Huc facit, quòd Eusebius, Demonstrat. Evang. lib. 5. pag. 132. vult, Προφήτην dici παρὰ τὸ προφαίνειν καὶ προφωτίζειν ἐν αὐτῷ τὸ θεῖον Πνεῦμα, μὴ μόνον τὰ παρόντα, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων ἀληθῆ καὶ ἀκριβῆ γνῶσιν, *à verbo* προφαίνω, portendo, significo: *quòd divinus Spiritus per ipsum palam faciat & priùs patefaciat non tantùm præsentia, sed etiam futurorum veram & accuratam cognitionem.* Sed προφήτης potiùs dictus à πρόφημι, hoc est, *profari*, ut cum Ulpiano loquar, cui *profari* est *prædicere*. Lyranus in cap. 22. Numeror. *Propheta dicitur quasi procul fans.* Tanta fuit seculi, quo vixit, ignorantia. Spiritum S. per Prophetas locutum esse, clariora adhuc sunt testimonia. Omni exceptione majus est illud Apostoli Petri, 2. Epist. cap. 1: 21. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι. *Non enim libidine hominis allata est olim prophetia, sed acti à Spiritu sancto locuti sunt sancti Dei Homines.* Confer 2. Timoth. 3: 16. Hinc Theo-

Theophilus lib. 2. ad Autolycum, pag. 252. *Prophetas* vocat θεοῦ ἀνθρώπους, πνευματοφόρους πνεύματος ἁγίου, *Dei homines, Spiritu ſancto afflatos.* Eodem ſenſu *Prophetæ* vocantur θεοφόροι, *& dicuntur* θεοφορεῖσθαι. Theodoretus, θεραπευτ. Serm. 10. pag. 144. Jeſaiam vocat θεοφόρον ἄνδρα, *divinum, Deo plenum virum*, quia à Spiritu ſancto actus futura prædixit. Et Baſilius Cæſar. ſub finem Orat. in Famem & ſiccitatem, pag. 419. θεοφορουμένη προφητεία. Interpres: *Prophetica verba, quæ ad animam tota referri videntur.* Minùs convenienter. Eſt potiùs *prophetia*, ſeu *prædictio, Dei inſtinctu, divino afflatu prolata:* idem quod θεόπνευστος προφητεία. Juſtinus M. Apol. 2. pag 75. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης Ἡσαΐας θεοφορούμενος τῷ πνεύματι τῷ προφητικῷ, ἔφη. *Et rurſus idem Propheta Jeſaias, Spiritu prophetico afflatus & incitatus, dixit.* Apud eundem in Cohortat. ad Græcos, legimus, *Prophetas ea nobis annunciaſſe,* ἃ τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς κατελθὸν πνεῦμα, τὲς τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν μανθάνειν βουλομένους δι' αὐτῶν διδάσκειν προήρηται, *quæ deſcendens in eos Spiritus ſanctus, religionem veram diſcere volentes, per illos docendos eſſe ſtatuerit.* Et in Dialogo cum Tryphone, pag. 224. Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου, πάντων τούτων τῶν νομιζομένων Φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι, καὶ δίκαιοι, καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες, καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται. Προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν· οὗτοι μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' εὐλαβηθέντες, μήτε δυσωπηθέντες τινὰ, μὴ ἡττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον, ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι. *Exſtiterunt quidam ante multa tempora, omnibus iſtis, qui pro talibus habiti ſunt, Philoſophis longè vetuſtiores, beati, juſti, Dei amantes, Deoque ipſi chari homines, divini Spiritus afflatu loquentes, & futura vaticinantes, quæ nunc fiunt: eos autem Prophetas vocant. Hi ſoli quod verum eſt & viderunt, & hominibus renunciarunt; neque obſervantes neque metuentes quenquam, neque gloriæ cupiditate victi. Ea quippe duntaxat ſunt prolocuti, quæ audiverunt & viderunt, Spiritu ſancto repleti.* Chryſoſtomus in Pſal. 4. dicit, *Prophetas* θεοπνεύστους γενομένους, οὐδὲν οἴκοθεν διαλεχθῆναι ἡμῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θείας ἐκείνης καὶ ὑπερουρανίου χάριτος ἐμπνευσθέντας, *divinitus afflatos, nihil de ſuo nobiſcum eſſe locutos, ſed à divina illa & cæleſti gratia inflatos.*

Atque hæc omnia, quæ hactenus Patres Conſtantinopolitani de Spiritu ſancto ſunt profeſſi, cò tendunt, ut agnoſcamus, illum eſſe verum Deum, Patri & Filio ὁμοούσιον. Patres Nicæni tantùm profitebantur, ſe credere in Spiritum ſanctum; ἀδιόριστον, ut inquit Baſilius, Epiſt. 60. pag. 836. τὸν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγον relinquentes, ὅπως τότε τῶν πνευματο-

μετημάχων Φανέντων. Licèt enim Arius, *Spiritum sanctum meram esse creaturam* asseruerit, de Filio tamen potissimùm litem movebat. Interim tamen & ante, & post Concilium Nicænum fuerunt, qui Spiritus sancti Deitatem impiè oppugnabant: quorum catalogum subjicere, eorumque simul impietatem refutare non fuerit ἀπροσδιόνυσον.

1. *Simon Magus*; à quo dicti sunt *Simoniani*, de quibus Augustinus lib. de Hæresibus, cap 1. asseruit, *Spiritum sanctum nomen esse non essentiæ, seu personæ, sed ἐνεργείας tantùm & virtutis.* De eo, & ejus assectis, Nazianzenus Orat. 37. pag. 595. Ἐνέργειαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπέλαβον. *Existimabant, Spiritum sanctum esse vim quandam & virtutem.* Paulus Samosatenus, ut refert Leontius de Sectis, act. 3. pag 436. Πνεῦμα ἔλεγε τὴν ἐπιφοιτήσασαν χάριν τοῖς ἀποστόλοις. *Spiritum dicebat gratiam, quæ super Apostolos venit.* Hodierni etiam *Samosateniani* tuentur, Spiritum sanctum non esse verum ὑφιστάμενον, seu personam à Patre & Filio secundum hypostasin distinctam, sed *esse tantùm in Deo per modum qualitatis, seu attributi.* At Spiritum sanctum non esse χάρισμα vel ἐνέργειαν, id est, *motum & actionem*, quâ Deus efficaciter agit in animis electorum, docet Apostolus 1. Corinth. 12: 11. ubi Spiritum sanctum, δοτῆρα ἐάων, manifestè à donis ipsis distinguit, πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. *Omnia autem hæc operatur unus & idem Spiritus.* Ἐνεργεῖ, non ἐνεργεῖται. Hoc observat ad hunc locum Theophylactus, pag. 265. Οὐκ ἐνεργεῖται, ἀλλ', ἐνεργεῖ, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. *Non efficitur, sed operatur, æquè ac Pater.* Et Nazianzenus Orat. 37. pag. 596 Εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται δηλονότι, οὐκ ἐνεργήσει· καὶ ὁμῶ τῷ ἐνεργηθῆναι, παύσεται· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια· πῶς οὖν ἐνεργεῖ, καὶ τάδε λέγει, καὶ ἀφορίζει, καὶ λυπεῖται, καὶ παροξύνεται, καὶ ὅσα κινουμένου σαφῶς ἐστιν, οὐ κινήσεως; *Si vis est vel virtus, agetur haud dubiè, non aget: simulque, ut actus fuerit, desinet. Ejusmodi quippe est actus natura. Qui fit ergo, ut agat ipse, atque hæc & illa dicat, & segregeat, & contristetur, & ad iram incitetur, & quæcunque rei motu agitatæ perspicuè sunt, non autem motionis ipsius?* Atque inde jam colligit, Spiritum sanctum esse ὑφιστάμενον. Origenes ad Joh. 3: 8 pag. 90, 91. in Catena in Johannem: Πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ. Σημαίνει δὲ τοῦτο καὶ οὐσίαν εἶναι τὸ Πνεῦμα. Οὐ γὰρ, ὡς τινὲς οἴονται, ἐνέργειά ἐστι θεοῦ, οὐκ ἔχον κατ' αὐτοὺς ὑπάρξεως ἰδιότητα. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ ἀπαριθμησάμενος τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα, ἐπήνεγκε εὐθύς· Ταῦτα δὲ ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Εἰ δὲ θέλει, καὶ ἐνεργεῖ, καὶ διαιρεῖ, οὐσίαν γοῦν ἔστιν ἐνεργητικὴ, ἀλλ' οὐκ ἐνέργεια. Spiritus ubi vult, spirat. *Significat autem hoc, Spiritum quo-*

que esse substantiam : non enim , ut quidam autumant , virtus quædam seu operatio Dei est , quæ , secundum illos , per se minimè subsistat. Nam & Apostolus , postquam Spiritûs sancti dona enumerâsset , statim subjunxit : Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus , dividens singulis prout vult. *Si autem* vult , *&* operatur , *&* dividit , *est utique substantia effectrix , sed non virtus vel operatio.* Huc referri possunt , quæcunque hactenus de Spiritu sancto sunt dicta. *Si* enim *in eum credendum, si est Dominus , si vivificat & regenerat , si ex Patre & Filio procedit , si simul cum Patre & Filio est adorandus & glorificandus , si per Prophetas est locutus*, non est ἐνέργεια vel χάρισμα, sed verum ὑφιστάμενον. Confer, quæ cap. 3. num. 11. 2. ad probandam SS. Trinitatem , allata sunt.

2. Quidam *Spiritum S. servum vel ministrum Dei esse* dixerunt. Id fecit Macedonius , de quo Photius Epist. 1. pag. 6. Εἰς δούλους καὶ ὑπηρέτας τὴν δεσποτικὴν καὶ ὑπερκειμένην τοῦ Πνεύματος συνέταττε κυριότητα. *Spiritûs dominium supremum & principatum excellentem ad servilem & subjectitiam redigebat conditionem.* Sozomenus de eodem, lib 4. cap. 27. pag. 59. b. affirmat , *quòd Spiritum sanctum vocaverit* διάκονον καὶ ὑπηρέτην , *ministrum & servum.* Testatur etiam Palladius apud Epiphanium, pag. 469. quosdam dixisse , μὴ δεῖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῇ θεότητι καὶ τῇ κυριότητι συνδοξάζεσθαι , ἀλλ' ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τετάχθαι σχήματι, *non esse glorificandum Spiritum sanctum cum Deo ac Domino , sed eum in ministri ac legati gradu locatum esse.* De iisdem Cæsarius quæst. 2. pag. 8. Quidam Πνεῦμα ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τάξει ἔταξαν. Sed horum insaniam egregiè refutant illa Chrysostomi , Homil. 62. t. 6. Πῶς αὐτὸ δοῦλον , ὃ ἐλευθεροῖ ; οὐκ ἤκουσας Παύλου λέγοντος· Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς , ἐν χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου ; ἐλευθεροῖ τὸ Πνεῦμα τοὺς δούλους , τὸ μὴ ἔχον ἐν τῇ Φύσει τὴν ἐλευθερίαν ; *Quomodo ille servus est , qui in libertatem vendicat? Non audivisti Paulum dicentem:* Lex enim Spiritus vitæ , in Christo Jesu liberavit me à lege peccati & mortis? *Nam Spiritus , qui in sua natura libertatem non habet , servos in libertatem vendicat?* Basilius, Epist. 141. dicit , Spiritum sanctum non posse vocari δοῦλον , ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐλευθεροῖ ἡμᾶς τῆς δουλείας, *quia nos per baptismum à servitute liberet.* Vide ibidem plura pag. 933. Est verò hæc hæresis affinis sequenti. Nec hos hæreticos illud juvat , quòd *Spiritus sanctus mitti dicitur ;* unde Arius & Eunomius *Filii mittendarium* eum vocabant, ut testatur Rufinus in Expolit. Symboli : & Chrysostomus Homil. 72. t. 6. Τὴν ἀποστολὴν τοῦ Πνεύματος ὁ αἱρετικὸς εἰς ὕβριν λαμβάνει. *Missionem Spiritûs , hæreticus contumeliam*

meliam interpretatur: nec enim Spiritus mittitur, ſed dona ejus conferuntur electis. Sic ibidem Chryſoſtomus: Ὁ θεὸς ἐξέχεε τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, ἤγουν τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Θεότης γὰρ οὐκ ἐκχεῖται, ἀλλ' ἡ δωρεά. Deus effudit Spiritum ſuum, *id eſt, donum Spiritus ſancti. Divinitas non effunditur, ſed donum.* Baſilius Cæſar. circa finem Orat. 15. pag 502. Τὸ Πνεῦμα γὰρ οὐ λειτουργικῶς διακονεῖ τὰς δωρεὰς, ἀλλ' αὐθεντικῶς διαιρεῖ τὰ χαρίσματα· διαιρεῖ γάρ, φησιν, ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· ἀποτέλλεται μὲν οἰκονομικῶς, ἐνεργεῖ δὲ αὐτεξουσίως. *Spiritus non miniſtri inſtar dona diſtribuit, ſed dominica poteſtate charismata dividit.* Dividit enim, *inquit* Apoſtolus, privatim ſingulis, ſicut vult. *Mittitur quidem per modum diſpenſationis, ſed operatur propria auctoritate.*

3. Alii *Spiritum ſanctum* κτίσμα, *creaturam eſſe* blaſphemarunt. Eorum anteſignanus erat Arius & Ariani, de quibus Gregorius Presbyter in vita Greg. Nazianzeni, κτίσμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἔλεγον, *dicebant, Spiritum ſanctum eſſe creaturam.* Epiphanius hæreſi 69. pag. 332. & hæreſi 76. pag. 389. Τὸ ἅγιον Πνεῦμα κτίσμα κτίσματός φασιν εἶναι. *Spiritum ſanctum dicunt eſſe creaturam creaturæ:* volebant nempe, eum à Filio, quem itidem creaturam dicebant, creatum eſſe. Ex infelici Arii ſpiritu multi poſt Concilium Nicænum rami pullularunt. Ortus eſt *Eunomius:* is, ut ait Baſilius, lib. 2. contra Eunomium, negavit Spiritum ſanctum eſſe αὐτοσύσατον, & contrà impiè affirmavit, cum Filii eſſe δημιούργημα. De eodem Theodoretus, hæret. fab. lib. 4. cap. 3. pag. 236. Τὸ ἅγιον Πνεῦμα πρὸ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργηθῆναι ποιημάτων ἔφησε. *Spiritum ſanctum ante alia opera à Filio creatum eſſe dixit.* Idem, Hiſt. Eccleſ. lib. 5. c. 11. de Arianis & Eunomianis in Confeſſione Damaſi dicit, Τὸ ἅγιον Πνεῦμα κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται. *Affirmant, Spiritum ſanctum eſſe creaturam.* Ortus etiam eſt *Macedonius*, de quo ſub numero præcedenti, Arianæ factionis operâ ad Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſedem evectus. Hic, omiſſa diſputatione περὶ τοῦ ὁμοουσίου Patris & Filii, Spiritûs ſancti deitatem oppugnavit. De eo Socrates Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 45. pag. 215. a. Τὸ ἅγιον Πνεῦμα συναναλαβεῖν εἰς τὴν θεολογίαν τῆς Τριάδος ἐξέκλινε. *Renuit Spiritum ſanctum recipere ſimul ad Theologiam Trinitatis*, hoc eſt, noluit confiteri, illum eſſe verum Deum. Et Paulus, Epiſcopus Conſtantinop. in Biblioth. Photii, Cod. 257. pag. 1421 Τὸ πανάγιον Πνεῦμα παντελῶς ἀλλότριον τῆς θεότητος ἐβλασφήμει. *Sanctiſſimum Spiritum omnino à divinitate alienum eſſe blaſphemabat.* Greg. Nyſſenus Orat. 2. t. 2. pag. 32. *Macedonius* κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔφασκε, *Spiritum ſanctum creaturam eſſe dixit.*

xit. Hujus Macedonii assecla dicti sunt *Macedoniani*, & Πνευματομάχοι, item Ἡμιάρειοι. *Macedonius*, quòd Spiritûs sancti deitatem, & ὁμοουσιότητα cum Patre Filioque negaret, vocatus est Πνευματομάχος. Nilus de Synodo Constantinopol. Biblioth. Juris Canonici, pag. 1156. *Sancta & œcumenica secunda Synodus habita est Constantinopoli* κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, *contra Macedonium Spiritûs sancti hostem.* Deinceps omnes eandem hæresin foventes, dicti sunt Πνευματομάχοι, Can. 1. Concilii Constantinop. Oecumen. 2. Theodoretus hæret. fab. lib. 4. cap. 5. pag. 238 de Macedonio: Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ παραπλησίως, βλασφημῶν διετέλεσεν· ὅθεν καὶ οἱ ἐκ τούτου συμμορίας καλούμενοι Πνευματομάχοι ἐπωνομάσθησαν. *Spiritum sanctum, sicut Arius & Eunomius, blasphemare perstitit: inde, qui ejus sectæ dicebantur*, Pneumatomachi *cognominati sunt.* Socrates, Hist. Eccles. lib. 2. cap. 45. pag. 215. a. postquam docuisset, Macedonium Spiritus sancti deitatem negasse, addit: Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ Πνευματομάχους ἀποκαλοῦσιν αὐτοὺς οἱ τὸ ὁμοούσιον Φρονοῦντες. *Propter hanc vero caussam, etiam* Pneumatomachos *eos vocant illi, qui consubstantialitatem defendunt.* Apud Epiphanium hæresis 74. est κατὰ Πνευματομάχων, *contra Pneumatomachos.* Augustinus, hæresi 52. *Macedoniani sunt à Macedonio, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopo, quos* & Πνευματομάχους *Græci dicunt, eò quòd de Spiritu sancto litigent.* Iidem vocati sunt Ἡμιάρειοι, vel Ἡμιαρειανοὶ, *Semiariani.* De his Augustinus, loco citato: *De Patre & Filio rectè sentiunt, quòd unius sint, ejusdemque substantiæ vel essentiæ: sed de Spiritu sancto hoc nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Hos potiùs quidam* Semiarianos *vocant, quòd in hac quæstione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum.* De iisdem Zonaras ad Can. 1. Constantinop. pag. 67. & ex eo Ballamon, ad eundem Canonem, pag 302. *Præsens sancta secunda Synodus congregata fuit adversus Macedonium*, καὶ κατὰ τῶν ὁμοδόξων ἐκείνῳ, κτίσμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα δογματιζόντων, καὶ οὐ θεὸν, οὐδ' ὁμοούσιον Υἱῷ καὶ Πατρὶ, ὃς ὁ παρὼν κανὼν Ἡμιαρείους καλεῖ, ὡς κατὰ τὸ ἥμισυ μετέχοντας τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως Οἱ μὲν γὰρ καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα κτίσμα καὶ ἑτεροούσιον τῷ Πατρὶ ἐδογμάτιζον. Οἱ δὲ Πνευματομάχοι περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ ὑγιῶς ἐΦρόνουν, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα κτιστὸν καὶ ἀλλότριον τῆς θεότητος ἐβλασφήμουν, *& eos, qui ejusdem cum eo erant sententiæ, asserentes, Spiritum sanctum esse creaturam, & non Deum, nec Filio & Patri consubstantialem: quos præsens Canon* Semiarianos *appellat, ut qui mediam partem hæresis Arianorum haberent. Ariani enim Filium & Spiritum creaturam & alius à Patre substantiæ esse decernebant. Spiritûs autem adversarii de Filio quidem*

rectè

rectè sentiebant, sanctum autem Spiritum & creatum, & à divinitate alienum blasphemabant. De Macedonio Leontius de Sectis, Act. 4. pag. 444. Ἡμάρτανε περὶ τὴν θεότητα, ἐξ ἡμισείας συνασεβῶν τῷ Ἀρείῳ· τὸν μὲν γὰρ Υἱὸν λέγων γέννημα τοῦ θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τοίνυν ἔλεγε. *Peccabat circa deitatem, ex parte cum Ario impietatis reus: cùm enim Filium diceret Dei sobolem, Spiritum facturam esse dixit.* Epiphanius verò, hæresi 73. pag. 360. Ἡμιαρείους & ἡμιαρειζοντας eos vocat, qui asserunt, Filium Patri esse ὁμοιούσιον. A Nazianzeno, ut testatur Gregorius Presbyter in vita ipsius, *Semiariani* vocantur, *qui* Λόγον τῷ Πατρὶ ἴσον, *Verbum Patri simile* dixerunt. Et certè, Macedonianos Filium Patri dixisse ὁμοιούσιον, non ὁμοούσιον, luculenter satis probavimus cap. 10. num. IV. 3. Hanc verò Macedoniorum de Spiritu sancto hæresin anathemate percussit secunda Synodus œcumenica, inque hoc præsenti Symbolo ejus deitatem clarissimis verbis adstruxit; quæ hactenus consideravimus. Spiritum S. non esse κτίσμα, etiam alii Patres ὁμοψήφως affirmant. Basilius, Epist. 301. pag. 1072. dicit *eos, qui asserant, Spiritum esse* κτίσμα, μακρὰν εἶναι τῆς ἀληθείας, *procul à veritate abesse.* Damasus in Confessione sua, apud Theodoretum, Hist. Eccles. lib. 5. cap. 11. Εἴτις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοίνυν, ἢ διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis dixerit Spiritum sanctum factum, aut per Filium factum esse, anathema sit.* Variis rationibus veteres hanc hæresin refutant. Videamus earum aliquot.

a. *Omnis creatura Deo servit: Spiritus non servit Deo. Ergo non est creatura.* Hoc argumento utitur Basilius M. Epist. 141. pag. 933. Πᾶν κτίσμα δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσαντος. Τὰ γὰρ σύμπαντά, φησι, δοῦλα σά. Εἰ δὲ δοῦλόν ἐστι, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα, ὃν ἀνεπίδεκτόν ἐστι κακίας. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' οὐσίαν ὂν ἅγιον, πηγὴ ἁγιασμοῦ προσηγόρευται· οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· εἰ δὲ μὴ κτίσμα, ὁμοούσιόν ἐστι τῷ θεῷ. *Omnis creatura sui creatoris est ministra.* Omnia enim, *inquit*, serviunt tibi. *Si verò servus est, & acquisitam habet sanctitatem, malitiæ non est incapax. Spiritus verò sanctus, secundum essentiam Sanctus exsistens, fons sanctitatis appellatus est. Non est igitur creatura Spiritus sanctus: si verò creatura non est, ejusdem cum Deo essentiæ est.*

b. *Omnis creatura determinatam habet naturam: Spiritus sanctus non habet determinatam naturam. E.* Hoc est ejusdem Basilii argumentum, ibidem. Εἰ κτίσμα λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πεπερατωμένην τὴν φύσιν αὐτοῦ εἰσάγει· πῶς ἂν σαθήσεται τὸ, Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην; καὶ τὸ, Ποῦ τορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου; *Si creaturam dicit esse*, Pneumatomachus,

chus, *Spiritum ſanctum, determinatam ipſius naturam inducit. Quomodo ergo ſtabit iſtud*, Spiritus Domini replevit orbem? *Et illud*, Quò ibo à Spiritu tuo? Theodoretus ad poſteriorem locum ex Pſal. 139: 7. hæc habet, pag. 946. Ἐπισημήνασθαι προσήκει, ὅτι τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχειν ἐδίδαξε, καὶ τὸν Θεὸν, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα· ποῦ πορευθῶ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω; ὧν δὲ μία ἡ ἐνέργεια, μία πάντως καὶ ἡ δύναμις· ὧν δὲ μία ἡ δύναμις, μία ἡ Φύτις· μία ἄρα τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἡ Φύσις. *Notandum eſt, eum docuiſſe, eandem operationem habere & Deum, & Spiritum ſanctiſſimum.* Quò ibo, *ait*, à Spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? *Sanè quorum una eſt operatio, una omnino eſt potentia: & quorum una eſt potentia, una utique eſt natura. Una igitur eſt Dei & Spiritus ſancti natura.*

c. *Tria creationum genera in Scriptura reperiuntur. At ad nullum eorum Spiritus ſanctus poteſt referri. Ergo non eſt creatura.* Aliud eſt Baſilii in eadem Epiſtola argumentum. Τρεῖς κτίσεις εὑρήκαμεν ὀνομαζομένας ἐν τῇ γραφῇ· μίαν μὲν καὶ πρώτην, τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν· δευτέραν δὲ, τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν· τρίτην δὲ, τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Ἐν ταύταις εὑρήσεις συνεργὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Tria creationum genera in Scriptura deprehendimus nominata. Unum quidem ac primum eorum, quæ ex nihilo, cùm non eſſent, ad hoc ut eſſent, ſunt tradu&ta. Secundum eorum, quæ ex pejoribus ad meliora immutantur. Tertium, quod eſt in reſurrectione mortuorum. In iſtis omnibus invenies Spiritum ſanctum Patri & Filio cooperatorem.* Vide ibidem plura.

d. *Templa ſoli conſecranda Deo. At nos templum ſumus Spiritûs ſancti. Ergo non eſt creatura.* Iterum Baſilius, Epiſt. eadem: Ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστε· πᾶς δὲ ναὸς, θεοῦ ναός. Εἰ δὲ ναός ἐσμεν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Templum eſtis ejus, qui in vobis eſt Spiritûs ſancti. *Omne autem templum, Dei templum eſt, Si verò templum ſumus Spiritûs ſancti, ergo Deus eſt Spiritus ſanctus.* Certè 1. Corinth. 3: 16. & cap. 6: 19. pro uno & eodem accipitur *eſſe templum Dei*, &, *eſſe templum Spiritûs ſancti.* Inde etiam Theodoretus colligit, Spiritum ſanctum eſſe Deum. Sic enim ille ad priorem locum, pag. 135. Εἰ γὰρ τῷ ἐκ ξύλων φκοδομημένῳ ναῷ τὸ πρόσηκον ἀπονέμομεν σέβας, πολλῷ δήπουθεν δικαιότερον τοὺς λογικοὺς ναοὺς ἀφιεροῦν τῷ θεῷ. ἐπισημήνασθαι δὲ προσήκει, ὡς ναοὺς θεοῦ προσηγόρευσε τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Μαρτυρεῖ γὰρ ὁ λόγος, ὅτι θεὸς τὸ πανάγιον Πνεῦμα. *Si enim templo ex lignis exſtructo congruentem honorem tribuimus, multò utique juſtius eſt, Deo templa ratione prædita conſecrare.*

Notan-

Notandum est autem, quòd templa Dei appellavit eos, qui inhabitantem habent Spiritûs gratiam. Testatur enim his verbis, Spiritum sanctum esse Deum. Ad eundem locum Theophylactus, pag. 188. Εἰ δὲ ναὸς θεοῦ ἐσμεν, ἐπειδὴν ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα, ἄρα τὸ Πνεῦμα θεός. *Si autem Dei templum sumus, eò quòd Spiritus in nobis habitat, Spiritus igitur est Deus.* Epiphanius quoque, hæresi 74. pag. 384. inde probat, Spiritum sanctum esse verum Deum. Εἰ τοίνυν, inquit, ναὸς θεοῦ καλούμεθα διὰ οἴκησιν ἁγίου Πνεύματος, τίς τολμήσειε παραιτήσασθαι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀπαλλοτριῶσαι τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας, σαφῶς τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ἡμᾶς ναοὺς θεοῦ γίνεσθαι διὰ τὸ ἐνοικοῦν Πνεῦμα ἅγιον ἐν τοῖς ἀξίοις; *Si itaque templum Dei vocamur propter habitationem sancti Spiritûs, quis audeat rejicere Spiritum, & abalienare ab essentia Dei, cùm palàm Apostolus dicat, nos templa Dei fieri propter inhabitantem Spiritum sanctum in iis, qui digni sunt?* Augustinus lib. 1. de Trinitate, cap. 6. *Si nos sumus templum Spiritûs sancti, non est creatura Spiritus sanctus, quia cui corpus nostrum exhibemus, necesse est ut huic eam servitutem debeamus, quâ nonnisi Deo serviendum est.* Et lib. 1. contra Maximinum, Arianorum Episcopum, t. 6. pag. 477. verè aurea hæc leguntur verba: *Nonne si templum alicui sancto Angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei? quoniam creaturæ exhiberemus eam servitutem, quæ uni tantùm debetur Deo. Si ergo sacrilegi essemus faciendo templum cuicunque creaturæ, quomodo non est verus Deus, cui non templum facimus, sed nos ipsi templum sumus?* Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 13. *Deus templum habet, creatura templum non habet verum, Spiritus autem habet templum, qui habitat in nobis.*

e. *Spiritus sanctus non est creatura, quia in ipsum baptizamur.* Hoc est argumentum Greg. Nazianzeni Orat. 37. pag. 596. Εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν; ἢ ἐν αὐτῷ τελείσμεθα; *Si Spiritus est creatura, quomodo in eum credimus? vel in eo perficimur?* Τελειοῦσθαι hîc de Baptismo usurpatur. *Baptismi gratiâ perfici* dicebantur in primitiva Ecclesia, id est, τελειωθῆναι, qui baptizabantur. In passione Stephani, Episcopi urbis Romæ: *Quem multis exhortationibus Christianæ religionis edocens, & de regno Dei & vita æterna imbuens, sacri Baptismatis gratiâ ex more perfecit, & in albis positum Presbyterum consecravit.* Hoc loco *perficere* est τελειῶσαι, quod & pro *consecrare*, & *initiare sacris* positum est apud LXX. Interpretes. Hinc Baptismus etiam vocatur τελείωσις, & qui eum administrat, τελειωτής. Vide Observat. nostrarum cap. 3.

f. *Si Spiritus sanctus est creatura, etiam Pater erit creatura.* Ita argumen-

mentatur Photius Epiſt. 1. Ἐι τὸ Πνεῦμα κτίσμα, κἀκεῖνος οὗ τὸ Πνεῦμα, μετὰ τῶν κτισμάτων. *Si Spiritus eſt creatura, certè & ille creatura fuerit, cujus eſt Spiritus.* Et mox: Πῶς συντάττεται Πατρὶ καὶ Υἱῷ; Πορευθέντες γὰρ, αὐτός φησιν ὁ Υἱὸς, μαθητεύσατε, &c. Ἐι ἕν τι τῶν τριῶν κτίσμα, ἐν οἷς Φωτιζόμεθα, ὐδὲ τὰ λοιπὰ καθαρεύσει τῆς ὕβρεως. *Quomodo cum Patre & Filio conjungitur?* Euntes enim, *ait ipſemet Filius*, docete, *&c. Quodſi autem è tribus iſtis, in quorum nominibus baptizati illuminamur, unus erit creatura, cæteri profectò ab hac injuria non fuerint immunes.* Qui plura deſiderat argumenta, legat integram Epiſt. 141. Baſilii, ut & librum ejuſdem quintum contra Eunomium, nec non primam Photii Epiſtolam.

CAPUT XV.

De Eccleſia.

Εἰς μίαν, ἁγίαν, Καθολικὴν, καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν.

ANtequam ad conſiderationem Eccleſiæ accedamus, de locutione, πιστεύομεν εἰς ἐκκλησίαν, quædam neceſſariò præmittimus. Quæritur ergo, An πιστεύειν εἴς τι, & πιστεύειν τι, ſunt ἰσοδυναμοῦντα, ac proinde rectè dicamur *in Eccleſiam credere?* Affirmant Pontificii, & eò uſque progrediuntur, ut dicant, *non Eccleſiæ tantùm in omnibus*, ſed *in Eccleſiam quoque eſſe credendum.* Atque ideò Concilii Conſtantinopolitani Patres profiteri, Πιστεύομεν εἰς μίαν — ἐκκλησίαν. Hoc eſt, ut ipſi interpretantur, *Credo ſidoque Eccleſiæ in omnibus.* Fatemur, non tantùm Patres Conſtantinopolitanos, ſed etiam alios, hoc modo fuiſſe locutos. Epiphanius in Ancorato, pag. 518. Πιστεύω εἰς μίαν ἁγίαν, Καθολικὴν, καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν. *Credo in unam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.* Et pag. ſeq. Πιστεύομεν εἰς μίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν. Apud Cyrillum Jeroſol. Catech. Illum. 18. pag. 147. Πιστεύω εἰς μίαν ἁγίαν Καθολικὴν Ἐκκλησίαν. Arius & Euzoius in Confeſſione ſua Conſtantino oblata, apud Socratem, lib. 1. cap. 26. pag. 186. b. & apud Sozomenum, lib. 2. cap. 27. pag. 32. b. Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν Πατέρα, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς μίαν Καθολι-

βολικὴν Ἐκκλησίαν τῦ Θεῦ. Eandem formulam Hieronymus quoque in dissceptatione cum Luciferianis expressit. Si verò Scriptores Ecclesiasticos paulò accuratiùs inspiciamus, patebit, apud eos, πιστεύειν τι, & εἰς τι, πιστεύειν τινὶ, & εἰς τινα, pro eodem Græcis, prout & Hebræis, quæ sunt istis Analoga, haud rarò usurpari. Id quod Petrus Martyr ad 1. Corinth. 10:2. Drusius Observat. lib. 3. cap. 1. & Miscell. lib. 1. cap. 21. maximè verò Th. Gatakerus, in Cinno suo, cap. 20. observant. Pro iisdem autem usurpasse Epiphanium loco suprà laudato, ostendunt, quæ eadem planè formulâ, postquam dixisset, Πιστεύομεν εἰς μίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν, continua serie subjungit, Καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Et in unum baptisma resipiscentiæ, & in resurrectionem mortuorum, & in regnum cœlorum, & in vitam æternam.* Quid hoc aliud, quàm certò credere, unum esse resipiscentiæ baptismum? &c. Ita enim pro iis habet præsens Symbolum, Ὁμολογῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Quin & in sequentibus Epiphanius de eo, quod priùs dixerat, πιστεύομεν εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, anathemati subjiciens contrarium sentientes, istudve non agnoscentes, Ἀναθεματίζομεν, inquit, τοὺς μὴ ὁμολογῦντας ἀνάστασιν νεκρῶν. *Damnamus illos, qui resurrectionem mortuorum non confitentur.* Nec aliter Cyrillus Jerosol. Catech. Illuminat. 18. Τῆς δὲ ἀπαγγελλομένης πίστεως ἀκολούθως περιεχούσης τὸ, Εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς μίαν Καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Cùm fides proposita, sive professa, contineat istud,* In unum baptisma pœnitentiæ ad remissionem peccatorum, & in unam Catholicam Ecclesiam, & in carnis resurrectionem, & in vitam æternam. Ita & Petrus Chrysologus, Serm. 62. *In Sanctam Ecclesiam. Quia Ecclesia in Christo, & in Ecclesia Christus est: qui ergo Ecclesiam fatetur, in Ecclesiam se confessus est credidisse.* Irenæi interpres lib. 5. cap. 12. *Quotquot timent Deum, & credunt in adventum Filii ejus,* &c. Cyprianus ad Demetrianum: *In æternam pœnam serò credent, qui in vitam æternam credere noluerunt.* Ambrosius, Epist. 82. *Credere in resurrectionem Christi.* Atque hæc Patres, ubi latiùs & liberiùs loquuntur: at ubi distinctiùs & magis propriè, negant disertè, *in homines, aut in Ecclesiam credi, aut in rem ullam præter Deum.* Origenes in Johannem, tomo 32. ad cap. 13:20. pag. 400. Ἐνθάδε μὲν οὖν, ὁ λαμβάνων, φησὶν, ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει, &c. Οὔτε δὲ εἴρηται, ὁ πιστεύων εἰς ὑμᾶς, πιστεύει εἰς ἐμέ. οὔτε, ὁ θεωρῶν ὑμᾶς, θεωρεῖ ἐμέ. Λαμβάνειν γὰρ ἡμᾶς βούλεται τοὺς ἀποστόλους

λους ἑαυτῦ, ὃ μὴν καὶ πιστεύειν εἰς αὐτούς. *Atque hoc quidem in loco*, Qui recipit, *inquit*, si quem misero, me recipit, *&c. At verò non dictum est*, Qui credit in vos, credit in me: *neque*, Qui videt vos, videt me. *Ut enim recipiamus suos Apostolos vult, non tamen ut in illos credamus.* Ita Greg. Nazianzenus Orat. 37. quæ est de Spiritu Sancto, pag. 596. Ἀλλ' εἰ μὲν κτίσμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν; ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; ὃ γὰρ ταυτόν ἐστι πιστεύειν εἴς τι, καὶ περὶ αὐτῦ πιστεύειν· τὸ μὲν γάρ ἐστι θειότητος, τὸ δὲ παντὸς πράγματος. *Sed si creatura*, nempe Spiritus sanctus, *quomodo in eum credimus? aut in eo perficimur? Neque enim idem est*, credere in aliquid, *&*, credere de ipso. *Illud enim deitatis est, hoc rei cujuslibet.* His gemina leguntur apud Theophylactum in cap. 12. Johannis, pag. 747. Ἄλλο τὸ πιστεύειν τινὶ, καὶ ἄλλο τὸ πιστεύειν εἰς τινά. ὁ μὲν γὰρ πιστεύων τινὶ δύναται νοηθῆναι, ὅτι πιστεύει αὐτῷ ἀληθῆ λέγοντι· ὁ δὲ πιστεύων εἰς τινὰ, ὡς εἰς θεὸν, πάντως πιστεύει. Διὸ πιστεύειν μὲν τοῖς Ἀποστόλοις εἴποι ἄν τις, πιστεύειν δὲ εἰς τοὺς Ἀποστόλους, οὐκ ἔτι, &c. *Aliud est* credere cuipiam, *& aliud* credere in quempiam. *Nam is* qui credit alicui, *potest intelligi, quòd credat ei ut vera dicenti:* qui *autem* credit in quempiam, *omnino ut in Deum credit. Ideò rectè quis crediderit Apostolis, at non item in Apostolos*, &c. Eodem concedunt Patres Latini. In Expositione Symboli, quæ habetur apud Augustinum inter Conciones de Tempore, Serm. 131. ad Competentes Conc. 2. *Sciendum est, quòd* Ecclesiæ credere, *non tamen* in Ecclesiam credere *debeamus: quia Ecclesia non Deus, sed domus Dei est.* Et ad Neophytos Homil. 3. *Non quomodo* in Deum credimus, *sic* in Ecclesiam *Sanctam Catholicam, quæ propterea Sancta & Catholica est, quia certè credit in Deum. Non ergo diximus, ut in Ecclesiam, quasi in Deum, crederetis, sed ut in Ecclesia sancta conversantes, in Deum crederetis.* Augustinus in Psal. 77. Credere in Deum *plus est, quàm* credere Deo: *nam & homini cuilibet plerumque credendum est, quamvis in eum non sit credendum.* Et Tract. 29. in Johannem: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem ille misit. *Ut credatis in eum; non, ut credatis ei. Sed si creditis in eum, creditis ei. Non autem continuò, qui credit ei, credit in eum. Nam & dæmones credebant ei, sed non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipsis dicere possumus*, Credimus Paulo, *sed non*, Credimus in Paulum: Credimus Petro, *sed non*, Credimus in Petrum. Addimus tandem Ruffinum in Expos. Symboli, quæ habetur in Operibus Cypriani, pag. 557. *Ut autem una eademque in Trinitate divinitas doceatur; sicut dictum est* in Deum Patrem credi *adjecta præpositione* IN: *ita &* in Christum Filium ejus, *ita &*

& in Spiritum ſanctum *memoratur. Sed ut manifeſtius fiat quod dicimus, ex conſequentibus approbabitur. Sequitur namque poſt hunc ſermonem:* Sanctam Eccleſiam Catholicam, remiſſionem peccatorum, hujus carnis reſurrectionem. *Non dixit*, in ſanctam Eccleſiam, *nec* in remiſſionem peccatorum, *nec* in carnis reſurrectionem. *Si enim addidiſſet*, IN, *præpoſitionem, una eademque vis fuiſſet cum ſuperioribus. Nunc autem in illis quidem vocabulis, ubi de divinitate fides ordinatur*, in Deum Patrem *dicitur*, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus, & in Spiritum ſanctum: *in cæteris verò, ubi non de divinitate, ſed de creaturis ac myſteriis ſermo eſt*, IN, *præpoſitio non additur, ut dicatur* in ſanctam Eccleſiam, *ſed* ſanctam Eccleſiam *credendam eſſe, non ut in Deum, ſed ut Eccleſiam Deo congregatam:* & remiſſionem peccatorum *credendam eſſe, non* in remiſſionem peccatorum: & reſurrectionem carnis, *non* in reſurrectionem carnis. *Hâc itaque præpoſitionis ſyllabâ Creator à creaturis ſecernitur, & divina ſeparantur ab humanis.* Quin & Tridentinum conciliabulum, Symbolum Conſtantinopolitanum recitando, ſeſſione ſub Paulo tertia, præpoſitionem IN in Capite de Eccleſia omiſit: & in Catechiſmo ad Parochos, ex ejuſdem Concilii decreto, Pii V. juſſu edito, diſertis verbis: *Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam.*

Illud etiam monuiſſe juvabit, cur doctrinæ de tribus SS. Trinitatis perſonis ſtatim ſubjiciatur Confeſſio de Eccleſia. Tertullianus de Baptiſmo, cap. 6. pag. 389. *Quum autem ſub tribus & teſtatio fidei pignerentur, neceſſariò adjicitur Eccleſiæ mentio, quoniam ubi tres, id eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, ibi Eccleſia, quæ trium corpus eſt.* Et Auguſtinus in Enchirid. cap. 56. *Spiritus ſanctus ſi creatura, non creator, eſſet, profectò creatura rationalis eſſet. Ipſe enim eſſet ſumma creatura; & ideò in regula fidei non poneretur ante Eccleſiam, quia & ipſe ad Eccleſiam pertineret.*

Nunc Confeſſionem Patrum Conſtantinopolitanorum *de Eccleſia* examinaturis, occurrit

I. *Explicatio nominis.* Ἐκκλησία dicitur ἀπὸ τῦ ἐκκαλεῖν, *evocare.* Ab Ἐκκέκλησαι fit Ἔκκλησις, & ab Ἔκκλησις fit Ἐκκλησία, eodem planè modo, quo Hebræorum קרא. *Eccleſia quippe ex vocatione appellata eſt*, inquit Auguſtinus Expoſ. ad Rom. Cyrillus Jeroſol. Catech. 18. Φωτιζ. p. 177. Ἐκκλησία καλεῖται φερωνύμως, διὰ τὸ πάντας ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὁμοῦ συνάγειν. *Aptè* Eccleſia *vocatur, quaſi dicas, convocatio; propter omnium convocationem & congregationem.* Apud Athanaſium, quæſt. 37. de Parabolis Scri-

Scripturæ, t. 2. pag. 402. Ἐκκλησία καλεῖται, διὰ τὸ πάντας ἐκκαλεῖσθαι. Ecclesia *vocatur evocatio, quia omnes evocantur.* Nimis allegoricum est, quòd Methodius in Biblioth. Photii, Cod. 235. pag. 937. dicit, Ἐκκλησίαν παρὰ τὸ ἐκκεκληκέναι τὰς ἡδονὰς λέγεσθαι, Ecclesiam *vocari ab evocandis*, id est, exstirpandis *voluptatibus.* Notat autem Ἐκκλησία

1. *Generaliter* quemvis *conventum, sive Ecclesiasticus sit, sive Politicus.* Chrysostomus in Psal. 150. Ἐκκλησία συςήματος καὶ συνόδου ἐςὶν ὄνομα. Ecclesia *notat congregationem & conventum.* Hesychius: Ἐκκλησία, σύνοδος, συναγωγὴ, πανήγυρις. *Concio, conventus, congregatio, conventus publicus.* Suidas: Ἐκκλησία, συναγωγὴ ὄχλου. Ἀριςοφάνης Πλούτῳ· Ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίνεται; *Concio, turbæ congregatio. Aristophanes in Pluto*, pag. 9. vs. 21. *Concio verò nonne propter hunc habetur?* Veteres Glossæ: Ἐκκλησία. *Concilium, concio.* Et Athenis nominatim ea vox usurpata *pro populi cœtu, concione,* πανηγύρει. Ammonius: Ἐκκλησίαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν. *Athenienses* Ἐκκλησίαν *appellabant conventum civium.* E novem Eleusiniorum mysteriorum diebus, primus dicebatur ἀγυρμὸς, id est, Ἐκκλησία, συγκρότησις, iterum teste Hesychio. Actor. 19: 32, 39, 40. Ephesinus conventus vocatur Ἐκκλησία. vs. 40. Ἀπέλυσε τὴν Ἐκκλησίαν, *dimisit Ecclesiam.* Plutarchus in Phocione, Διαλύσαντες τὴν Ἐκκλησίαν. Eodem sensu Josephus, Antiquitat. 16: 5. de Agrippa, Τοιαῦτα εἰπὼν, διέλυσε τὸν σύλλογον. Diodorus Siculus lib. 17. Τὸ συνέδριον διαλύσας. Basilius M. βουλὴν διαλύειν. Chrysostomus, θέατρον διαλύειν.

2. *Specialiter:* & quidem,

A. *Propriè & strictè, cœlum electorum*, qui in hoc Symbolo vocatur μία ἁγία, Καθολικὴ, καὶ Ἀποςολικὴ Ἐκκλησία, de quibus Ecclesiæ Epithetis sub num. IV. agemus. Clemens Alex. stromat. lib. 7. pag. 715. Οὐ νῦν τὸν τόπον, ἀλλὰ τὸ ἀθρόϊσμα τῶν ἐκλεκτῶν, ἐκκλησίαν καλῶ. *Non locum, sed congregationem electorum, nunc* Ecclesiam *voco.* Ignatius ad Trallenses: Ἐκκλησία ἐκλεκτὴ, συναθρόϊσμα ἁγίου, συναγωγὴ ὁσίων. *Ecclesia electa, cœtus sanctus, synagoga sanctorum.* Isidorus Pelusiota Epist. 246. lib. 2. p. 236. Τὸ ἀθρόϊσμα τῶν ἁγίων, τὸ ἐξ ὀρθῆς πίςεως καὶ πολιτείας ἀρίςης συγκεκροτημένον, Ἐκκλησία ἐςί. *Cœtus sanctorum, ex recta fide, atque optima vivendi ratione collectus, Ecclesia est.* Eadem significatio occurrit iterum apud Ignatium, in Epist. ad Philadelph. de Christo: Αὐτὸς ἀν θύρα τοῦ Πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ Προφῆται, οἱ Ἀπόςολοι, καὶ ἡ Ἐκκλησία. *Ipse est janua Patris, per quam ingrediuntur Abraham, & Isaac, & Jacob, & Prophetæ, Apostoli, & Ecclesia.* Irenæus lib. 4. cap.

cap. 24. *Disseminaverunt sermonem de Christo Patriarchæ & Prophetæ, de-*
messa est autem Ecclesia, hoc est, fructum percepit. S. Augustinus contra
Faust. lib. 12. cap. 8. *Quis non agnoscat Christum reliquisse matrem, Syna-*
gogam Judæorum, veteri Testamento carnaliter adhærentem, & adhæsisse
uxori suæ, S. Ecclesiæ. Hanc Ecclesiam Chrysostomus, Ἀνδριάντων Ho-
mil. 6. vocat τὴν κοινὴν πάντων ἡμῶν μητέρα, *communem omnium nostrûm ma-*
trem. Et Homil. 36. in 1. ad Corinth. Τόπον ἀγγέλων, τόπον ἀρχαγγέ-
λων, βασιλείαν θεοῦ, αὐτὸν τὸν οὐρανόν. *Locum Angelorum, locum Archangelo-*
rum, regnum Dei, ipsum cœlum. Idem, Homil. 18. t. 5. eam vocat νύμ-
φην ἐξολισμένην, βασιλίδα κεκαλλωπισμένην, παράδεισον κομῶντα, λειμῶνα βρύοντα.
Sponsam ornatam, reginam omni ornatu decoratam, paradi-
sum vernantem, pratum fertilitate abundans.

B. *Impropriè*, idque

a. *Latissimè*, cœtum eorum, qui Evangelicæ prædicationi quocun-
que modo credunt. Ita Critopulus in Confess. fidei, cap. 7. Ἐκκλησία
ἐστὶν, ὡς μέν τινες βούλονται, σύστημα πάντων τῶν τῷ Εὐαγγελικῷ κηρύγματι ὁπω-
σοῦν πεισθέντων· ὀρθοδόξων φημὶ καὶ αἱρετικῶν. *Ecclesia est, ut nonnulli volunt,*
congregatio omnium eorum, qui prædicationi Evangelii quocunque modo cre-
dunt: Orthodoxorum inquam & hæreticorum.

b. *Latè*, cœtum eorum, qui eandem doctrinam Orthodoxam pro-
fitentur. Iterum Critopulus, eodem loco: Ἄλλοι θέλουσιν, Ἐκκλησίαν εἶναι
σύστημα μόνων τῶν ὀρθοδόξων, καὶ περὶ τὸν χριστιανισμὸν κατὰ πάντα ὑγιαινόντων.
Alii volunt, Ecclesiam esse congregationem Orthodoxorum tantum, & eorum,
qui in doctrina per omnia sani sunt. Jobius Monachus, in Biblioth. Pho-
tii, Cod. 122. pag. 636. Ἐκκλησία ἐστὶν, ὁ εἰς χριστὸν πεπιστευκὼς λαός. *Ec-*
clesia est in Christum credens populus. Zonaras ad Can. 6. Gangr. pag. 314.
Ἀθροϊσμὸς τῶν πιστῶν, κυρίως Ἐκκλησία ἐστί. *Congregatio fidelium, propriè Ec-*
clesia est. Cyrillus Alex. in cap. 42. Jesaiæ, pag. 544. Ἐκκλησίας ὅτε φα-
μὲν, ἤγουν ὀνομάζομεν, τοὺς ἐν αὐταῖς ὄντας ἁγίους προσκυνητὰς σημαίνομεν. *Quan-*
do Ecclesias dicimus vel nominamus, in iis exsistentes sanctos adoratores in-
telligimus. Atque ita *Ecclesia* appellatur

α. *Minimus cœtus* vel ex tribus constans, qui in nomine Domini con-
veniunt. Talem conventum Ecclesiæ nomine donavit Tertullianus in
Exhortat. ad Castitatem, cap. 7. pag. 941. alludens ad verba Christi,
Matth. 18:20. *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in*
medio eorum, inquit: *Sed & ubi tres, Ecclesia est; licet laici.* Idem,
lib. de Pœnitentia, cap. 10. pag. 169. *In uno & altero Ecclesia est, Ec-*

clesia

Digitized by Google

cleſia verò Chriſtus. Imò S. Macarius, Homil. 12. *unum hominem pium Eccleſiæ nomine dignatur*, quando dicit, Ἐκκλησία λέγεται καὶ ἐπὶ πολλῶν, καὶ ἐπὶ μιᾶς ψυχῆς· αὕτη γὰρ ἡ ψυχὴ συνάγει ὅλους τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἔστιν Ἐκκλησία τῷ θεῷ. *Eccleſia & de multis, & de una anima dicitur. Hæc enim anima colligit totas cogitationes, & Deo Eccleſia eſt.*

β. *Familia* cujusque, etiam parva quædam *Eccleſia eſſe poteſt.* Huc faciunt verba Chryſoſtomi in Pſal. 42. Σὺ ποίησον Ἐκκλησίαν, τὸ δωμάτιόν σου. Ἔνθα γὰρ ψαλμὸς, καὶ εὐχὴ, καὶ προφητειῶν χορεία, καὶ διάνοια τῶν ᾀδόντων θεοφιλὴς, ἐκ ἄν τις ἁμάρτοι τὴν σύνοδον ταύτην προσειπὼν Ἐκκλησίαν. *Tu Eccleſiam fac domicilium tuum. Ubi enim Pſalmus, & Oratio, & prophetiarum concentus, & canentium mens Dei amans, non erraverit, qui talem conventum Eccleſiam appellaverit.* Ita ad Rom. 16: 5. Aquilæ domui nomen *Eccleſiæ* tribuitur. Ad quem locum Theophylactus, pag 154. Ἔνθα εὐλάβεια πολλὴ καὶ ἀρετὴ, Ἐκκλησία ὁ οἶκος ἐκεῖνος. *Ubi multa pietas & virtus, domus illa* Eccleſia *dicitur.* Et 1. Corinth. 16: 19. eadem domus *Eccleſia* appellatur. Ubi Theodoretus, pag. 210. Καὶ οὗτοι διὰ πολλὴν ἀρετὴν καὶ τὴν οἰκίαν Ἐκκλησίαν ἀπέφηναν, μόνα τὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρέποντα ποιεῖν προελόμενοι. *Hi autem*; nempe Aquila & Priſcilla; *propter maximam virtutem etiam domum ſuam* Eccleſiam *effecerunt, ea ſola, quæ Eccleſiam decerent, facere contendentes.* Et Theophylactus, pag. 320. Ὅρα δὲ αὐτῶν τὴν ἀρετὴν, ὅτι τὸν οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν πεποιήκασιν, ἀθρόϊσμα πιςῶν ἐν ταύτῃ ποιήσαντες *Obſerva autem ipſorum virtutem, quoniam domum ſuam Eccleſiam fecerunt, collectionem fidelium in ea facientes.* Vide etiam ad Coloſſ. 4: 15. & ad Philem. vſ. 2. Chryſoſtomus, Homil. 20. in Epiſt. ad Epheſios: Οἰκία, Ἐκκλησία ἐστὶ μικρά. *Domus eſt parva Eccleſia.* Alias Eccleſiæ ſpecies, quæ huc referri poſſent; ut, quando cœtus fidelium in una aliqua Civitate ligitur, quæ Epiſcopo paret, quæque ex pluribus parœciis conſtat, tam intra, quam extra urbem in omni ejus territorio circumjacente conſtitutis, &c; omittimus.

c. *Synecdochicè* Ἐκκλησίας vox ſumitur,

α. *pro ſolis Paſtoribus & Presbyteris*, qui alicui cœtui præſunt. Atque ita accipi debet Matth. 18: 17, 18. Εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ, *dic Eccleſiæ*, id eſt, interprete Chryſoſtomo, Homil. 60. in Matthæum, τοῖς προεδρεύουσι, (legendum προεδρεύσι) *præſidentibus.* Et Theophylactus ad iſtum locum, pag. 106. dicit intelligi, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προέδρους, *Eccleſiæ præſides.*

α. *Pro*

β. *Pro ovibus*, seu plebe, *seorsim à Pastoribus consideratis.* Ita sumitur Actor 20:28. Ubi Episcopi jubentur ποιμαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, *pascere Ecclesiam Dei.* Eodem referri potest illud Apostoli 1. Timoth. 3:5. Εἰ τις ἰδίᾳ οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, τῆς Ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται; *Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?* Chrysostomus Homil. 10. in hanc Epistolam, & ad præsentem locum: Ἐυκολώτερον τῆς οἰκίας ἄρχειν. Ὁ τοίνυν ταῦτα καλῶς ἐκ οἰκονομήσας, πῶς τὰ τῆς Ἐκκλησίας οἰκονομῆσαι δυνήσεται; *Longè facilius est domum regere. Qui igitur rem familiarem rectè administrare nescit, quo pacto Ecclesiam administrare poterit?* Huc pertinet proverbium, Ἀπ' ὄνου καταπεσών, *ab asino delapsus:* quod Suidas dici ait ἐπὶ τῶν ἱππικῇ ἐπιχειρούντων, μὴ δυναμένων δὲ μηδὲ ὄνοις χρῆσθαι, *de iis, qui rem equestrem aggrediuntur, & tamen ne asinis quidem uti possunt.* Andronicus Senior apud Nicephorum Gregoram, lib. 9. pag. 182. Πῶς ἂν δυνηθείην τῷ ἐγγόνῳ πιστεῦσαι τοιαύτην ἀρχήν, νέῳ τε ὄντι, καὶ τοσαύτην ἀπειρίαν ἀσκοῦντι, ὡς μηδὲ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδέναι καλῶς διαθέσθαι; *Quo pacto nepoti queam tantum mandare imperium, qui & adolescens est, & rerum adeò imperitus, ut ne suas quidem probè administrare sciat?* Chrysostomus, Homil. 22 in Epist. ad Romanos, pag. 184. Ὁ τὰ πρὸς τοὺς οἰκείους οὐ κατορθωκώς, δυσκολώτερον τὰ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους οἰκονομήσει. *Qui, quæ ad domesticos pertinent, non probè instituit, difficilius, quæ ad alienos spectant, administrabit.*

δ. *Metonymicè* notat locum, in quo sacer eorum habetur cœtus, qui ad cultum Dei conveniunt. Theodoretus, θεραπευτ. Serm. 61. pag. 580. Ἐκκλησίαι περιφανεῖς πανταχῇ δεδομημέναι. ἐν πόλεσιν, ἐν κώμαις, ἐν ἀγροῖς. *Illustres Ecclesiæ ubique exstructæ, in civitatibus, in pagis, in agris.* Chrysostomus Homil. 29. in Acta: Οἱ πρόγονοι τὰς Ἐκκλησίας ἡμῖν ᾠκοδόμησαν. *Majores Ecclesias nobis exstruxerunt.* Iterum Theodoretus, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 1. pag 522. de Constantino M. Νόμους γὰρ ἔγραψε, θύειν μὲν εἰδώλοις ἀπείργων, δομᾶσθαι δὲ τὰς Ἐκκλησίας παρεγγυῶν. *Leges enim scripsit, quibus & hostias idolis immolari vetuit, & Ecclesias exstrui jussit.* Paulò post: Τότε δὴ, οἱ μὲν τὰς καταλυθείσας Ἐκκλησίας ἀνήγειρον, οἱ δὲ ἑτέρας εὐρυτέρας ἀνῳκοδόμων καὶ λαμπροτέρας. *Tunc itaque alii quidem dirutas Ecclesias de integro erigebant, alii alias ampliores & splendidiores ædificabant.* Augustinus, Quæst. super Levit. lib. 3. cap. 57. *Sicut Ecclesia dicitur locus, quo Ecclesia congregatur. Nam Ecclesia homines sunt, de quibus dicitur,* Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam. *Hanc tamen vocari etiam ipsam domum Orationum, idem Apostolus testis est, ubi ait,* Numquid domos non habe-

habetis ad manducandum & bibendum, Ecclesiam Dei contemnitis? *Et hoc quotidianus loquendi usus obtinuit, ut*, ad Ecclesiam prodire, *aut*, ad Ecclesiam confugere, *non dicatur, nisi quod ad locum ipsum parietesque proprius accesserit, vel confugerit, quibus Ecclesiæ congregatio continetur.* Eodem modo etiam alii passim loquuntur.

II. *Materiale Ecclesiæ* est,

1. *tum supremum*, nempe caput ipsum, quod solus Christus, ad Ephes. 5:23. ad Coloss. 1:18. Basilius Cæsar. in proœmio in lib. Ethicorum, de Judicio Dei, pag. 390. Τ᾽μεῖς δέ ἐστε σῶμα χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, κρατούσης δηλονότι, καὶ συναπτούσης ἕκαστον τῷ ἄλλῳ πρὸς ὁμόνοιαν τῆς μιᾶς καὶ μόνης κεφαλῆς, ἥτις ἐστὶν ὁ χριστός. Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte: *continente videlicet & coaptante in ea alterum alteri ad concordiam uno ac solo capite, quod est Christus.* Greg. Nazianzenus, Orat. 31. pag. 501. Εἷς χριστὸς, μία κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. *Unus Christus, unicum Ecclesiæ caput.* Theodoretus in Psal. 108. pag. 1148. Κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας ὁ δεσπότης καλεῖται χριστὸς, καὶ σῶμα αὐτοῦ χρηματίζει τῆς Ἐκκλησίας ὁ σύλλογος. *Ecclesiæ caput Dominus Christus vocatur, & corpus ejus appellatur cœtus* Ecclesiæ.

2. *tum inferius*, nempe fideles & electi, qui sunt membra & corpus Christi. Clemens Alex. strom. 7. pag. 752. Σῶμα ἀλληγορεῖται ἡ Ἐκκλησία Κυρίου, ὁ πνευματικὸς καὶ ὁ ἅγιος χορός. *Corpus allegoricè dicitur Domini Ecclesia, spiritalis & sanctus Chorus.* Theophylactus in cap. 11. Joh. pag. 730. Εἷς ἓν ὁ χριστὸς ἡμᾶς ἤγαγεν, εἰς μίαν Ἐκκλησίαν, καὶ ζυγὸν ἕνα συναγαγὼν, καὶ τοὺς ἐγγὺς καὶ τὰς μακρὰν ἓν σῶμα ποιήσας, ἵνα ὁ ἐν τῇ Ῥώμῃ καθήμενος, τὸν ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ὄντα μέλος οἰκεῖον λογίζηται, καὶ πάντων μίαν κεφαλὴν ὁμολογῇ τὸν χριστόν. *Christus nos in unum collegit, in unam Ecclesiam, & sub unum coëgit jugum tam eos qui propè, quàm eos qui procul erant unum corpus faciens, ut is, qui Romæ habitat, eum qui in India est, suum membrum esse reputet, & omnium unum caput fateatur esse Christum.* Chrysostomus Homil. 10. in Epist. ad Ephesios, pag. 814. Τί ἐστιν ἓν σῶμα; Οἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιστοὶ καὶ ὄντες καὶ γενόμενοι καὶ ἐσόμενοι. *Quid est* unum corpus? *Omnes per universum mundum fideles, qui sunt, fuerunt, & erunt.*

III. *Proprietates Ecclesiæ* hîc nobis imprimis proponuntur considerandæ. Earum quatuor recenset Symbolum.

1. est, *quòd sit μία, una.* Chrysostomus Homil. 1. in 1. ad Corinthios: Εἰ Ἐκκλησία Θεοῦ ἐστιν, ἥνωται, καὶ μία ἐστὶν, οὐκ ἐν Κορίνθῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ· τὸ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα οὐ χωρισμοῦ, ἀλλὰ ἑνώσεως καὶ συμ-

Φωνίας

Φωνίας ἐςὶν ὄνομα. *Si Ecclesia Dei est, unita & una est, non tantùm Corinthi, sed etiam in universo terrarum orbe. Ecclesiæ enim nomen non segregationis, sed unionis & consensus nomen est.* Et paulò post: Τὴν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης μίαν δεῖ εἶναι Ἐκκλησίαν, καί τοι τόποις πολλοῖς κεχωρισμένην. — Εἰ δὲ ὁ τόπος χωρίζει, ἀλλ' ὁ Κύριος αὐτοὺς συνάπτει. — Οἱ ἐν διαφόροις τόποις ὄντες, ἐὰν μὴ διαφόρους ἔχωσι κυρίους, ἀλλ' ἕνα μόνον, οὐδὲν ἀπὸ τῶν τόπων εἰς ὁμόνοιαν παραβλάπτονται, τοῦ Κυρίου τοῦ ἑνὸς συνάπτοντος αὐτούς. *Ecclesiam, per universum orbem dispersam, unam esse oportet, quamvis multis locis separata & distincta sit. — Quamvis autem locus separet, Dominus tamen eos conjungit. — Qui in diversis locis sunt, si non diversos habeant Dominos, sed unum tantùm, locorum intervallis consensum lædi non sentiunt, unico Domino eos conjungente.* Theophylactus in 1. Corinth. cap. 1. pag. 163. Τὸ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα, ἑνώσεώς ἐςιν ἐνδεικτικόν. *Ecclesiæ nomen, unionem & conjunctionem significat.* Theodoretus, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 9. ex Epistola Constantini M. ad absentes Episcopos, pag. 550. Μίαν εἶναι τὴν Καθολικὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν βεβούληται Θεός· ἧς εἰ καὶ τὰ μάλιςα εἰς πολλούς τε καὶ διαφόρους τόπους τὰ μέρη διῄρηται, ἀλλ' ὅμως ἑνὶ Πνεύματι, τουτέςι, τῷ θείῳ βουλήματι θάλπεται. *Unam esse Catholicam Ecclesiam suam voluit Deus: cujus membra, multis licet, diversisque maximè locis dispersa sint, uno tamen Spiritu, hoc est divina voluntate foventur.* Clemens Alexand. Stromat. lib. 7. p. 765. Μία ἀληθὴς Ἐκκλησία, ἡ τῷ ὄντι ἀρχαία, εἰς ἣν οἱ κατὰ πρόθεσιν δίκαιοι ἐγκαταλέγονται· ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ θεοῦ, καὶ ἑνὸς τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἄκρως τίμιον κατὰ τὴν μόνωσιν ἐπαινεῖται, μίμημα ἂν ἀρχῆς τῆς μιᾶς· τῇ γοῦν τοῦ ἑνὸς Φύσει συγκληροῦται Ἐκκλησία ἡ μία, ἣν εἰς πολλὰς κατατέμνειν βιάζονται αἱρέσεις· κατά τε οὖν ὑπόςασιν, κατά τε ἐπίνοιαν, κατά τε ἀρχήν, κατά τε ἕξοχὴν μόνην εἶναι Φαμὲν τὴν ἀρχαίαν καὶ Καθολικὴν Ἐκκλησίαν, εἰς ἑνότητα πίςεως μιᾶς τῆς κατὰ τὰς οἰκείας διαθήκας, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν διαθήκην τὴν μίαν διαφόροις τοῖς χρόνοις, ἑνὸς θεοῦ τῷ βουλήματι, δι' ἑνὸς τοῦ Κυρίου συνάγουσαν τοὺς ἤδη κατατεταγμένους εἰς προῶρισεν ὁ θεὸς, δικαίους ἐσομένους πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐγνωκώς. *Una est vera Ecclesia, quæ verè est antiqua, in cujus Catalogum referuntur ii, qui sunt justi secundum propositum. Nam cùm unus sit Deus & unus Dominus, propterea id etiam, quod est summè venerabile, ex eo, quòd sit solum laudatur, ut quod sit imitatio principii, quod est unum. In unius ergo naturæ sortem cooptatur Ecclesia, quæ est una, quam conantur hæreses in multas discindere. Et substantia ergo, & cogitatione, & principio, & excellentia solam esse dicimus, antiquam & Catholicam Ecclesiam, in unitatem unius fidei, quæ est ex propriis testamentis, vel potiùs ex testamento, quod est unum diversis tem-*

temporibus, in quibus Dei voluntate per unum Dominum congregat eos, qui sunt jam ordinati, quos prædestinavit Deus, cùm eos justos futuros cognovisset ante facta mundi fundamenta. Basilius Cæsar. Epist. 393. Εἷς λαὸς πάντες οἱ εἰς χριστὸν ἠλπικότες, καὶ μία Ἐκκλησία νῦν οἱ χριστοῦ, κἂν ἐκ διαφόρων τόπων προσαγορεύηται. *Unus populus omnes qui in Christum sperant, & una Ecclesia qui Christi sunt, quamvis ex distinctis locis appelletur.* Chrysostomus Homil. 149. t. 5. Αἱ κατὰ πόλεις καὶ χώρας Ἐκκλησίαι, πολλαὶ τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, μία ἐστὶν Ἐκκλησία· εἷς γὰρ ἐν αὐταῖς ὁ χριστὸς ἀπανταχοῦ, ὁ τέλειος καὶ ἀμέριστος. *Ecclesiæ, quæ in urbibus & agris sunt, quamvis multæ sint numero, unam constituunt Ecclesiam: unus enim ubique in iis Christus, perfectus & individuus.* Theophylactus in 1. Corinth. 1. pag. 164. Μία Ἐκκλησία εἰσὶ πάντες οἱ πιστοὶ, ὅπου δ' ἂν ὦσιν. *Una Ecclesia sunt omnes fideles, ubicunque tandem sint.* Cyprianus de unitate Ecclesiæ, pag. 254. *Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo Solis multi radii, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum: & cùm de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium Solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide rivum, præcisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latiùs expandit; unum tamen caput est, & Origo una, & una mater, fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur*, &c.

2. est, *quòd sit ἁγία, Sancta.* Ecclesia sancta est, ea scilicet, quæ cœtus est electorum Dei. *Sancta* est, sanctitate imputata, & inhærente. *Illa* sanctitas est donum justificationis, *hæc* sanctificationis & regenerationis. *Illa* perfecta est & integra; *hæc* inchoata & integranda. Sanctitate imputata perfectè sancta est Ecclesia: sanctitate inhærente in studio sanctimoniæ quotidie proficit. Huc faciunt verba Apostoli ad Ephes. 5:25, 26, 27. cap. 1:4. Coloss. 1:22. Hinc etiam *omnes fideles*, in Ecclesia adhuc militante constituti, vocantur ἅγιοι, *sancti.* Chrysostomus, Homil. 1. in Epist. ad Romanos, ad cap. 1. vs. 7. pag. 9. Ἁγίους, τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας. Sanctos, *omnes vocat fideles.* Idem, Homil. 14. in 1. ad Timoth. pag 307. Ἅγιοί εἰσι πάντες, ὅσοι πίστιν ὀρθὴν μετὰ βίου ἔχουσι· κἂν σημεῖα μὴ ἐργάζωνται, κἂν δαίμονας μὴ ἐκβάλλωσιν, ἅγιοί εἰσι. Sancti *sunt omnes,*

omnes, quicunque rectam fidem cum vita habent: etiamsi signa non edant, etiamsi dæmones non ejiciant, sancti sunt. Vide eundem Homil. 10. in Epist. ad Hebræos, pag. 489. & Theophylactum ad vs. 1. cap. 1. ad Ephesios, pag. 499. S. Augustinus tom. 8. in enarratione Psalmi 85. ad illa verba, *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum*, inter alia hæc habet: *Si sanctificatos dicit;* sc. Apostolus 1. Corinth. 6: 11. *dicat & unusquisque fidelium, sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris, te sanctum esse ex te, superbus es: rursus fidelis in Christo, & membrum Christi, si te non dixeris esse sanctum, ingratus es.* Ecclesia verò visibilis, seu cœtus vocatorum, sanctis permixtos habet hypocritas, bonis malos, tritico zizania: & hæc quidem Ecclesiæ visibilis conditio semper fuit, etiamnum est, atque erit ad finem seculi; nunquam enim Ecclesia similis esse desinet *agro*, Matth. 13: 38. *sagenæ*, vs. 47. *areæ*, Matth 3: 12. *domui magnæ*, in qua vasa aurea, testacea, ad decus, ad dedecus, 2. Timoth. 2: 20. Id ipsum etiam agnoscunt sancti Patres. Theodoretus in Psal. 40. pag. 552. Οὐδὲ ἐκ τελείων τᾶτα συνέςηκεν ἡ τοῦ θεοῦ Ἐκκλησία· ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥᾳθύμῃ συζῶντας, καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους, καὶ ἡδοναῖς δουλεύειν αἱρουμένους. *Nec Dei Ecclesia ex hominibus perfectis tota constat, sed habet etiam ignavos, & qui remissam amplectuntur vitam, quique voluptatibus serviunt.* Fulgentius ad Petrum, cap. 43. *Firmissimè tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse Ecclesiam Catholicam, & intra eam usque in finem seculi frumento mixtas paleas contineri, hoc est, bonis malos Sacramentorum communione misceri.* Hieronymus, Dial. contra Luciferianos: *Arca Noæ Ecclesiæ typus: ut in illa omnium animalium genera, ita & in hac universarum & gentium & morum homines sunt, ut ibi pardus & hœdi, lupus & agni, ita & hic justi & peccatores, ideſt, vasa aurea & argentea cum ligneis & fictilibus commorantur.*

3. est, *quòd sit* Καθολική. In vocis hujus usum paulò diligentius inquiramus. Duplicem ergo maximè significationem habet.

1. *Generalem.* Atque ita Καθολικὸς est *universalis.* Onomasticon vetus: *Universale*, Καθολικόν. Hoc sensu Chrysostomus in Psal. 110. dicit, ἀπὸ τῶν καθολικῶν ἐπὶ τὰ μερικὰ μετάγειν τὸν Λόγον, *ab universalibus ad particularia Orationem traducere.* Ita resurrectio mortuorum, novissimo die futura, vocatur καθολικὴ ἀνάςασις, *resurrectio universalis*, ut cap. 17. videbimus. Sacrificium Christi vocatur καθολικὴ θυσία, *universale sacrificium.* Chrysostomus, Serm. de Cruce & Latrone, qui est serm. 32. t. 5. edit. Paris. pag. 490. de Passione Christi ita scribit: Διὰ τοῦτο ἔξω τῆς πόλεως, ἔξω

ἔξω τῶν τειχῶν προσφέρεται ἡ θυσία, ἵνα μάθῃς, ὅτι καθολική ἐστιν ἡ θυσία· ἵνα μάθῃς, ὅτι ὑπὲρ γῆς ἁπάσης ἐστὶν ἡ προσφορὰ, καὶ ὅτι κοινὸς τῆς φύσεως ἡμῶν ἁπάσης ἐστὶν ὁ καθαρισμός. *Propterea extra urbem, extra mœnia offertur sacrificium, ut discas generale esse sacrificium; ut discas, pro tota terra esse oblationem, & expiationem totius naturæ nostræ.*

2. *Specialem*, quæ iterum duplex est:

α. *Politica.* Post diœcesium rationem à Constantino institutam, non solùm uni diœcesi Rector impositus, qui vice Præfecti prætorio jus diceret, sed etiam Procurator nomine Cæsaris, qui universas ejus rationes in tota diœcesi tractaret. Atque is Καθολικὸς appellatus est, quem *Rationalem* Latini interpretantur. Veteres Glossæ: Καθολικὸς, *rationalis*. Ælius Capitolinus in Gord. *Quidam* Rationalis *sibi ultra procurationem omnia vindicans.* Vide Brissonium de Verb. significat. lib. 16. in *Rationales*, & Glossarium Meursii in voce Καθολικός. In Epistola Constantini ad Eusebium Cæsar. apud Socratem, lib. 1. cap. 9. pag. 179. a. Ἀπέσταλται δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως Καθολικόν. *Missæ aut sunt literæ à mansuetudine nostra ad diœceseos Rationalem.* Eadem habes in vita Constantini, lib. 4. cap. 36. Ita etiam exponendus *Africæ Catholicus* apud Eusebium, lib. 10. Hist. cap. 6. pag. 114. b. in Epistola ejusd. Constantini ad Cæcilianum Carthaginensem: Ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον Καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ ὅτως τρισχιλίους φόλεις τῇ σῇ σεμνότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. *Literas dedi ad Ursum, illustrissimum* Rationalem Africæ, *eique significavi, ut gravitati tuæ tria teruncianorum millia numerari curet.* De *Catholico*, sive *universali Rationali Africanæ diœceseos* intelligendum esse, satis apparet. Idem Eusebius, lib. 7. Hist. cap. 10. pag. 73. b. in Epist. Dionysii, Καθολικὸν interpretatur, τὸν ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων, *qui supra rationes universas Principis, Procurator à rationibus universis.* Ita apud Athanasium, t. 2. pag 29. Scholasticus quidam ad Jovianum Imperatorem dixit: Ὁ Καθολικὸς τὰς οἰκίας μου ἥρεν. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν. Εἰ ὁ Καθολικὸς τὰς οἰκίας σου ἥρε, τί κακὸν Ἀθανασίῳ; Rationalis *meas mihi eripuit ædes. Imperator dixit*, si Rationalis *tuas tibi eripuit ædes, quod hoc ad Athanasium?* Et Suidas: Ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου πρὸς Πορφύριον Καθολικόν. *Epistola Juliani apostatæ ad Porphyrium Rationalem summarum.*

β. *Ecclesiastica:* cujus multiplex usus.

a. Καθολικοὶ, *Catholici*, si ad ipsa hujus vocis incunabula, & antiquissimum ascendamus usum, vocantur *Christiani orthodoxi*, atque ita discer-

discernuntur à Christianis hæreticis. Patet hoc ex Cod. lib. 1. tit. 1. Justin. de summa Trin. & fide Cathol. *Cunctos. Hanc legem* (nempe, *qui secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam, Patris, & Filii, & Spiritus sancti unam deitatem sub pari majestate & sub pia Trinitate credunt*) *sequentes*, Christianorum Catholicorum *nomen jubemus amplecti.* Basilica: Τὸ τῶν χριστιανῶν καθολικὸν ὄνομα κελεύομεν ἐνῆσθαι. Legendum καθολικῶν. Ex his manifestum est, eos tum temporis *pro Catholicis* fuisse habitos, qui circa dogma de SS. Trinitate sanam & orthodoxam fidem amplectebantur: reliqui, etsi Christiani dicerentur, non vocabantur *Catholici*, sed *hæretici.* B. Augustinus in Psal. 67. *Egerunt legibus publicis, ad judices venerunt, dixerunt se* Catholicos, *ut possent excludere* hæreticos. *Quare te dicis* Catholicum, *ut excludatur* hæreticus, *& non potiùs es* Catholicus, *ne sis exclusus* hæreticus?

b. Καθολικὴ Ἐκκλησία, *Ecclesia Catholica.* Triplici maximè sensu *Ecclesia* dicitur *Catholica.*

* *Catholica Ecclesia est*, quæ, per totum terrarum orbem dispersa, veram & orthodoxam fidem profitetur, atque juxta Christi præcepta suam instituit vitam. Atque hæc significatio est hujus loci. Patres enim Constantinopol. ejusmodi Ecclesiam appellant Catholicam, & cum iis alii etiam Ecclesiæ Doctores. Theophylactus in 1. Corinth. 12. pag. 271. Καθολικὴ Ἐκκλησία ἡ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἧς τὸ σῶμα συνέστηκεν ἐκ τῶν ἁπανταχοῦ Ἐκκλησιῶν, ἔχον τὴν κεφαλὴν τὸν Χριστόν. Catholica Ecclesia, *quæ per totum terrarum orbem dispersa, cujus corpus ex omnibus passim Ecclesiis constat, caput habens Christum.* Apud Athanasium, quæst. 37. de Parabolis Scripturæ, t. 2. pag. 402. Ἐκκλησία καθολικὴ καλεῖται, διότι καθ' ὅλου τοῦ κόσμου κεχυμένη ὑπάρχει. Ecclesia *vocatur* catholica, *quia per universum mundum est dispersa.* Barlaam de Papæ principatu cap. 15 pag. 121. Καθολικὴ Ἐκκλησία, ἔστι σύστημα τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὀρθοδόξων χριστιανῶν, τῶν ἀκίνητα καὶ ἀσάλευτα τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα διατηρούντων. Catholica Ecclesia, *est congregatio omnium per totum orbem Orthodoxorum Christianorum, qui pietatis dogmata immota & inconcussa custodiunt.* Cyrillus Jerosol. Catech. Illuminat. 18. pag. 170. paulò fusiùs: Καθολικὴ καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλειπῶς ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα, περί τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων· καὶ διὰ τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων εἰς εὐσέβειαν ὑποτάσσειν, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, λογίων τε καὶ ἰδιωτῶν· καὶ διὰ τὸ καθολικῶς ἰατρεύειν μὲν καὶ θεραπεύειν ἅπαν τὸ τῶν ἁμαρ-

ἁμαρτιῶν εἶδος, τῶν διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιτελουμένων, κεκτῆσθαι ἐν αὐτῇ πᾶσαν ἰδέαν ὀνομαζομένης ἀρετῆς, ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις, καὶ πνευματικοῖς παντοίοις χαρίσμασι. Catholica *vocatur, quia per universum terrarum orbem diffusa est, à finibus terræ ad fines. Et quia docet catholicè & sine ullo defectu omnia dogmata, quæ debent venire in cognitionem, de rebus visibilibus & invisibilibus, cœlestibus & terrestribus: & quia omne genus hominum piè subjugat, principes & subditos, eruditos & idiotas: & quia in universum curat omne genus peccatorum, & quæ per animam & quæ per corpus patrantur: habeturque in illa omne genus, quocunque nomine vocetur, virtutis, in factis & dictis, & omnigenis spiritualibus donis.* Optatus lib. 2. *Ubi ergo erit proprietas* Catholici *nominis, cùm inde dicta sit* Catholica, *quòd sit rationalis & ubique diffusa?* S. Augustinus Epist. 170. *Ipsa est enim Ecclesia* Catholica: *unde* καθολικὴ *Græcè appellatur, quòd per totum orbem diffunditur.* Idem, Epist. 30. *Ecclesia illa est quam modò dixi unicam suam, hæc est unica* Catholica, *quæ toto orbe copiosè diffunditur, quæ usque ad ultimas gentes crescendo porrigitur.* Isidorus de summo Bono, lib. 1. cap. 9. *Sancta Ecclesia ideò dicitur* Catholica, *pro eo quòd universaliter per omnem mundum sit diffusa.* Eodem sensu Ecclesia Catholica à Chrysostomo, Homil. 105. t. 5. pag. 682. vocatur οἰκουμενικὴ Ἐκκλησία, *universalis Ecclesia.*

** *Quævis Ecclesia particularis, siquidem Orthodoxa est, ob doctrinam Catholicam, vocatur* Καθολικὴ, *ad differentiam Ecclesiarum hæreticarum vel schismaticarum.* Ita Ecclesia Alexandrina *Catholica* appellatur. Apud Athanasium est inscriptio Epistolæ, t. 1. pag. 779. Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς, τῷ λαῷ τῷ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Καθολικῆς Ἐκκλησίας. *Constantinus maximus, Augustus, populo Catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ.* Eusebius, Hist. Eccles. lib. 4. cap. 15. pag. 39. a. de Polycarpo: Γενόμενος Ἐπίσκοπος τῆς ἐν Σμύρνῃ Καθολικῆς Ἐκκλησίας. *Qui fuit Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Smyrnensis.* Ita Græci passim. Eosdem imitantur Latini. Possidonius de vita Augustini, cap. 4. *Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi Catholica Valerius Sanctus Episcopatum gerebat.* Sic Leo Papa se appellat *Episcopum Ecclesiæ Romanæ universalis, Episcopum Ecclesiæ Catholicæ,* Epist. 62. *Episcopum Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ,* vel *Ecclesiæ Catholicæ Romanæ,* Epist. 12. Callistus, Epist. 1. se vocat *Archiepiscopum Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ.* Marcellinus, Epist. 1. se vocat *Episcopum Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ urbis Romanæ.* Marcellus, Epist. 2. se vocat *Episcopum Sanctæ & Apostolicæ, & Catholicæ urbis Romæ.* An verò postremi

postremi ex Pontif. Rom. Ecclesiam suam meritò vocent *Catholicam*, hîc non disputamus.

***. Quam hodie *matrem*, & *magistram Ecclesiam* dicimus, principalem ac præcipuam civitatis intelligentes, eam Græci καθολικὴν ἐκκλησίαν appellant. Canon. 59. in Trullo vetat Baptisma administrari ἐν ἐυκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι, in Oratorio, quod domi est; additque, Ἀλλ' οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἀχράντου Φωτίσματος, ταῖς καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις. *Sed qui digni volunt haberi ab omnibus sordibus aliena illuminatione, ad* Catholicas *accedant* Ecclesias. Tales Ecclesiæ in Concilio Toletano, Decret. causa 16. quæst. 1. vocantur *Baptismales Ecclesiæ*. Verba ejus sunt: *Plures* baptismales Ecclesiæ *in una terminatione esse non possunt, sed una tantummodo cum suis capellis.* Καθολικὰς Ἐκκλησίας Latinè reddere liceat *matrices Ecclesias.*

c. Πίστις Καθολικὴ, *fides Catholica.* Ita autem appellatur, *quòd sit ubique diffusa*, ut ait Optatus 2. de Schismat. Donatist. καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, *per universum orbem usque ad fines terræ disseminata*, ut inquit Irenæus lib. 1. adv. hæres. cap. 2. Tit. 1. ex lib. 1. Cod. Collect. Constitut. Eccles. est περὶ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος, καὶ τῆς Καθολικῆς πίστεως. *De summa Trinitate & fide Catholica.* Barlaam de Principatu Papæ, cap. 15. Πίστις καθολική ἐστιν, ἣν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι χριστιανοὶ ὁμολογοῦσιν, ὅπουπερ ἂν τυγχάνοιεν. *Fides catholica est, quam omnes orthodoxi Christiani profitentur, ubicunque tandem versentur.*

d. Καθολικὴ Ἐπιστολὴ, *Epistola Catholica. Catholicæ Epistolæ* dicuntur Epistola Jacobi, utraque Petri, prima Johannis, & Epistola Judæ, quòd uni alicui vel homini, vel civitati, vel regioni non sint scriptæ. Oecumenius in cap. 1. Jacobi, pag. 115. de Epistolis Catholicis sic scribit: Καθολικαὶ λέγονται αὗται, οἱονεὶ ἐγκύκλιοι· ὁ γὰρ ἀΦωρισμένως ἔθνει ἐνὶ ἢ πόλει, ἀλλὰ καθόλου τοῖς πιστοῖς ἐγράΦησαν. *Hæ dicuntur* Catholicæ, *universales, quasi publicæ & communes: neque enim privatim & separatim uni alicui genti vel civitati, sed omnibus in universum fidelibus scriptæ sunt.* Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ quid sit, ex Etymolog. M. patet, ubi inter alia ἐγκύκλιον dicitur esse ἀπανταχῆ καθολικόν, *quod ubique est commune*, seu *universale.* Hesychius: Ἐγκύκλιον, τὸ πανταχῆ κυκνῶν. Scribendum κυκλοῦν. Ἐγκύκλιον est, *quod ubique circumit, ubique permeat.* Suidas eodem modo, quo Etymologici magni Auctor. Sed de his alibi. Cæsarius, quæst. 1. p. 6. priorem Epistolam Petri vocat ἔγγραΦον Καθολικὴν Ἐπιστολὴν, *Catholicam literis mandatam Epistolam.*

c. Καθολικοὶ Ἐπίσκοποι. *Metropolitani* olim jus ordinandorum Episcoporum provincialium habebant, cui juri connexum fuit & alterum jus provocationis. Nam qui ordinationem habebat, eidem etiam provocatio in causſis Eccleſiaſticis ab Epiſcopis provinciæ porrecta competebat. Hujusmodi ſui juris ac ſuæ ditionis Metropolitanos, quales omnes Concilii Nicæni, primi œcumenici, temporibus fuerunt, poſterior ætas Græciæ καθολικοὺς vocavit. Hoc nomine etiam *Exarchi* totius diœceſis, ſive *Patriarchæ*, appellati fuerunt. Sic eos vocat Nilus, lib. 2. de Primatu Papæ: Ἐι μὲν τὰ κλίματα τῆς γῆς ἑκάστῳ τῶν Καθολικῶν Ἐπισκόπων διανεμημένα. *Siquidem climata terræ unicuique Catholicorum Epiſcoporum diſtributa.* Epiſcopus καθολικὸς, *univerſalis* Latinè dici poteſt. Ita *catholicè* Caſſiano idem quod *in univerſum.* Sic enim ille lib. 1. de habitu Monachi, cap. 3. pag. 23. *Quicquid enim inter famulos Dei præſumitur ab uno vel paucis, nec* catholice *per omne corpus fraternitatis tenetur, aut ſuperfluum, aut elatum eſt.* Καθολικὸς igitur Ἐπίσκοπος non alius, quàm qui τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν ſibi creditam habet, ut loquitur Clemens in Conſtitutionibus. Quæ ſignificatio *Catholici* congruit cum *Oecumenici* appellatione. Non igitur ſolus Conſtantinopolitanus οἰκουμενικὸς appellatus, ſed omnes alii Patriarchæ, quibus nomen καθολικῶν additum conſtat. Tenendum tamen, notionem καθολικοῦ in hoc ſenſu reſtringendam eſſe ad univerſam diœceſin, cui præſidet. Ita cùm Carthaginenſis Epiſcopus, qui primus erat Africanæ diœceſis, aſſerit, *ſe cunctarum Eccleſiarum ſolicitudinem ſuſtinere*, καθολικὸν ſe eſſe totius Africanæ diœceſis indicat, non omnium orbis Eccleſiarum rectorem. Sic enim loquitur Aurelius in Concilio Carthaginenſi, Can. 55. Codicis Eccleſiæ Africanæ: *Ego enim cunctarum Eccleſiarum, dignatione Dei, ut ſcitis fratres, ſollicitudinem ſuſtineo.* Intelligere debes cunctarum per Africam conſtitutarum, quarum ſe καθολικὸν Epiſcopum eſſe ſignificat. Hinc, ne omnes per totum orbem Eccleſiæ intelligi videantur, tranſlatio Græca, pro *cunctarum Eccleſiarum*, habet πολλῶν ἐκκλησιῶν, *multarum Eccleſiarum.* Procopius de Perſarum Patriarcha, lib. 2. de Bello Perſico: Τόν τε χριστιανῶν ἱερέα Καθολικὸν καλοῦσι τῇ Ἑλλήνων Φωνῇ, ὅτι δὴ ἐφέστηκεν εἷς ὧν ἅπασι τοῖς ταύτῃ χωρίοις. *Et Chriſtianorum ſacerdotem linguâ Græcorum* Catholicum *appellant, quòd nimirum, unus cùm ſit, omnibus præſit ejus regionibus.* Quòd unus ampliſſimæ præeſſet diœceſi, plurimoſque regeret. Otto Friſingenſis ait Arſmenios Metropolitanum ſuum *Catholicum vocare, id eſt, univerſalem, & ampliùs quàm mille Epiſcopos ſub ſe habere.* Patet hoc ipſum ex Theoria-

ni

ni Legat. Armen. ubi per totum Tractatum Theorianus & Armenio-rum Glossa-rio suo hanc appellationem de Armeniorum Catholico, meo quidem judicio, ad dignitatem Politicam malè refert.

4. est, *quòd sit* Ἀποστολικὴ, *Apostolica*. Ita etiam Epiphanius in Anchoratо: Πιστεύομεν εἰς μίαν ἁγίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν. *Credimus in unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.* Vocatur *Ecclesia Apostolica*, quia omnes ad hanc Ecclesiam pertinentes *superstructi sunt super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum*, ad Ephes. 2:20. Tertullianus de Præscripr. adv. hæreticos, cap. 20. pag. 334. de Apostolis: *Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & semina fidei, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum unam omnes probant unitatem.*

CAPUT XVI.

De Baptismo.

Ὁμολογοῦμεν ἓν Βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

QUæ de variis Baptismorum generibus, & Baptismi per Christum instituti appellationibus, Observat. nostrarum cap. 3. diximus, hîc repetere nolumus, considerabimus verò sequentia.

I. *Baptismi causſam efficientem*; quæ duplex:

1. *Principalis* est Christus Jesus, *singulariter*: *communiter* verò tota SS. Trinitas. Hinc Baptismus Johannis dicitur fuisse è cœlo, Matth. 2:25. Marci 11:30. Lucæ 20:4.

2. *Instrumentalis*, Ecclesiæ ministri. Videamus hîc consuetudinem Ecclesiæ, non tantùm orthodoxæ, sed etiam hæreticæ.

α. *Jus baptizandi habebant soli Episcopi & Presbyteri.* Constitut. Apostol. lib. 3. cap. 11. pag. 896. Οὔτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν, οἷον

οἷον ἀναγνώσαις, ἢ ψάλταις, ἢ πυλωροῖς, ἢ ὑπηρέταις· ἀλλὰ μόνοις Ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένοις αὐτοῖς τῶν διακόνων. *Neque reliquis Clericis permittimus ut baptizent, quales sunt Lectores, Cantores, Janitores, Ministri: sed solis Episcopis & Presbyteris, ipsis ministrantibus Diaconis.* Idem vult Can. 49. Apostol. ad quem Ballamon, pag. 259. Διὰ τοῦτο δὲ Ἐπισκόπων καὶ Πρεσβυτέρων μόνον ἐμνήσθη ὁ Κανὼν, διότι ἑτέρῳ τινὶ οὐκ ἐφεῖται βαπτίζειν. *Ideò autem Episcoporum & Presbyterorum tantùm meminit Canon, quia alii non licet baptizare.* Theophylactus in cap. 19. Lucæ, pag. 489. Οἱ πρεσβύτεροι φωτίζουσι διὰ τοῦ βαπτίσματος. *Presbyteri illuminant per Baptismum.* Chrysost. lib. 3. de Sacerdotio, cap. 5. pag. 17. de Episcopis scribit: Οὗτοι ἡμῖν εἰσιν, οὗτοι, οἱ τὰς πνευματικὰς πιςευθέντες ὠδῖνας, καὶ τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτραπέντες τόκον. *Hi sunt, hi sunt, quibus tum concredita est spiritualis partura, tum etiam per Baptismum partus commissus est.* Vide eundem Homil. 61. t. 7. pag. 423.

β. *Baptizandi munus interdum Diaconis concessum.* Sed illi ad hoc etiam fuerant vocati, ut opitularentur Pastoribus in ministerio Verbi: quibus verò locis non vocati etiam essent ad prædicandum populo, iis nec baptizare concedebatur. Hac de re Tertullianus lib. de Baptismo, c. 17. pag. 392. *Dandi Baptismi habet jus summus Sacerdos, qui est Episcopus. Debinc Presbyteri & Diaconi: non tamen sine Episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem: quo salvo, salva pax est.* Quòd Presbyteris jus baptizandi assignat, habet sibi consentientes veteres omnes. Quòd idem Presbyteros negat baptizare debere, nisi auctoritate Episcopi, consentientem habet Ambrosium lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. Hieronymum in Dialogo adv. Luciferianos: *Inde venit, ut sine Episcopi jussione, neque Presbyter, neque Diaconus, jus habeant baptizandi.* Pachymeres etiam in cap. 5. Dionysii Areopagitæ de Eccles. Hierarch. pag. 323. ἀρχαίαν συνήθειαν esse dicit, ut solus ἀρχιερεὺς Baptismum administret; addita ratione, χρεία γὰρ τοῦ ἀρχιερέως ἔσται, εἰς τὸ χρίσαι τῷ μύρῳ τὸν βαπτισθέντα. *Summo enim sacerdote opus erit, ut unguento inungat baptizatum.* In casu necessitatis jus baptizandi habebant Diaconi. Chrysostomus Homil. 61. t. 7. pag. 423. ἐὰν γένηται ἀνάγκη, καὶ εὑρεθῇ παιδίον ἀβάπτιςον, καὶ μέλλῃ τελευτᾶν, ἔξὸν, τὸν διάκονον βαπτίσαι· *Si necessitas adsit, & infans non baptizatus reperiatur, qui morti vicinus est, Diacono licet baptizare.* Theodoretus quæst. 1. in 2. Paralipom. pag. 389. Πρεσβυτέρου οὐ παρόντος, καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης, ἀναγκάζεται καὶ διάκονος προσφέρειν τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα. *Absente Presbytero, & urgente necessitate, necesse habet etiam Diaconus, ei, qui indiget, conferre*

γ. *Etiam Baptismum.*

γ. *Etiam Laicis quidam jus baptizandi concesserunt*; nimirum in casu necessitatis. Nicephori Homologetæ Can. 50. habet: χρὴ τὰ ἀβάπτιστα καὶ ὁ νήπια, ἐὰν εὑρεθῇ τις εἰς τόπον μὴ ὄντος ἱερέως, βαπτισθῆναι. Ἐι βαπτίσει δὲ ἴδιος Πατὴρ, ἢ οἱοσδήποτε ἄνθρωπος, μόνον ἵνα ἐξὶ χριστιανὸς, ἂκ ἔξιν ἁμαρτία. *Infantes non baptizatos, si quis talis reperiatur absente Episcopo, baptizari oportet. Si etiam proprius Pater baptizet, vel qualiscunque tandem homo, dummodo sit Christianus, non est peccatum.* Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 17. pag. 392. *Alioquin etiam laicis jus est* sc. baptizandi. Eadem est sententia Concilii Eliberini, Can. 38. Hieronymus Dial. adv. Luciferianos: *Si necessitas cogit, scimus etiam licere laicis baptizare. Ut enim accipit quis, ita & dare potest.* Eadem aliorum quoque sententia est; cujus antiquitatem ipse quoque agnovit Calvinus Institut. lib. 4. cap. 15. num. 20. Non tamen defuisse, qui aliter sentirent, fidem facit Basilius in Epist. ad Amphilochium, Can. 1. pag. 759. ubi ait, omnes ab hæreticis baptizatos, esse rebaptizandos; veterumque hoc fuisse judicium, Baptismum eorum non esse majoris faciendum, quàm si quis baptizatus foret à laicis. Dum ita loquitur, omnino indicat, se Baptismum laicorum minimè pro vero agnoscere. Verba ejus sunt: Διὸ, ὡς παρὰ λαϊκῶν βαπτιζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκέλευσαν ἐρχομένους ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀναπαθαίρεσθαι. *Idcirco eos, velut à laicis baptizatos, cùm ad Ecclesiam venirent, jussere vero Ecclesiæ Baptismo repurgari.* Constitut. Apost. lib. 3. cap. 10. Ἀλλ' ὅτε τοῖς λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν τοιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων· οἷον θυσίαν, ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, κλ. *Sed neque laicis concedimus, ut sacerdotale aliquod munus exerceant: veluti sacrificium, vel Baptismum, vel manus impositionem*, &c.

δ *Apud quosdam mulierum etiam Baptismus locum habebat.* Jus baptizandi mulieribus concesserunt Pepuziani, teste Epiphanio, hæresi 49. pag. 182. Παρ' αὐτοῖς αἱ γυναῖκες εἰς Ἐπισκοπὴν καὶ Πρεσβυτέριον καθίστανται. *Apud eos mulieres ad Episcopatum & Presbyteratum promoventur.* Hinc etiam baptizabant. Vide quæ de iis Augustinus ex Epiphanio affert cap. 27. de Hæresibus. Marcion quoque, ut idem refert Epiphanius, hæresi 42. pag. 136. δίδωσιν ἐπιτροπὴν γυναιξὶ βάπτισμα διδόναι, *dat mulieribus licentiam baptizandi.* De eodem Balsamon ad Can. 95. Concilii in Trullo, p. 484. Παρεχώρησε καὶ ταῖς γυναιξὶ βαπτίζειν. *Etiam mulieribus permisit, ut baptizent.* Hodierno etiam die *obstetrices* in casu necessitatis apud Græcos baptizant. Testis est Metrophanes Critopulus in Confessione Ecclesiæ Orientalis, cap. 7. pag. 87. Ἀνάγκης δὲ κατεπειγούσης, εὐθὺς μετὰ τὴν γέννησιν βαπτί-

βαπτίζεται τὸ γεννηθέν· κἂν Πρεσβύτερος μὴ πάρεσιν, ἡ μαῖα τοῦτο ποιεῖ. — εἰ δὲ τὸ βρέφος ἀναῤῥωσθῇ, ἀρκεσθήσεται τούτῳ τῷ Βαπτίσματι. *Cùm autem necessitas urget, statim post nativitatem baptizatur, quod genitum est: & , si Presbyter non adsit, obstetrix id facit. — Quòdsi verò convaluerit infans, hoc Baptismo contentus erit.*

Hunc tamen mulierum Baptismum Ecclesia Græca aliquamdiu damnavit. In opere Constitutionum Apostolicarum, quod Clementi Romano tribuitur, hæc habetur constitutio: Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν· ἀσεβὲς γὰρ, καὶ τῆς τοῦ χριστοῦ διδασκαλίας ἀλλότριον. *Non oportet mulieres baptizare: hoc enim impium, & à doctrina Christi alienum.* Pro hac sententia stabilienda multa ibidem afferuntur argumenta. Epiphanius, hæresi 79. pag. 447. de Collyridianis loquens, ait: Ἀλλ' οὐδὲ βάπτισμα διδόναι πεπίστευται· ἐπεὶ ἠδύνατο ὁ χριστὸς μᾶλλον παρ' αὐτῆς βαπτισθῆναι, ἤπερ παρὰ Ἰωάννου. *Sed neque baptisma dare concreditum est* B. Virgini: *alioqui potuisset Christus ab ipsa baptizari potiùs, quàm à Johanne.* His gemina sunt, quæ leguntur Constitut. Apostol. lib. 3. cap. 9. pag. 895. Εἰ καὶ ἔδει ὑπὸ γυναικῶν βαπτίζεσθαι, πάντως ἂν καὶ ὁ Κύριος ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς ἐβαπτίζετο, καὶ οὐχ ὑπὸ Ἰωάννου. *Quòdsi à mulieribus etiam baptizari oportebat, omnino etiam Dominus à propria matre fuisset baptizatus, non à Johanne.* Eadem est sententia Tertulliani lib. de velandis Virginibus, cap. 9. pag. 312. lib. de Præscriptionibus adv. Hæreticos, cap. 41. pag. 339. Concilii Carthaginensis 4. Canon 100. decernit; *Mulier baptizare non præsumat.* Vide Cl. Vossii Disputat. 10. de Baptismo.

ε. Quòdsi ad ipsam Baptismi institutionem ascendamus, patebit, Christum mandasse Baptismum, non Apostolis solùm; sed in his, & per eos, idem præcepisse ordinariis Verbi ministris. Nec aliorum, qui baptizarint, exempla legimus in Scripturis, quàm quibus jus esset prædicandi Verbum: quales, præter Johannem Baptistam, sunt isti: *Petrus*, Actor. 2:41. *Philippus* baptizans Eunuchum, Act. 8: 38. *Ananias* Paulum baptizans, Act. 9: 18. *Paulus* baptizans Crispum, Gajum, & Stephanæ familiam, 1. Corinth. 1: 14, 16. Lydiam, Act. 16: 15. ac custodem carceris Philippensis, ibid. vs. 33. Hîc quoque consulendus Cl. Vossius, Disputat. 9. de Baptismo.

II. *Materiam Baptismi*; quæ etiam duplex:

1. *Externa*, quæ dicitur *signum*; quod itidem duplex:

α. *Elementare*, nempe *aqua*. Ex institutione Baptismi, & ex usu Ecclesiæ Christianæ temporibus Christi & Apostolorum, ut ex N. Test.

patet,

patet, *sola* adhibita fuit *aqua*. Idem docet Greg. Nyſſenus Orat. Catechet. cap. 33. t. 3. pag. 95. Εὐχὴ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ χάριτος ἐπίκλησις, καὶ ὕδωρ, καὶ πίστις ἐστὶ, δι' ὧν τὸ τῆς ἀναγεννήσεως πληροῦται μυστήριον. *Deum preces, & gratiæ cœleſtis invocatio, & aqua, & fides ſunt ea, per quæ perficitur myſterium regenerationis.* Aquæ Symbolum adhibetur, quatenus habet vim ſordes corporis auferendi. Præter aquam, ſucceſſu temporis adhiberi cœpit ἔλαιον, *oleum*, ac proinde χρίσμα, *unctio*. Cyrillus Jeroſ. Catech. myſtag. 2. ſtatim poſtinitium: Ἀποδυθέντες, ἐλαίῳ ἠλείφθητε ἐξορκισθῷ, ἀπ' ἄκρων τριχῶν κορυφῆς ἕως τῶν κάτω. *Exuti, exorcizato oleo à ſummis capillis ad infimos uſque perunctî eſtis.* Hæc ergo fuit *unctio*, non *confirmatio*. *Confirmatio* enim prioribus Eccleſiæ Latinæ temporibus ne de nomine quidem nota erat. Quis enim veterum Patrum meminit in hac ceremonia verbi *confirmare?* Non Tertullianus, non Cyprianus, non Ambroſius, non Auguſtinus, non Hieronymus, nec quiſquam veterum Latinorum Patrum mentionem facit *Confirmationis* hoc ſignificatu. Nec Græci ullum habent verbum, quod huic Latino reſpondeat. *Conſignandi* voce utuntur Latini, Græci σφραγίζειν. Euſebius, Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 43. pag. 70. a. refert Cornelii Papæ de Novatiani baptiſmo verba ad Fabium Antiochenum: Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τὸ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; *Neque etiam reliqua eſt conſecutus, ex morbo elapſus, quorum participem fieri oportet juxta Eccleſiæ canonem, & ab Epiſcopo conſignari per manuum impoſitionem. Quod cùm conſecutus non ſit, quomodo Spiritum ſanctum conſecutus eſt?* In primitiva Eccleſia ſola manuum impoſitione hoc fiebat: atque ita debuit, ſiquidem referatur ad eam Apoſtolicam manuum impoſitionem, quâ baptizatis Spiritus ſanctus dabatur. *Unctio* pars poſtea Baptiſmi integrans habita eſt, ſine qua nec perfectum cum cenſebant. Quod & ipſum, etiamſi antiquum ſit reſpectu recentioris ævi, ſi tamen Apoſtolica tempora & inſtituta reſpiciantur, planè eſt novum. Multò enim recentius, quod nunc agitur, & ab inſtituto ipſo, à quo derivata creditur *Confirmationis* ceremonia, remotius, quod chriſmationem ſimul cum impoſitione manuum conjungant, & ſeparatum à Baptiſmo ſacramentum ex ea conficiunt. Tertulliani ævo baptizati de lavacro egreſſi ſtatim ungebantur, & uncti impoſitionem manuum accipiebant. Sic enim ille lib. de Baptiſmo, cap. 7. pag. 389. *Exinde egreſſi de lavacro perunguimur benedicta unctione de priſtina diſciplina, quâ ungui oleo de cornu in ſacerdotium ſole-*

ſolebant. Vide ibidem plura. De impoſitione manuum ſtatim ſubjicit cap. 8. *Deinc*, inquit, *manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum ſanctum.* Tres ergo erant Baptiſmi, hoc eſt, unius ſacramenti, veluti partes, lotio, unctio, & impoſitio manuum. Cypriani ævo idem ſervabatur. Ejus verba, Epiſt. 70. pag. 173. ſunt: *Ungi quoque neceſſe eſt eum, qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, id eſt, unctione, eſſe unctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.* Et Epiſt. 73. pag. 182. occaſione Samaritanorum credentium, dicit, Petrum & Johannem iis impoſuiſſe manus, in ipſos, precibus habitis, Spiritum ſanctum effuſum fuiſſe; & addit: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.* Sed de his fusè in Theſauro noſtro.

β. *Ceremoniale*, nempe κατάδυσις & ἀνάδυσις, *immerſio & emerſio*, quibus ſepultura & reſurrectio Chriſti adumbrabatur; & ſimul notabatur, nobis cum Chriſto moriendum eſſe, & reſurgendum. Baſilius M. lib. de Spiritu ſancto, cap. 15. t. 2. pag. 177. Ἐν τρισὶ ταῖς καταδύσεσι καὶ ἀναδύσεσι τὸ μέγα μυςήριον τοῦ Βαπτίσματος τελειοῦται, ἵνα καὶ ὁ τοῦ θανάτου τύπος ἐξεικονισθῇ, καὶ τῇ παραδόσει τῆς θεογνωσίας, τὰς ψυχὰς φωτισθῶσιν οἱ βαπτιζόμενοι. *Tribus immerſionibus, ac totidem invocationibus, magnum Baptiſmatis myſterium peragitur, ut & mortis figura adumbretur, & per traditionem divinæ cognitionis animus illuminetur eorum, qui baptizantur.* Theophylactus ad vſ. 12. cap. 2. ad Coloſſ. pag. 650. Ὁ Βαπτισθεὶς συνθάπτεται τῷ χριςῷ, διὰ τῶν τριῶν καταδύσεων τὴν τριήμερον ταφὴν τοῦ Κυρίου σχηματίζων, καὶ ἀποθνήσκων ὅσον γε κατὰ τὸν παλαιὸν καὶ ἁμαρτητικὸν ἄνθρωπον. *Baptizatus cum Chriſto ſepelitur, per trinam immerſionem trium dierum Domini ſepulturam ſignificans, & moriens, quod ad veterem, & in peccatum proclivem hominem attinet.* Conſtitut. Apoſtolic. lib. 3. cap. 17. pag. 900. Νοτατ ἡ κατάδυσις τὸ συναποθανεῖν, ἡ ἀνάδυσις τὸ συναναςῆναι τῷ χριςῷ, *immerſio, ſimul eſſe moriendum; emerſio, ſimul eſſe reſurgendum cum Chriſto.* Amonius in Catena in cap. 3. Joh. pag. 29. Τρεῖς καταδύσεις γίνονται, καὶ τρεῖς ἀναδύσεις, ἵνα γνῶμεν, ὅτι δυνάμει Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος τὰ πάντα πληροῦται. *Tres fiunt immerſiones, & tres emerſiones, ut cognoſcamus potentia Patris, & Filii, & Spiritus ſancti omnia peragi.* Chryſoſtomus etiam in cap. 3. Joh. ad vſ. 5. Ἡμῶν, καθάπερ ἔν τινι τάφῳ, τῷ ὕδατι καταδυόντων τὰς κεφαλὰς, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος θάπτεται, καὶ καταδὺς κάτω κρύπτεται ὅλος καθάπαξ. εἶτα ἀνανευόντων ἡμῶν, ὁ καινὸς ἄνεισι πάλιν. *In aqua, tanquam*

quam in sepulchro quodam, caput demergentibus nobis, vetus homo sepelitur, novus ac demersus totus inferiùs occultatur. Deinde, nobis emergentibus, an inde exsurgit. Utrum autem trina hæc *immersio & emersio* traditione, an verò Dominico nitatur præcepto, ne inter veteres quidem satis convenit. Basilius M. lib. de Spiritu sancto, cap. 27. pag. 211. ad traditionem non scriptam refert his verbis: Τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας; &c. *Ter verò immergi hominem, unde? reliqua item, quæ fiunt in baptismo: veluti, renunciare Satanæ & ejus angelis, ex qua Scriptura habemus? Nonne ex minimè publicata & arcana doctrina hac?* Ad traditionem etiam refert Sozomenus, lib. 6. cap. 26. pag. 83. b. Postquam enim docuisset, Eunomium simplam introduxisse immersionem, statim subjicit, cum hac ratione τολμῆσαι παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων εἰσέτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν, *ausum esse adulterare traditionem inde ab Apostolis hucusque apud omnes servatam.* Hieronymus etiam in Dialogo adversus Luciferianos: *Nam & multa, quæ per traditionem in Ecclesia obtinent, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt: velut, in lavacro ter caput mergitare.* Alii tamen trinam istam immersionem ad Dominicum referebant præceptum. Id facit Canon 49. Apostolorum: Εἴτις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα, τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλὰ, Πορευθέντες μαθητεύσατε, &c. *Si quis Episcopus aut Presbyter non tres unius initiationis immersiones fecerit, sed unam immersionem, quæ fit in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate: sed, Profecti, docete,* &c. Eodem modo Pelagius Papa apud Gratianum de Consecrat. Distinct. 4. Hispaniæ tamen Episcopi, circa annum 600. *semel immergebant*, ut se hac ratione ab Arianis; qui ter immergebant, ut ostenderent, Filium & Spiritum sanctum non esse ejusdem cum Patre οὐσίας; discernerent. Quod eorum factum probavit Gregorius M. Epist. ad Leandrum, Episcopum Hispalensem. Sed juvat audire judicium Walafridi Strabonis lib. de rebus Ecclesiasticis, cap. 26. *Quæ singularis immersio, quamvis tum ita Hispanis complacuit, dicentibus, trinam mersionem ideo vitandam, quia hæretici quidam dissimiles in Trinitate substantias dogmatizare ausi sunt, ad consubstantialitatem S. Trinitatis negandam: tamen antiquior usus prævaluit, & ratio suprà dicta. Si enim omnia deserimus, quæ hæretici in suam per-*

versitatem traxerunt, nihil nobis restabit: cùm illi in ipso Deo errantes, omnia, quæ ad ejus cultum pertinere visa sunt, suis erroribus quasi propria applicârint. Optimè. Si enim propter ter immergentes hæreticos, simpla immersio esset introducenda: etiam ob semel immergentes, trina immersio necessaria erit. Simplici immersione utebatur Eunomius, non in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti, sed in Christi mortem, teste Theodoreto, hæret. fab. lib. 4. cap 3. pag. 236. Sozomeno, lib 6. c. 26. pag. 83. b. Philostorgio, lib. 10. sect. 4. pag. 136. Quod ejus factum meritò damnatum, quia de SS. Trinitate malè sentiebat. Alias parùm refert, quoties baptizandi immergantur in uno Baptismo, dummodo ceremoniæ novæ, & necessariò quidem observandæ, non introducantur. Quidam malè singulari mersione sunt usi, Trinitatem abnegantes: quidam malè trina, ubi singularis alioqui in usu erat, divinitatem dividentes, ut Ariani. Eadem est sententia de aspersione, in regionibus nostris occidentalibus usitata. Et singularis, & trina adhiberi potest, dummodo dogma de SS. Trinitate servetur illibatum, adeoque Baptismus juxta Christi institutionem administretur.

2. *Interna*, seu *res significata*, quæ per Baptismum adumbratur, nempe *ablutio interna à peccatis*, quam Patres Constantinopolitani vocant ἄΦεσιν ἁμαρτιῶν. De utraque Baptismi materia, externa nimirum & interna, loquitur Nazianzenus Orat. 40. pag 641. Διττῶν ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ὁρατῆς, τῆς δὲ ἀοράτου Φύσεως, διττὴ καὶ κάθαρσις, δι' ὕδατός τε Φημι καὶ Πνεύματος, τῷ μὲν θεωρητῶς τε καὶ σωματικῶς λαμβανομένου, τῷ δὲ ἀσωμάτως καὶ ἀθεωρήτως συντρέχοντος· καὶ τῷ μὲν τυπικοῦ, τῷ δὲ ἀληθινῷ, καὶ τὰ βάθη καθαίροντος, ὃ τῆς πρώτης γενέσεως ἐπικουρία τυχάνον, καινὸς ἀντὶ παλαιῶν, καὶ θεοειδεῖς ἀντὶ τῶν νῦν ὄντων ἐργάζεται· χωρὶς πυρὸς ἀναχωνεῦον, καὶ ἀναπτίζον δίχα συντρίψεως. *Quandoquidem duabus partibus, hoc est, animo & corpore constamus, quarum altera sub aspectum cadit, altera oculorum sensum fugit: duabus quoque rebus constat Baptismus, aquâ scilicet & Spiritu, illâ visibili & corporeo modo acceptâ, hoc verò incorporeo & invisibili concurrente: illâ typicâ, hoc verò etiam intimos animi recessus purgante, qui primæ nativitati opem & adjumentum ferens, ex veteribus novos, ex humanis divinos efficit, absque igne nos rursus conflans, & absque confractione rursus effingens.* Theodoretus in cap. 6. Epist. 1. ad Corinth. ad vl. 11. pag. 144. Τῇ ἐπικλήσει τῆς ἁγίας Τριάδος ἁγιάζεται τῶν ὑδάτων ἡ Φύσις, καὶ χορηγεῖται τῶν ἁμαρτημάτων ἡ ἄΦεσις. *Per Sanctæ Trinitatis invocationem aquarum natura sanctificatur, & remissio peccatorum exhibetur.* Basilius

lius M. cap. 15. de Spiritu sancto, pag 177. Τὸ μὲν ὕδωρ τοῦ θανάτου ἐκείνου τὸν νεκρὸν τὸν ἐν τάφῳ τὸ σῶμα παραδεχόμενον· τὸ δὲ Πνεῦμα τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἐνιέν τοῖς ἐκ τῆς ἁμαρτίας νεκρώσεως ἀναβιβάζεται τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀνακαινίζον. *Aqua mortis exhibet imaginem, corpus veluti è sepulchro recipiens: Spiritus verò vim vivificam immittit, à morte peccati resurgentes animas nostras in novam vitam.* Hanc *externam & internam* Baptismi *materiam* ostendunt loca Matth 3:11. Marci 1:8. Lucæ 3:16. Joh. 1:26, 33. Actor. 1:5. & cap. 11:16. In quibus locis Minister dicitur *baptizare aquâ*, Christus verò *baptizare Spiritu sancto*: ut significetur a nonnulli quidam volunt; Baptismum Johannis substantiâ diversum fuisse a Baptismo Christi; sed *Baptistam* ministrum tantùm fuisse, *Christum* verò rem significatam exhibuisse, & adhuc exhibere. Huc facit illud Chrysostomi, Homil. 3 in 1. ad Corinthios: Οὐχ ὁ βαπτίσας, ἀλλ' ὁ καλούμενος εἰς τὸ βάπτισμα, ζητεῖται· οὗτος γὰρ ἀφίησι τὰ ἁμαρτήματα. *Non qui baptizat, sed qui in Baptismo invocatur, quæritur: is enim peccata remittit.* Et mox: Μέγα μὲν τὸ βάπτισμα, ἀλλὰ μέγα αὐτὸ οὐχ ὁ βαπτίζων ποιεῖ, ἀλλ' ὁ καλούμενος εἰς τὸ βάπτισμα. *Magnum quidem est Baptisma, verùm illud non reddit magnum qui baptizat, sed qui in Baptismo invocatur.* Vide etiam inferiùs *de fine Baptismi* ℟, & *de ejus effectis*.

III. *Formam Baptismi.* Formulam Baptismi aliam adhibebant,

℟. *Orthodoxi.* Qui ipsi quoque variant.

a. *Occidentales* dicunt, *Ego te baptizo in nomine* (vel, *nomen*) *Patris, Filii, & Spiritûs sancti.* Hæc formula continet Baptismi causam efficientem tum principalem, quæ est SS. Trinitas: tum instrumentalem, quæ est Minister.

b. *Orientales* causam instrumentalem, quæ per pronomen EGO significatur, omittunt, & sequenti formula hodierno adhuc die utuntur: Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, ἀμήν· καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀμήν· καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀμήν. *Baptizatur servus Dei N. in nomen Patris, amen: & Filii, amen: & Spiritûs Sancti, amen:* ita est in Euchologio, in Ἀκολουθίᾳ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, pag. 63. b. Eandem formulam reperias apud Metrophanem Critopulum, in Confess. Eccles. Orientalis, cap. 7. pag. 86. hoc tamen discrimine, quòd vox ἀμὴν semel tantùm ponitur, nempe in fine.

c. *Alii in solo Christi nomine baptizabant*, non facta mentione Patris, aut Spiritûs sancti; idque eam ob causam, quòd Apostoli nusquam legantur aliter baptizâsse, quàm *in Jesu Christi nomine.* Vide Actor. 2:38. cap. 8:16. cap. 10:48. cap. 19:5. Adde Rom. 6:3. & Gal. 3:27. Ambrosius

sius lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 3. *Cùm enim dicitur*, In nomine Domini nostri Jesu Christi, *per unitatem nominis impletum est mysterium.* Plura in hanc sententiam ex antiquitate collegit Cl. Vossius, Disputat. 2. de Baptismo, thesi 5. ubi pro eadem consuetudine adducit locum ex cap. 12. Basilii de Spiritu sancto, pag. 169. qui ita habet: Ἡ τῦ χριςοῦ προσηγορία, τῦ παντός ἐςιν ὁμολογία· δηλοῖ γὰρ, τόν τε χρίσαντα Θεὸν, καὶ τὸν χρισθέντα Υἱὸν, καὶ τὸ χρίσμα τὸ Πνεῦμα. *Christi appellatio, totius Deitatis est confessio: declarat enim Deum, qui unxit; & Filium, qui unctus est; & Spiritum sanctum, qui est unctio.* Verùm, quod pace tanti Viri dictum velim, tantum abest, ut Basilius *baptismum in solius Christi nomine* administratum hisce verbis, vel toto illo capite, probare velit, ut prorsus contrarium agat. Respondet enim ad ea Scripturæ loca, quæ docent, Apostolos *in nomine Jesu Christi* baptizâsse; & vult, quamvis Scriptura ita loquatur, Apostolos tamen *in nomine Patris, Filii, & Spiritûs sancti baptizâsse.* Ipsum capitis argumentum, quod est, πρὸς τὲς λέγοντας ἐξαρκεῖν καὶ μόνον τὸ εἰς τὸν Κύριον βάπτισμα, *adversus eos, qui dicunt sufficere Baptisma tantùm in nomine Domini*, id manifestè evincit. Patet hoc ex ipso etiam capite illo. Respondet Basilius ad loca Apostoli suprà notata, & dicit, ibi quidem solius Christi nomen poni, sed totam SS. Trinitatem intelligi. Hanc assertionem confirmat verbis jam allatis. Deinceps dicit, *videri Apostolum* καὶ μόνου τῦ Πνεύματος ἐπὶ τῦ βαπτίσματος μνημονεῦσαι, *etiam solius Spiritûs sancti in Baptismo mentionem fecisse*, nempe 1. Corinth. 12: 13. & Actor. 1: 5. sed subjicit: Ἀλλ' οὐ παρὰ τῦτο τέλειον ἂν τις εἴπῃ βάπτισμα, ᾧ μόνον τὸ ὄνομα τῦ Πνεύματος ἐπεκλήθη· χρὴ γὰρ ἀπαράβατον μένειν τὴν ἐν τῷ ζωοποιῷ χάριτι δεδομένην παράδοσιν. *At non ideo quis dixerit, perfectum esse baptisma, in quo solum Spiritus nomen invocatum est. Oportet enim inviolabilem manere traditionem, quæ in vivifica gratia data est.* Intelligit per παράδοσιν, mandatum Christi Matth 28: 19. Tandem concludit: Ὡς γὰρ πιςεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, οὕτω καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος. *Quemadmodum enim credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ita etiam baptizamur in nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Vide etiam Theodoreti Epist. 146. pag. 1038. Theophylactum in cap. 24. Lucæ, pag. 545. Huc maximè faciunt verba Eulogii in Biblioth. Photii, Cod. 280. pag. 1608. Τὸ εἰς χριςὸν Ἰησοῦν βαπτισθῆναι, σημαίνει ἂν τὸ κατὰ τὴν ἐντολὴν καὶ παράδοσιν τῦ χριςοῦ Ἰησοῦ βαπτισθῆναι· τυτέςιν, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. In Christum Jesum baptizari, *significat*, *secun-*

cundum præceptum & traditionem Christi Jesu baptizari, hoc est, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Et paulò antè, pag. 1604. ex eodem Eulogio sequentia affert Photius: Ὅτι τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν εἰρημένον περὶ τῶν ἐχόντων τὸ Ἰωάννου βάπτισμα· Ὅτι ἀναστάντες δὲ, ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τῦ Κυρίυ Ἰησοῦ· τοιοῦτόν ἐστιν· Ὅτι ἐβαπτίσθησαν κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ διδασκαλίαν τῦ Κυρίυ Ἰησοῦ. Ὥστε καὶ ἀλλαχοῦ, ὅταν λέγῃ· ὅτι εἰς χριστὸν, ἢ εἰς θάνατον τῦ χριστοῦ ἐβαπτίσθησαν· τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὀφείλομεν ἐννοεῖν δηλοῦσθαι τατέστιν, ὅτι εἰς τὸ ὄνομα τῦ Πατρὸς, καὶ τῦ Υἱοῦ, καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος ἐβαπτίσθησαν· οὕτω γὰρ ἐδίδαξε καὶ παρέδωκε βαπτίζειν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστός. *Quòd dictum est in Actis de iis, qui baptismum Johannis habebant, His auditis* baptizati sunt in nomen Domini Jesu, *hoc significat, Baptizati sunt juxta traditionem & doctrinam Domini Jesu. Quare etiam alibi, cùm dicit,* In Christum *vel* In mortem Christi baptizati sunt, *eundem sensum debemus intelligere significari: hoc est, in nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizati sunt. Sic enim docuit & tradidit Dominus noster Jesus Christus ut baptisma fieret.* Confer, quæ dicta sunt cap. 3. num. II. 2. sub 2. ubi SS. Trinitas ex N. Test. probatur.

2. *Alias formulas adhibebant heterodoxi & hæretici.*

a. *Eunomiani*, teste Epiphanio in hæresi Anomœorum, quæ est 76. pag. 419. *baptizabant ad se accedentes* εἰς ὄνομα θεῦ ἀκτίστου, καὶ εἰς ὄνομα Υἱοῦ κεκτισμένου, καὶ εἰς ὄνομα Πνεύματος ἁγιαστικοῦ, καὶ ὑπὸ τῦ κεκτισμένου Υἱοῦ κτισθέντος, *in nomen Dei increati, & in nomen Filii creati, & in nomen Spiritûs sanctificativi, & à creato Filio creati.* Paulò aliter de iis Greg Nyssenus Orat. 11. contra Eunomium, t. 2. pag. 706. *Eunomius docuit,* μὴ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τὸ βάπτισμα γίνεσθαι· ἀλλ' εἰς δημιουργὸν καὶ κτίσην, *non in Patrem & Filium & Spiritum sanctum fieri baptismum, sed in opificem & creatorem.* Alii tradunt, Eunomium docuisse, *non esse baptizandum* εἰς Τριάδα, ἀλλ' εἰς τὸν τῦ χριστοῦ θάνατον, *in Trinitatem, sed in mortem Christi:* ita de eo Socrates Hist. Eccles. lib. 5. cap. 24. pag. 252. Hinc, cùm Christus semel fuerit mortuus, idem voluit, ἐν μιᾷ καταδύσει, *una immersione*, in mortem Christi esse baptizandum. Philostorgius Hist. Eccles. lib. 10. cap. 4. pag. 136. Ἐβάπτιζον οἱ περὶ Εὐνόμιον, οὐκ εἰς τρεῖς καταδύσεις, ἀλλ' εἰς μίαν, εἰς τὸν θάνατον τῦ Κυρίυ βαπτίζοντες, ἓν μὲν, ἀλλ' οὐχὶ δὶς ἢ τρὶς ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο. *Eunomiani non trina immersione, verùm unicâ baptizabant, in mortem Domini baptizantes, quam semel tantùm, non verò bis terve pro nobis sustinuit.* At Nicephorus, Hist. Eccles. lib. 12. cap. 30. pag. 284. monet, ex multorum sententia atque opinione,

ne, unam immersionem non ipsi Eunomio, sed discipulis ejus, Theophronio & Euplychio adscribi. Verba ejus sunt: Τό, γε μὴν παραχαράττειν τὴν θείαν βάπτισιν, καὶ μὴ εἰς Τριάδα, ἀλλ' ἅπαξ εἰς τὸν θάνατον χριστοῦ καταδύειν, ὄκ Εὐνόμιον, ἀλλὰ τοὺς ἀπ' ἐκείνου ΘεοΦρόνιον καὶ Ἐυψύχιον ὁ πολὺς λόγος ἐκαιτιᾶται

β. *Marcitæ*, à Marco quodam præstigiatore sic dicti, inter baptizandum his utebantur verbis: Εἰς ὄνομα ἀγνώστε Πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. *In nomine ignoti Patris universorum, in Veritate matre omnium, in Jesum, qui descendit, in unione & redemtione, & communione virtutum;* ut refert Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 9. pag. 201. Irenæus lib. 1. cap. 18. & ex eo Epiphanius, hæresi 34. & Eusebius, Hist. Eccles. lib. 4. cap. 11. pag. 36. pro, εἰς τὸν κατελθόντα Ἰησοῦν, habent, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς τὸν Ἰησοῦν.

γ. *Elcesæi*, ab Elcesai quodam, hæresis illorum auctore, sic appellati, κέχρηνται βαπτίσμασιν ἐπὶ τῇ τῶν στοιχείων ὁμολογίᾳ, *usi sunt baptismatibus in elementorum confessione;* ut narrat Theodoretus, hæret. fab. lib. 2. cap. 7. pag. 222.

δ. *Fuere, qui docuerunt, non esse baptizandum* κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ εἰς τρεῖς Υἱοὺς, ἢ εἰς τρεῖς Παρακλήτους, *juxta Domini ordinationem, in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, sed in tres principii expertes, vel in tres Filios, vel in tres Paracletos.* Hos καθαιρέσει puniendos statuit Can. 48. Apostolorum.

ε. De *Deuterio*, Episcopo Ariano, legitur in Eclogis ex Hist. Eccles. Theodori, ex lib. 2. pag. 353. quòd dixerit, Βαπτίζεται Βάρβας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, δι' Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· οὗτινος λεχθέντος, τὸ ὕδωρ, τὸ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, γέγονεν ἀΦανές. *Baptizatur Barbas in nomen Patris, per Filium, in Spiritu sancto: quibus pronunciatis aqua in piscina evanuit.* Ad Baptismi formulam, ab Arianis usurpatam, in genere quod attinet, eruditis quibusdam viris; ut Cl. Vossius, Disput. 2. de Baptismo, thesi 5. monet; persuasum est, eos ex impio dogmate suo formulæ Baptismi quædam adjecisse. Ut ita sentiant, adducuntur verbis Athanasii, Orat. 3. contra Arianos, εἰς κτισὴν, καὶ κτίσμα, εἰς ποίημα καὶ ποιητὴν, *in creatorem & creaturam:* & Hieronymi adversus Luciferianos, qui dicit, *eos baptizare in Patre solo vero Deo, & in Jesu Christo Salvatore creatura, & in Spiritu sancto utriusque servo.* At si formula ejusmodi, his verbis con-

concepta, eos usos fuisse vellent, eorum etiam Baptismum, ut ἰσβηλον, Ecclesia Orthodoxa rejecisset, & ab iis ad Orthodoxos accedentes rebaptizâsset: id verò non fuisse factum patet ex Can. 7. Concilii Constantinopol. quod fuit Oecumenicum 2. Vide Cl. Vossii Disput. 20 de Baptismo. Quid igitur Patres isti volunt? Hoc tantùm, cùm verba sint intelligenda ex animo dicentis; quamvis Patrem, Filium & Spiritum sanctum nominent Ariani, tamen id tantundem esse, ac si baptizare se dicant *in nomen creaturæ;* utpote qui Christum dicant κτίσμα καὶ ποίημα, atque idem etiam de Spiritu S. affirment.

IV. *Finem Baptismi;* qui duplex:

1. *Finis οὗ, cujus*, id est propter quem institutus est, & administratur Baptismus: nempe ut nobis sit σύμβολον καὶ σφραγὶς, Lucæ 3: 3. & alibi. Hinc aqua in Baptismo vocatur à Theodoreto, in cap. 32. Jesaiæ, ὕδωρ λυτήριον τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ καθαρτήριον τῶν ψυχῶν, *aqua, quæ expiat peccata, & animas purgat.* A Greg. Nysseno, Orat. in Baptismum Christi, t. 3. pag. 368. Baptismus vocatur ἁμαρτιῶν κάθαρσις, ἄφεσις πλημμελημάτων, *ablutio peccatorum, remissio delictorum.* Vide etiam *sub Effectis Baptismi.*

b. *Sanctificationis*, seu *regenerationis*, Ephes. 5: 26. ad Titum 3: 5. Basilius de Spiritu S. cap. 10. pag. 167. Ἀρχὴ ζωῆς τὸ Βάπτισμα, καὶ πρώτη ἡμερῶν ἐκείνη ἡ τῆς παλιγγενεσίας ἡμέρα. *Vitæ initium Baptismus est, & dierum omnium primus dies ille regenerationis.* Greg. Nazianzenus Orat. 10. pag. 169. *recens baptizatum* vocat νεόκτιστον ψυχὴν, ἣν τὸ Πνεῦμα δι' ὕδατος ἀνεμόρφωσεν, *animam recens creatam, quam Spiritus per aquam reformavit.* Et Orat. 40. pag. 641. Συνθήκας πρὸς θεὸν δευτέρου βίου, καὶ πολιτείας καθαρωτέρας, ὑπολητέον τὴν τοῦ βαπτίσματος δύναμιν: *Vim Baptismi nihil aliud esse existimare debemus, quàm secundæ vitæ, & purioris vivendi rationis pactum cum Deo initum.* Apud Cyrillum Jerof. Catech. 2. Νεοφωτ. pag. 194. *baptizati* dicuntur ἀναπαινισθέντες ἀπὸ παλαιότητος εἰς καινότητα, *renovati à vetustate ad novitatem.* Hanc ob causam Baptismus vocatur ἀναγέννησις. Chrysostomus in cap. 4. ad Galatas, pag. 748. Ἐπὶ τῆς ἀναγεννήσεως τῆς ἡμετέρας τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ ἱερέως λεγόμενα, ἅπερ ἴσασιν οἱ πιστοὶ, διατλάττει καὶ ἀναγεννᾷ τὸν βαπτιζόμενον. *In nostra regeneratione verba Dei per Sacerdotem prolata, quæ fideles sciunt, formant & regenerant eum, qui baptizatur.* Vocatur ἀναστοιχείωσις. Greg. Nyssenus, Orat. Catech. t. 3. p. 108. Ἡ ἄνωθεν γέννησις, ἀναστοιχείωσίς τις τοῦ ἀνθρώπου γίνεται. *Generatio, quæ fit desuper, reformatio quædam hominis est.* Usurpatur de Baptismo μεταστοιχείωσις.

χειόω. Cyrillus Alex. in Catena in cap. 3. Joh. pag. 86. Ὅντερ τρόπου τὸ ἐν τοῖς λέβησιν ἐγχεόμενον ὕδωρ, ταῖς τοῦ πυρὸς ὁμιλῆσαν ἀκμαῖς, τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἀναμάττεται· οὕτω διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας, τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ πρὸς θείαν τινὰ καὶ ἀπόῤῥητον μεταστοιχειοῦται δύναμιν, ἁγιάζει τε λοιπὸν τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο. Corderius interpretatur: *Quemadmodum infusa lebetibus aqua, flammæ radiis admota, fervorem ejus concipit: ita etiam isti, quæ sensu percipitur, aquæ, Spiritûs efficacitate divina quædam vis imprimitur, quæ nequeat explicari, omnesque, quibus affusa fuerit, repente sanctos efficit.* Vox ἀκμαῖς omnino suspecta est: neque enim Græci πυρὸς dicunt ἀκμὰς, sed ἀκτῖνας, Φλόγας, vel etiam Φλογὰς, à Φλογὴ. *Divina quædam vis imprimitur*, πρὸς θείαν τινὰ μεταστοιχειοῦται δύναμιν. Rectiùs interpretaberis, *in divinam quandam virtutem immutatur*, vel *transit*. Eodem modo Theophanes, Homil. 28 pag 218. Καθάτερ τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τῷ λέβητι τῆς τοῦ πυρὸς μεταλαμβάνει θερμότητος· οὕτω τὸ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ ὕδωρ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος, εἰς θείαν μεταστοιχειοῦται δύναμιν. *Sicut ignis fervorem concipit aqua, quæ in lebete continetur: sic & ea, quæ in lavacro est aqua, per operationem Spiritûs in divinam quandam transit virtutem.*

c. *Beatæ & glorioſæ resurrectionis.* Hanc ob causſam Theodoretus in Epitome divin. Decret. cap. 18. pag. 292. de Baptiſmo ſcribit: Ἀῤῥαβὼν γάρ ἐστι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ τῆς ἐσομένης ἀναστάσεως τύπος. *Eſt enim arrha futurorum bonorum, & futuræ reſurrectionis typus.* Greg. Nyſſenus lib. de SS. Trinitate, t. 3. pag. 9. Baptiſmum vocat ζωοποιὸν δύναμιν, καθ' ἣν ἐκ τοῦ Φθαρτοῦ βίου εἰς ἀθανασίαν ἡ Φύσις ἡμῶν μετασκευάζεται, *potentiam vivificam, per quam ex corruptibili vita in immortalitatem natura noſtra transformatur.*

d. *Arctiſſimæ noſtræ cum Chriſto unionis;* unde dicimur *baptizari in unum corpus*, 1. Corinth. 12: 13. Εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τούτῳ, ὥστε εἰς ἓν σῶμα τελεῖν. *In unum corpus baptizati ſumus, hoc eſt, ideò, ut unum corpus eſſemus:* Sunt verba Theodoreti ad præſentem locum. Unum corpus tum fideles inter ſe ſub capite Chriſto, tum cum ipſo Chriſto. Dicimur *in Baptiſmo Chriſtum induere*, ad Galat. 3: 27. Ad quem locum iterum Theodoretus, pag. 277. Ἐπειδὰν εἶπεν, ὅτι πάντες υἱοὶ θεοῦ ἐστε, διδάσκει καὶ πῶς ἔτυχον τούτου, καί φησιν, ἐνεδύσασθε τὸν χριστὸν, τὸν ἀληθῶς υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἐκεῖνον δὲ ἐνδεδυμένοι, εἰκότως υἱοὶ θεοῦ χρηματίζετε. *Poſtquam dixit, omnes filii Dei eſtis, docet etiam, quomodo hoc aſſecuti ſint, & dicit*, induiſtis Chriſtum, *qui eſt verè Filius Dei: poſtquam verò illum induiſtis, jure filii Dei vocamini.* Vide ad eundem locum Theophylactum, p. 469. Hinc Chryſoſtomus Homil. 10. in Joh. dicit, ἐν τῷ βαπτίσματι τῆς υἱοθεσίας

σίας ἐντυποῦσθαι ἡμῖν εἰκόνα, *in baptismo adoptionis imaginem nobis imprimi.* Et Clemens Alex. Pædag. lib. 1. cap. 6. pag. 93. Βαπτιζόμενοι, Φωτιζόμεθα· Φωτιζόμενοι, υἱοποιούμεθα. *Baptizati, illuminamur: illuminati, in filios adoptamur.* Basilio, in exhortatione ad Baptismum, *Baptismus* vocatur υἱοθεσίας χάρισμα, *adoptionis donum.* Theodoretus in Epitome divin. Decret. cap. 18. *Baptismus* υἱοὺς ἀποφαίνει θεοῦ, καὶ οὐ μόνον υἱοὺς, ἀλλὰ καὶ κληρονόμους θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους χριστοῦ, *filios Dei reddit, nec filios tantùm, sed etiam hæredes Dei, & cohæredes Christi.* Greg. Nyssenus Orat. in Baptismum Christi, t. 3. pag. 368. *Baptismum* vocat οἰκείωσιν πρὸς θεὸν, *conjunctionem cum Deo.* Isidorus Peluſiota, Epist. 195. lib. 3. pag. 333. eundem dicit υἱοθεσίας καὶ θείας συγγενείας ποιητικὸν, *adoptionem & divinam cognationem procreare.*

2. *Finis* οὗ, *cui*, conſiderat pro quibus inſtitutus ſit Baptiſmus. Ut verò *Baptiſmi objectum* eò meliùs intelligamus, illud

A. Κατ' ἄρσιν ex Antiquitate proponimus. *Non ſunt* ergo *objectum Baptiſmi*,

α. *Mortui.* Cataphryges, ut Philaſtrius de iis ſcribit, mortuos baptizabant. Hos damnat Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ, Can. 18. *Placuit, ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, ſcriptum eſt enim,* Accipite & edite: *cadavera autem nec accipere poſſunt, nec edere. Et ne jam mortuos homines baptizari faciat Presbyterorum ignavia.* In tranſlatione Græca eſt: Καὶ, ἵνα μὴ τοὺς ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ ἡ τῶν Πρεσβυτέρων ἄγνοια. Videntur ergo Patres iſti pro *ignavia*, ſcripſiſſe *ignorantia.* Τοὺς ἤδη τελευτῶντας Balſamon ex Zonara interpretatur, τοὺς ἤδη τελευτήσαντας, *qui jam mortui ſunt.* Hujus decreti etiam meminit Photii Nomocanon tit. 4. cap. 6. Ad hos Cataphryges, ſeu Montaniſtas, alludit Nazianzenus Orat. 40. quæ eſt de Baptiſmo, pag. 648. ubi ſenes Baptiſmum differentes hoc modo compellat: Πίσευσον τῷ γήρᾳ τὴν κάθαρσιν. τί φοβῇ τὰ νεότητος ἐν βαθεῖ γήρᾳ καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς; ἢ καὶ σὺ μένεις νεκρὸς λαθῆναι, ἢ μᾶλλον ἐλεύμενος, ἢ μισούμενος; *Senectuti committe purgationem. Quid in effœta ſenectute atque extremo vitæ ſpiritu juvenilis ætatis vitia pertimeſcis? An tu etiam exſpectas, dum mortuus abluaris, non jam miſericordiam tui magis, quàm odium movens?*

β. *Vivi pro mortuis.* Hunc morem Epiphanius, hæreſi 28. pag. 54. apud *Cerinthianos* in uſu fuiſſe docet his verbis: Καὶ τὶ παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει

σει ἀναςάντας αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ ἐιληφότας. *Ex traditione res quædam ad nos devenit, quòd quidam apud ipsos de vita decesserunt, morte præventi ante baptisma, alii verò pro ipsis in nomen ipsorum baptizentur, ne, ubi resurrexerint, illi in resurrectione pœnas dent, eò quòd non acceperint baptisma.* Id ipsum etiam *Marcionitæ* postea factitârunt: Sic enim de iis Chrysostomus Homil. 40. in 1. ad Corinthios, pag. 513, 514. Ἐπειδὴ γάρ τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ παρ' αὐτοῖς, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τῶ τετελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ διαλέγονται, καὶ πυνθάνονται, εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα; Εἶτα ἐκείνου μηδὲν ἀποκριναμένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶν, ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι· καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τῶ ἀπελθόντος. *Postquam Catechumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui abscondito aliquo qui vivit, accedunt ad mortuum, eumque alloquuntur, & rogant, num velit accipere baptisma? Deinde, illo nihil respondente, qui infernè absconditus est, pro illo dicit, se velle baptizari: & sic eum baptizant pro eo, qui è vita excessit.* Eadem ex Chrysostomo referunt Theophylactus in 1. Corinth. 15. pag. 302. & Harmenopulus de Sectis, pag. 564. Hujusmodi Marcionitarum baptisma Tertullianus vocat *vicarium baptisma*, lib. de Resurrectione carnis, cap. 48. pag. 586. & hanc ipsam consuetudinem tangit lib. 5. adv. Marcionem, cap. 10. Ambrosius etiam in 1. Corinth. 15. 29. οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, explicans, *Exemplum*, inquit, *eorum subjicit, qui tam securi erant de futura resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem fortè mors præveniisset, timentes, ne aut malè, aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, vivus nomine mortui tingebatur.* Et Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 26. *Primis prædicationis Evangelicæ temporibus tanti fervoris quidam in divina credulitate referuntur fuisse, ut pro quibusdam charissimis, ante annunciationem veritatis, vel baptismi perceptionem, defunctis, baptizari studerent. Quod Apostolus Paulus ad adstruendam resurrectionis fidem commemorat. Quia nisi crederentur resurrecturi, stultum erat pro eis, qui jam non exsisterent, laborare.* An verò eò respexerit Apostolus, hîc non disputamus: res est altioris indaginis. Pergimus ergo ad alia.

γ. *Adulti, in religione Christiana priùs non instituti.* Hinc Zonaras ad Can. 2. Concilii Nicæni primi, pag. 49. Οἱ Πατέρες οὗτοι ὁρίζησι, τὸν τῇ πίσει προσερχόμενον μὴ ἀυτίκα βαπτίζεσθαι, εἰ μὴ ἀρκούντως κατηχηθείη. *Hi Patres definiunt, eum, qui ad fidem accesserit, non statim esse baptizandum, nisi priùs sufficienter fuerit institutus.* Vide ipsum Canonem, qui vult, ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίω ἄρτι προσελθόντας τῇ πίσει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας,

θέντας, *homines è gentili vita nuper accedentes ad fidem, & exiguo tempore inſtitutos, nec ſtatim baptizandos, nec ad Epiſcopatum vel Presbyterium promovendos eſſe.* Conſule etiam Photii Nomocan. tit. 4. cap. 4. & 7.

δ. *Furioſi & à dæmone correpti.* Timotheus Alexandrinus reſp. ad quæſt. 2. apud Balſamonem, pag. 1060. ad quæſtionem, *ſi Catechumenus à dæmone corripiatur, & volucrit ipſe vel ſui, ut ſanctum baptiſma accipiat, debetne accipere, annon, & maximè, ſi morti ſit vicinus?* reſpondet, Ἐὰν ὁ δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, ὃ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ δὲ τὴν ἔξοδον βαπτίζεται. *Si is, qui à dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſma accipere: ſed in exitu è vita baptizatur.* Idem, reſp. ad interrogat. 5. pag. 1061. de Catechumeno infirmo, ἐὰν ἐκ φρενὸς γένηται, *ſi emota factus ſit mentis*, ſtatuit, eum tum demum baptiſmum accipere, ἐὰν μὴ ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πειράζηται, *ſi ab immundo ſpiritu non tentetur.*

B. Κατὰ θέσιν. *Objectum Baptiſmi ſunt*

α. *Adulti, ſed priùs in fide Chriſtiana inſtituti.* Vide proximè præcedentia ad lit. γ.

β. *Infantes, de quorum baptiſmo dubitatur.* Ita ſtatuit Can. 72. Eccleſiæ Africanæ: *Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere, abſque ullo ſcrupulo eos eſſe baptizandos.* Eandem conſtitutionem repetit Concilium in Trullo, Can. 84. Synodica Lucæ, Patriarchæ Conſtantinop. cap. 12. itidem ſtatuit, *tales* ὀφείλειν βαπτισθῆναι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τούτους εἰ ἐν νηπιότητι ἐβαπτίσθησαν, μήτε τινὰς εὑρίσκεσθαι διαβεβαιωμένους τὸ βάπτισμα, *debere baptizari; quòd neſciant, an in infantia fuerint baptizati, nec ulli inveniantur, qui eos baptizatos eſſe affirment.* Conſentit etiam Leo I. Papa Rom. in Epiſtola ad Ruſticum, Epiſcopum Narbonenſem, in Codice Canonum Eccleſiæ Rom. cap. 28.

γ. *Hæretici quidam ad Eccleſiam Catholicam accedentes.* Hîc verò ante omnia illud notandum, fuiſſe in primitiva Eccleſia, qui promiſcuè omnes tingerent ab hæreticis vel ſchiſmaticis baptizatos. Primi ex Catholicis hoc fecerunt Agrippinus, Carthaginenſis Epiſcopus, & Tertullianus, ejuſdem loci Presbyter. Tertullianum ita ſenſiſſe, colligitur ex libro ejus de Baptiſmo, cap. 15. pag. 391. Univerſum quin etiam Africæ & Numidiæ Epiſcoporum Concilium eandem ſententiam approbavit. Teſtis

Teſtis Cyprianus Epiſt. 71. ad Quinctum, pag. 176. Epiſt. 70. quæ eſt *ad Januarium & cæteros Epiſcopos Numidas de baptizandis hæreticis:* Epiſt. item 73. quæ eſt *ad Jubajanum de baptizandis hæreticis.* Eadem controverſia denuo agitari cœpit temporibus Stephani Papæ, teſte Euſebio, Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 2. pag. 72. cujus verba ſunt: Ζητήματος ὐ σμικροῦ τηνικάδε ἀναπινηθέντος, *εἰ δέοι τὺς ἐξ οἱασῆν αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας διὰ λουτρῦ καθαίρειν; Magni momenti quæſtio eo tempore mota fuit, num oporteat ex quacunque hæreſi revertentes per lavacrum purgari?* Affirmavit Cyprianus, negavit Stephanus, ut Euſebius capite ſequenti teſtatur. Sententiam Cypriani ſequebantur tres Synodi Carthagine convocatæ, ut colligitur ex Synodicis literis ad Januarium, & cæteros Numidiæ Epiſcopos, quæ eſt Epiſt. 70. apud Cyprianum. Nec in Africa tantùm, ſed etiam alibi hanc ſententiam fuiſſe receptam, docent Firmilianus ad Cyprianum, Epiſt. 75. apud Cyprianum, pag. 199. & Dionyſius, Epiſcopus Alexandr. apud Euſebium, Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 7. pag. 72. b. Diu hæc contentio duravit inter Cyprianum & Stephanum, & eò uſque fuit deventum, ut Stephanus, congregata Romæ, anno 268, Synodo, Cyprianum cum ὁμοψήφοις, damnaverit. De qua Synodo Libellus Synodicus, pag. 1172. in Biblioth. Juris Canonici: Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροϊσθεῖσα ὑτὸ Στεφάνου τῦ ἱερομάρτυρος Πάπα· ἀποκηρύξασα τὺς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδῳ παραλόγως ἐπικεχειρηκότας ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐκ πάσης αἱρέσεως προσερχομένους τῇ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. *Synodus divina & ſacra provincialis, Romæ collecta à Stephano ſancto martyre & Papa: quæ eos, qui in Africana Synodo ſine ratione conceſſerant eos rebaptizari, qui ex quacunque hæreſi ad Catholicam accederent Eccleſiam, abdicavit.* Alii tamen fuerunt Catholici, qui diſcrimen fecerunt inter Hæreticos, eorumque alios denuò baptizârunt, alios verò non item. Concilium Nicænum I. *rebaptizari juſſit Paulianiſtas, ſive Samoſatenianos: at Catharos, ſive Novatianos non.* Canon 8. *de Catharis* decernit, *eos in Clero permanere, poſtquam iis manus fuerint impoſitæ.* Balſamon hanc reddit rationem, *quia non erant* σφάλλοντες περὶ τὴν πίςιν, ἀλλ' ὡς μισάδελφοι κατακρινόμενοι, *circa fidem errantes, ſed ob odium erga fratres condemnati.* Can. 19. ibidem *de Paulianiſtis* decernit, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος, *eos omnino rebaptizandos eſſe.* Auguſtinus, hæreſi 44. dicit, *ideò eorum Baptiſmum pro illegitimo habitum, quia non baptizabant in nomine Trinitatis;* eam enim negabant, unde & δεύτεροι Ἰουδαῖοι, *ſecundi Judæi* vocabantur. Teſtatur hoc Epiphanius hæreſi 65. pag. 263. Vide etiam Leontium de Sectis, Act. 3. pag. 436. & Danæum

Danæum ad hæresin 44. apud Augustinum. Fecit etiam discrimen inter Hæreticos Concilium Laodicenum: hoc *Phrygas* quidem, *sive Montanistas*, *baptizari jubet: at sine Baptismo admittit Novatianos & Quartadecimanos*, imò etiam *Photinianos*. De his agit Canon 7. de illis Canon 8. & decernit, *Phrygas* μετὰ πάσης ἐπιμελείας κατηχεῖσθαί τε καὶ βαπτίζεσθαι ὑπὸ τῶν τῆς Ἐκκλησίας Ἐπισκόπων τε καὶ Πρεσβυτέρων, *cum omni diligentia catechisari & baptizari ab Ecclesiæ Episcopis & Presbyteris*. Discrimen etiam facit Can. 7. Concilii Constantinopolitani, œcumenici 2.

δ. *Omnes in Ecclesia nati infantes.* Ita sentiunt apud veteres

a. *Doctores singulares.* Isidorus Pelusiota, Epist. 195. lib. 3. pag. 333. docet, τὰ βρέφη ἀναμάρτητα ὄντα, *infantes peccatis*, sc. actualibus, *non contaminatos*, *baptizandos esse*. Vide integram Epistolam. Patet ex Chrysostomo, qui Homil 21. in Acta, pag. 734. monet μικρὰ παιδία, *infantes non esse lugendos, si moriantur*, *quia Baptismum acceperint*. Τί τῶν παιδίου κατηγορῶναι ἔχοις ἂν τῶ μικροῦ; τίνος ἕνεκεν πενθεῖν αὐτό; τί τῶν νεοφωτίστου; *Quid in puello damnare posses? cur eum luges? quid recens baptizatum?* Greg. Nazianzenus Orat. 40. pag. 648. ubi de Baptismo maturando, nec in senectutem differendo: Νήπιόν ἐστί σοί; μὴ λαβέτω καιρὸν ἡ κακία· ἐκ βρέφους ἁγιασθήτω, ἐξ ὀνύχων καθιερωθήτω τῷ πνεύματι. *Infans tibi est? Ne occasionem improbitas arripiat: ab infantia sanctificetur, ab ipsis unguiculis Spiritui consecretur.* Idem, Homiliâ eâdem, exemplo circumcisionis pædobaptismum probat. Τί εἴποις περὶ τῶν ἔτι νηπίων; ἢ καὶ ταῦτα βαπτίσομεν; πάνυγε· εἴτέρ τις ἐτέροι κίνδυνος· κρεῖττον γὰρ ἀναισθήτως ἁγιασθῆναι, ἢ ἀτελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ ἀτέλεστα· καὶ τούτω λόγος ἡμῖν ἡ ὀκταήμερος περιτομή, τυπική τις οὖσα σφραγὶς, καὶ ἀλογίστοις ἔτι προσαγομένη. *Quid de iis dices, qui adhuc tenera ætate sunt? Num eos quoque baptizabimus? Ita prorsus, si quod periculum urgeat. Præstat enim absque sensu sanctificari, quàm sine sigillo & initiatione discedere. Atque hujus rei ratio nobis est Circumcisio, die octavo peragi solita, quæ Baptismi figura quædam erat, atque iis, qui rationis adhuc expertes erant, offerebatur.* Theodorus Antiochenus in Biblioth. Photii, Cod. 177. pag. 397. Ὑπὲρ ἧς (ἀναστάσεως) ἵνα τύχωμεν, καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ βρέφη βαπτιζόμενα. *Ob quam resurrectionem, ut eam consequamur, & nos & infantes baptizamur.* Olympiodorus in Catena in cap. 9. Jobi, p. 274. Βαπτίζεται τὰ βρέφη, τὸν διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ ῥύπον ἀποπλυνόμενα. *Baptizantur infantes ad eluendas sordes, quas ex Adami transgressione contraxerunt.* Cyrillus Alexandr. in Catena in cap. 11. Joh. pag. 285. Ὅτε ἀρτιγενὲς προσάγεται βρέφος, ἢ τῆς κατηχήσεως τὸ χρίσμα λαβεῖν, ἤτοι τὸ τῆς τελειώσεως

σεως ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, ὁ προσάγων ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν ἀναφωνεῖ. *Quando recens natus infans adducitur, ut vel institutionis unctionem accipiat, vel etiam, ut sacro baptismate initietur, qui eum adducit, pro eo* Amen *respondet.* Infantes esse baptizandos fusè probat Dionysius Areopagita, Eccles. Hierarch. cap. 7. Sect. 11. pag. 360, & seqq. & Cyprianus, Epist. 59. pag. 134. Vide etiam apud Athanasium, quæst. 2. ad Antiochum, t. 2. pag. 332.

b. *Integra Concilia.* Canon. 2. Concilii Carthaginensis; quod vulgò Milevitanum vocant, & quod contra Pelagium & Celestinum fuit congregatum; *Quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat: aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari; sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur; anathema sit.* Hunc Canonem ita refert Photius in Biblioth. Cod. 55. p. 44. Hoc Concilium τὲς τὰ βρέφη τὰ ἀρτίτοκα μὴ χρείαν ἔχειν βαπτίσματος, διὰ τὸ μὴ ἔλκειν αὐτὰ προγονικὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐξ Ἀδὰμ, ἀναθεματίζει. Arsenius Monachus in Synopsi Canonum, Can. 36. pag. 756. Ὅτι δεῖ καὶ τὰ μικρὰ βρέφη εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζειν. *Oportere etiam parvulos infantes in remissionem peccatorum baptizare.*

c. Imò quidam volunt, etiam illos infantes esse baptizandos, quorum parentes tum demum à Gentilismo ad Christianismum accedunt, postquam illi fuissent nati. Constitut. 3. tit. 3. Novell. in Photii Nomocan. tit. 4. cap. 4. *de Samaritanorum infantibus* decernit, τοὺς δὲ νέας πάνυ, καὶ χωρὶς τῆς παρατηρήσεως ταύτης ἀξιοῦσθαι τῷ ἁγίῳ βαπτίσματος, *omnino autem pueros, etiam absque hac observatione,* (quæ adultos Samaritanos per biennium in fide vult instituendos esse) *sacro baptismate dignos esse habendos.* Balsamon in Collect. Constitut. Ecclesiast. ex lib. 1. Cod. Justin. tit. 11. Sect. 10. Biblioth. Juris Canonici, pag. 1298. Τὰ τῶν ἑλλήνων τέκνα, μικρὰ ὄντα, χωρὶς ἀναβολῆς βαπτίζονται. *Paganorum liberi, qui minoris ætatis sunt, absque dilatione baptizantur.*

V. *Effecta Baptismi.* De his jam actum *sub materia Baptismi interna,* num. II. 2. & *de Fine Baptismi,* num. IV. 1. Pauca ergo hìc addimus. Baptismus nos salvos facit, Marci 16:16. Tit. 3:5. 1. Petri 3:21. maximè Joh. 3:5. Hinc à Basilio M. Homil. 13. pag. 481. vocatur ὄχημα πρὸς οὐρανὸν, βασιλείας πρόξενος, *vehiculum ad cœlum, regni cœlestis conciliator:* & à Greg. Nazianzeno, Orat. 40. pag. 638. ὄχημα πρὸς θεὸν, *vehiculum ad Deum:* κλεὶς οὐρανῶν βασιλείας, *clavis regni cœlorum.* Hoc verò effectum merito Christi propriè competit, sed tribuitur Baptismo sacramentaliter, quate-

quatenus ille ſalutis eſt Symbolum: ac proinde ſacramento Baptiſmi, ſeu aquæ, non eſt adſcribenda ſalus, ſed Spiritus ſancti operationi. Elegánter Theodoretus, quæſt. 26. in Geneſin, pag. 26. Τὸ ὕδωρ ζῶν καλεῖται τὸ βάπτισμα, οὐκ ἐπειδὰν φύσιν ἑτέραν ἔχει τοῦ βαπτίσματος ὕδωρ, ἀλλ' ὅτι δι' ἐκείνου τοῦ ὕδατος ἡ θεία χάρις τὴν ἀιώνιον δωρεῖται ζωήν. *Aqua viva vocatur baptiſma, non quòd aqua baptiſmatis aliam habeat naturam, ſed quia per illam aquam divina gratia donat vitam æternam.* Greg. Nyſſenus in Baptiſmum Chriſti, t. 3. pag. 396. Ταύτην τὴν εὐεργεσίαν οὐ τὸ ὕδωρ χαρίζεται· τὴν γὰρ ἂν πάσης τῆς κτίσεως ὑψηλότερον· ἀλλὰ θεοῦ πρόσταγμα, καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις, μυστικῶς ἐρχομένη πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐλευθερίαν· ὕδωρ δὲ ὑπηρετεῖ πρὸς ἔνδειξιν τῆς καθάρσεως. *Hoc beneficium non aqua largitur; eſſet enim omni creaturâ ſublimior; ſed Dei præceptum, & Spiritus, qui myſticè ad noſtram libertatem venit, acceſſus. Aqua verò ſubſervit ad oſtendendam purificationem.* Baſilius M. de Spiritu S. cap. 15. pag. 178. Εἰτις ἐστὶν ἐν τῷ ὕδατι χάρις, οὐκ ἐκ τῆς φύσεως ἐστι τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας· οὐ γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα ῥύπου σαρκὸς ἀπόθεσις, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεόν. *Si quæ eſt gratia in aqua, non eſt ex ipſius aquæ natura, ſed à Spiritûs præſentia: Baptiſmus enim non eſt depoſitio ſordium corporis, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio apud Deum.* Chryſoſtomus Homil. 25. in Joh. pag. 655. Ὥσπερ ἐν ἀρχῇ ὑπέκειτο στοιχεῖον ἡ γῆ, τὸ δὲ πᾶν τοῦ διαπλάττοντος ἦν· οὕτω καὶ νῦν ὑπόκειται μὲν στοιχεῖον τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ πᾶν τῆς τοῦ Πνεύματός ἐστι χάριτος. *Quemadmodum in principio terra elementum ſubjecta fuit, totum autem Creatoris fuit: ita etiam nunc ſubjicitur quidem elementum, nempe aqua, verùm totum eſt gratiæ Spiritûs.* Alia, quæ in eandem ſententiam afferri poſſent plurima, brevitatis ſtudio omittimus.

VI. *Proprietates Baptiſmi* ſunt,

1. *quòd ſit unus.* Confitentur hoc Patres Conſtantinopolitani, dicendo, Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα. *Unum confitemur baptiſma.* Reſpexerunt ad locum Apoſtoli ad Epheſ. 4:5. Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma.* Nec repugnant verba Apoſtoli ad Hebræos 6:2. ubi fit mentio βαπτισμῶν διδαχῆς. Apoſtolus enim, ut vult Theodoretus ad præſentem locum, pag. 419. πληθυντικῶς τὸ βάπτισμα τέθεικεν, οὐ πολλὰ εἶναι διδάσκων βαπτίσματα, ἀλλ' ἐπειδὰν πολλοὶ τῆς τοῦ βαπτίσματος ἀπολαύσωσι χάριτος, *pluraliter poſuit vocem* βάπτισμα, *non multa docens eſſe baptiſmata, ſed quia multi gratiæ baptiſmatis fiunt participes.* Aliter Chryſoſtomus Homil. 9. in Epiſtolam ad Hebræos, pag. 481. quem vide. Verùm, ſi rem paulò accuratiùs perpendamus, patebit Apoſtolum loqui περὶ

περὶ τῦ νομικοῦ βαπτίσματος, ὅπερ εἶχον οἱ Ἑβραῖοι· πᾶς γὰρ ἀκάθαρτος ἐλούετο ὕδατι, *de baptiſmo legali, quem Hebræi habebant: omnis enim impurus lavabatur aquâ;* ut eſt apud Athanaſium, quæſt. 103. de Parabolis ſcripturæ, t. 2. pag. 426. Loquitur ergo *de generibus luſtrationum.* Βαπτίζω enim *mergo* & *tingo* eſt: quia verò ea mundantur, quæ lavantur ſive tinguntur, fit ut baptiſmus accipiatur pro emundatione, per metalepſin. Hujuſmodi Leviticas luſtrationes idem Apoſtolus, ad Hebr. 9: 10. διαφόροις appellat βαπτισμοῖς. Ad quem locum Theophylactus; pag. 959. Καὶ γὰρ κἂν νεκροῦ ἥψατο, κἂν λεπροῦ, κἂν γονορρυὴς ἐγένετό τις, ἐβαπτίζετο, καὶ οὕτως ἐδόκει καθαρίζεσθαι. *Nam ſi mortuum attigiſſet quiſpiam, vel leproſum, & ſi ſeminis fluxum pateretur aliquis, abluebatur, atque hac ratione mundus reddi videbatur.*

2. *quòd virtus & efficacia Baptiſmi non ſit reſtricta ad illud momentum, quo homo baptizatur, ſed per totum vitæ curriculum ſe extendat.* Id docet Chryſoſtomus Homil. 3. in 1. ad Corinthios: Οὐ τοῦτο ἰσχύει τὸ βάπτισμα μόνον τὸ τὰ πρότερα ἀφανίσαι πλημμελήματα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλίζεται. *Non hoc tantùm poteſt baptiſma, nempe priora delere delicta; verùm etiam adverſus futura munit.* Theodoretus in Epit. divin. Decret. cap. 28. Ἰάσιμα καὶ τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα γενόμενα τραύματα. *Vulnera, quæ etiam poſt baptiſma facta, ſunt ſanabilia.* Obſervandum hoc contra *Meſſalianos*, quorum ſententiam ita refert Theodoretus, hæret. fab. lib. 4. cap. 11. pag. 242. Τὸ βάπτισμά φασι μηδὲν ὀνεῖν τοῖς προσιόντας· ξυροῦ γὰρ δίκην ἀφαιρεῖται τῶν ἁμαρτημάτων τὰ πρότερα, τὴν δὲ ῥίζαν οὐκ ἐκκόπτει τῆς ἁμαρτίας. *Dicunt baptiſmum ſuſcipientibus nihil prodeſſe. Novaculæ namque inſtar præcedentia peccata aufert, peccatorum verò radicem ſtirpitus non exſcindit.* Idem, Hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 10. pag. 671. ſcribit, eos aſſerere, μηδεμίαν ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος ὠφέλειαν τοῖς ἀξιωμένοις γίνεσθαι· μόνην δὲ τὴν σπουδαίαν εὐχὴν τὸν δαίμονα τὸν ἔνοικον ἐξελαύνειν, *ſacrum baptiſmum nullam iis, qui eum conſequuntur, conferre utilitatem, ſed ſolam ſedulam orationem inhabitantem dæmonem expellere.* Eadem de iis refert Harmenopulus de Sectis, ſect. 18. pag. 572. Perverſam opinionem iſtam ita refutat Theodoretus in Epit. div. Decret. cap. 18. pag. 292. Οὐ μόνον τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων δωρεῖται τὴν ἄφεσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐλπίδα τῶν ἐπηγγελμένων ἐντίθησιν ἀγαθῶν, καὶ τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἀναστάσεως καθίστησι κοινωνούς, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς τὴν μετουσίαν χαρίζεται, καὶ υἱοὺς ἀποφαίνει θεοῦ, καὶ οὐ μόνον υἱοὺς, ἀλλὰ καὶ κληρονόμους θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους χριστοῦ. Οὐ γὰρ, ὡς οἱ φρενοβλαβεῖς Μεσσαλιανοὶ νομίζουσι, ξυρὸν μόνον μιμεῖται τὸ βάπτισμα, τὰς προγεγεννημένας ἀφαιρούμενον

βούμενον ἀμαρτίας· τοῦτο γὰρ ἐκ περισσίας χαρίζεται. *Non ſolùm veterum peccatorum remiſſionem donat Baptiſmus, ſed ſpem etiam ingerit promiſſorum bonorum, mortiſque Dominicæ, & reſurrectionis efficit participes, & doni Spiritus participationem largitur, & filios Dei reddit, nec filios ſolùm, ſed & hæredes Dei, & cohæredes Chriſti. Non enim, ut amentes putant Meſſaliani, novaculam tantùm imitatur baptiſmus, præcedentia auferens peccata. Hoc enim ex ſuperabundanti largitur.*

3. Ex duabus præcedentibus proprietatibus neceſſariò emergit, *Baptiſmum, ſemel ritè adminiſtratum, non eſſe iterandum.* Canon 47. Apoſtol. Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον. *Epiſcopus vel Presbyter, qui verum baptiſma habentem rebaptizat, deponatur, ut crucem & mortem Domini ridens.* Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. 1. Cod. in Paratit. tit. 4. ex lib. 1. tit. 6. Conſtit. 1. Ὁ Ἐπίσκοπος τὸν ἤδη βαπτισθέντα ἀναβαπτίσαι τολμήσας, ἀποχειροτονεῖται. *Epiſcopus eum, qui jam baptizatus eſt, ſi rebaptizare ſuerit auſus, ordine ſuo removetur.* Ibid. tit. 6. Ἐπίσκοπος δεύτερον τὸν αὐτὸν βαπτίζων, καθαιρεῖται. *Epiſcopus, qui ſecundò baptizat eundem, loco movetur.* Item: Ὁ ἀναβαπτίζων ὀρθόδοξον, σὺν αὐτῷ ἐσχάτως τιμωρεῖται, εἴγε ἡλικίας ἦν δεκτικῆς ἐγκλήματος. *Qui rebaptizat orthodoxum, unâ cum ipſo ultimo afficitur ſupplicio, ſiquidem illius erat ætatis, quæ criminis eſſet capax.* Tertullianus de Pudicitia, cap. 16. *Denuò ablui non licet.* Et cap. 15. de Baptiſmo: *Semel lavacrum inimus, ſemel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.* Auguſtinus Epiſt. 203. *Rebaptizare Catholicum, immaniſſimum ſcelus eſt.* Vide Cl. Voſſii Diſputat. 17. & 18. de Baptiſmo. Facit hoc contra Marcionem, qui, teſte Balſamone ad Can. 95. Concilii in Trullo, pag. 484. ἐβάπτιζεν οὐ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ ἐκ τρίτου, *non ſemel tantùm, ſed etiam ter baptizabat.* De eodem Epiphanius, hæreſi 42. pag. 135. Οὐ μόνον παρ' αὐτῷ ἓν λουτρὸν δίδοται, ἀλλὰ καὶ ἕως τριῶν λουτρῶν, καὶ ἐπέκεινα ἔξεσι διδόναι παρ' αὐτοῖς τῷ βουλομένῳ. *Apud eum non unum tantùm datur lavacrum, ſed tria, imò etiam plura apud eos conferre licet volenti.* Hemerobaptiſtæ neminem ſalvari poſſe putabant, niſi quotidie baptizaretur, atque adeò à peccatis mundaretur; de quibus videri poteſt Epiphanius, hæreſi 17. pag. 22.

VII. *Adjuncta Baptiſmi.* Huc referimus *circumſtantias*

1. *Loci.* Baptiſmus in cœtu fidelium adminiſtrandus. Vetus Eccleſia, ſimul atque baptiſteria ac templa habuit, in iis, populo præſente, Baptiſmum adminiſtravit. Quia hæretici quidam, vel ſchiſmatici, quædam

dam in privatis ædibus conventicula habere deprehendebantur, & illegitima baptiſmata, παρασυναγωγὰς & παραβαπτίσματα dicta: hinc contra ejuſmodi conventicula & parabaptiſmata hoc decretum in Synodo Conſtantinopolitana, ſub Juſtiniano Juniore, factum Can. 59. Μηδαμῶς ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι, βάπτισμα ἐκτελείσθω· ἀλλ' οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἀχράντου Φωτίσματος, ταῖς καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις, κἀκεῖσε τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀπολαυέτωσαν. Εἰ δέ τις ἀλῶ τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα μὴ Φυλάττων, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀΦοριζέσθω. *In æde oratoria, quæ eſt intra domum, baptiſmus nequaquam peragatur: ſed, qui ab omnibus ſordibus aliena illuminatione digni habendi ſunt, ad Catholicas accedant eccleſias, atque ibi hujus doni participes fiant. Si quis autem à nobis conſtituta non ſervare convictus fuerit, ſiquidem ſit Clericus, deponatur; ſin autem Laicus, ſegregetur.* Proſpectum tamen fuit infirmis Can. 31. ejuſdem Concilii ad quem conſulendus Balſamon pag. 392. Vide Cl. Voſſii Diſputat. 16. de Baptiſmo, theſi 2.

2. *Temporis.* Hîc diſtinctè conſideramus,

a. *Quo ætatis tempore quidam Baptiſmum voluerint ſuſcipiendum eſſe.* Hîc variæ ſunt ſententiæ.

α. Quia Baptiſmus in Circumciſionis locum ſucceſſit, *quidam negârunt, Baptiſmum infantibus ante diem octavum conferendum eſſe.* Ea fuit opinio Fidi Epiſcopi; qui, ut refert Cyprianus in Epiſtola ad eum, quæ eſt 59. pag. 134. dixit, *infantes intra ſecundum vel tertium diem, quo nati ſint, conſtitutos, baptizari non oportere, & conſiderandam eſſe legem Circumciſionis antiquæ*, &c. Adverſus hunc Fidum & ὁμοδόξας, ſub Cypriano Synodus Africana habita eſt Epiſcoporum 66. quorum Epiſtola Synodalis ea ipſa eſt, cujus modò meminimus. Vide etiam Auguſtinum Epiſt. 28. ad Hieronymum; & Euchologium, pag. 90.

β. Greg. Nazianzenus, Orat. 4. *tertium circiter annum Baptiſmo ſuſcipiendo maximè putat aptum.* Verba ejus, pag. 658, hac de re ſunt: Περὶ τῶν ἄλλων (nimirum, ubi nulla adeſt cauſſa Baptiſmi ſtatim poſt nativitatem ſuſcipiendi) δίδωμι γνώμην, τὴν τριετίαν ἀναμείναντας, ἢ μικρὸν ἐντὸς τούτου, ἢ ὑπὲρ τοῦτο, ἡνίκα καὶ ἀκοῦσαί τι μυστικὸν, καὶ ἀποκρίνασθαι δυνατόν· εἰ καὶ μὴ συνιέντα τελέως, ἀλλ' οὖν τυπούμενα, οὕτως ἁγιάζειν καὶ ψυχὰς καὶ σώματα τῷ μεγάλῳ μυστηρίῳ τῆς τελειώσεως. *De reliquis ita cenſeo, ut triennio exſpectato, aut aliquanto breviori vel longiori temporis ſpatio; quando & myſtici quidam audire, & reſpondere poſſunt, etſi non plenè intelligunt, imbuuntur tamen & informantur; ita demum per magni Baptiſmi ſacramentum & animos & corpora ſanctificent.*

γ. *Alii*

γ. *Alii Baptiſmum in extremam ſeneſtutem differebant.* Hi vocati ſunt Clinici, eorum duo genera:

Unum tum Catechumenorum, tum Gentium ad fidem conversionem convertentium, qui in extremis conſtituti, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ, in lecto decumbentes, baptizabantur. Horum meminit Epiphanius, hæreſi 28. pag. 54. Ita Arinthæus Prætor, ab uxore ad fidem Chriſtianam converſus, in fine vitæ baptizatus eſt, referente Baſilio Cæſar. Epiſtolâ 386. pag. 966.

Alterum illorum, qui Chriſtiani quidem erant profeſſione, ſed ſtudio Baptiſmum differebant, ſimul & baptizari & mori volentes, ne poſt acceptum Baptiſmum rurſus peccarent, malè intelligentes locum ad Hebr. 6: 4. ex quo cum Novatianis colligebant, nullam, poſt Baptiſmum delinquentibus, veniæ ſpem reliquam eſſe. Ita *Conſtantinus Magnus* extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio, Nicomedienſi Epiſcopo, baptizatus eſt, ut, præter Euſebium, lib. 4. de Vita ejus, pag. 155. b. alii etiam Hiſtoriæ Eccleſ. ſcriptores tradiderunt; nempe Socrates, lib. 1. cap. 39. pag. 190. b. Theodoretus, lib. 1. cap. 32. pag. 295. a. Sozomenus, lib. 2. cap. ult. pag. 35. b. & Nicephorus, lib. 8. cap. 54. pag. 66. &c. Conſtantini etiam filius *Conſtantius*, moriens voluit baptizari, ἀποθνήσκων ἔδοξε βαπτίζεσθαι, ut docet Athanaſius de Synodis Arimini & Seleuciæ. Idem de *Theodoſio Magno* tradit Ambroſius, Orat. de obitu ejus, & Socrates lib. 5. cap. 6. pag. 244. a. Hic Baptiſmus eleganter vocatur ἐντάφιον βάπτισμα à Greg. Nylleno, ſub finem Orationis πρὸς τὺς βραδύνοντας εἰς τὸ βάπτισμα, *adverſus eos, qui Baptiſmum differunt*, t. 2. pag. 224. quando monet, Ἀπόθεσθε ὖν τὴν ματαίαν γνώμην, οἱ ἐντάφιον τηροῦντες τὸ βάπτισμα. *Deponite ergo inanem veſtram ſententiam, qui Baptiſmum ad exſequias reſervatis.* Hunc Clinicorum morem acriter reprehenderunt Orthodoxi Patres, inque hanc Baptiſmi differendi conſuetudinem graviter ſunt invecti. Unum & alterum audiviſſe ſufficiet. Plurima habet Greg. Nazianzenus Orat. 40. quæ eſt in ſanctum Baptiſma. Pauca inde excerpamus. Pag. 643. dicit: Βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν· καὶ μὴ ἀναβαλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν ὡς ἀδικίαν, μηδὲ ἀναμείνωμεν πλεῖον γενέσθαι κακοὶ, ἵνα πλεῖον συγχωρηθῶμεν· μηδὲ γενώμεθα χριςοκάπηλοι καὶ χριςέμποροι, μηδὲ Φορτισθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα Φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ' ὧν τὸ πλεῖον ἠλπίσαμεν, τὸ πᾶν ἀπολέσαντες. Ἕως ἔτι τῶν λογισμῶν κύριος εἶ, πρόσδραμε τῷ δωρήματι, &c. *Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua cogamur. Ne beneficium, tanquam injuriam, diſſeramus, nec exſpectemus, donec pejores fiamus, ut plura nobis condonentur: nec*

nec Christo, tanquam caupones & negotiatores, abutamur: nec graviori sarcina oneremur, quàm vires nostræ ferre queant, ne unâ cum navi demergamur, ac gratiam post naufragium amittamus, dumque diu spe atque animo concepimus, omnia perdamus. Quamdiu mentis adhuc compos es, ad donum accurre, &c. Chrysostomus, Homil. 1. in Acta, pag. 615. Μὴ καιρὸν ἀναμένωμεν, μή ποτε μέλλοντες καὶ ἀναβαλλόμενοι, ἀπέλθωμεν κενοὶ καὶ ἔρημοι τοιούτων ἀγαθῶν· πῶς οἴεσθε ὀδυνῶμαι, ὅταν ἀκούσω, ὅτι ἀμύητός τις ἀπηνέχθη ἐντεῦθεν, τὰς ἀφορήτους ἐννοῶν κολάσεις ἐκείνας, τὴν ἀπαραίτητον τιμωρίαν; πῶς δάκνομαι πάλιν, ὅταν ἑτέρους ἴδω πρὸς τὰς ἐσχάτας φθάνοντας ἀναπνοὰς, καὶ μηδὲ ἐντεῦθεν σωφρονιζομένους; Διά τοι τοῦτο πολλὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀνάξια γίνεται. *Ne tempus exspectemus, ne quando fiat, ut, dum cunctamur & procrastinamus, hinc inanes discedamus, tantisque bonis vacui. Quomodo creditis me discruciari animo, quoties aliquis nondum initiatus ex hac vita abreptus fuerit, si mecum reputo intolerabiles illos cruciatus, & supplicium inevitabile? Rursus, quos æstus pectoris sentio, quoties alios video sub extremum halitum festinantes ad initiationem, nec hinc puriores fieri?* Ita interpres, sed minùs accuratè postrema; quæ sic commodius reddentur: *Quoties alios video extremos jam spiritus ducere, nec tamen inde sapientiores reddi? Hinc multa tanto dono indigna fiunt.* Et Homil. 23. in Acta, pag. 746. Τί τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς ἀναμένεις ὡς δραπέτης, ὡς κακοῦργος, ὡς οὐκ ὀφείλων τῷ θεῷ ζῆσαι; τί οὕτως πρὸς ἀπηνῆ τινὰ καὶ ὠμὸν τρέχων δεσπότην οὕτω διάκεισαι; τί ψυχρότερον; τί ταλαιπωρότερον τῶν τότε λαβόντων τὸ φώτισμα; *Cur extremos exspectas spiritus sicut fugitivus, sicut malefactor, & quasi Deo vivere non deberes? Quare sic afficeris, quasi ad inhumanum & crudelem quendam Dominum curreres? Quid frigidius, quid miserabilius tunc demum Baptismum accipientibus?* Contra eosdem integram scripsit Orationem Greg. Nyssenus, quæ exstat tom. 2. pag. 215. ex qua quædam adduximus Observationum nostrarum cap. 3. pag. 72. ubi etiam de duplici horum Clinicorum genere.

b. *Quo anni tempore veteres voluerint Baptismum esse conferendum, vel accipiendum.*

α. *Alii in Paschatis festo.* Testatur hoc Socrates, Hist. Eccles. lib. 5. cap. 22. pag. 250. a. quando dicit, *Thessalicas Ecclesias ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Πάσχα μόνον βαπτίζειν, tantùm in diebus Paschatis baptizare.* Διὸ, addit, σφόδρα πλὴν ὀλίγων οἱ λοιποὶ, μὴ βαπτισθέντες ἀποθνήσκουσιν. *Ob quàm caussam, paucis admodum exceptis, reliqui absque baptismo moriuntur.* Eadem ex Socrate refert Nicephorus Hist. Eccles. lib. 12. cap. 34. pag. 297. Docet etiam Chrysostomus, Homil. 1. in Acta, pag. 615. quosdam in solo Pa-

Paschatis festo baptizari voluisse, quorum ibidem superstitionem perstringit. Zonaras ad Can. 45. Laodic. pag. 356. Ἐν τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ ἐξ ἔθους ἡ Ἐκκλησία ποιεῖ βαπτίσματα, ὅτι τὸ βάπτισμα τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου τύπος ἐστίν. *In magno Sabbato ex consuetudine Ecclesia baptismata peragit, quia baptisma sepulturæ & resurrectionis Domini figura est.* Basilius quoque, in exhortatione ad Baptismum, pag. 476. dicit, πάντα μὲν χρόνον εὐκαιρίαν ἔχειν πρὸς τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος σωτηρίαν, *omne quidem tempus ad salutem per baptismum esse opportunum:* addit verò, τί δ' ἂν γένοιτο τῆς ἡμέρας τοῦ Πάσχα συγγενέστερον πρὸς τὸ βάπτισμα; *Quod autem tempus baptismo magis cognatum est, quàm Paschalis dies?* Ratio: Ἡ μὲν γὰρ ἡμέρα, μνημόσυνόν ἐστιν ἀναστάσεως· τὸ δὲ βάπτισμα, δύναμίς ἐστι πρὸς τὴν ἀνάστασιν. Ἐν τοίνυν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τὴν χάριν ὑποδεξώμεθα. *Ille enim dies monumentum quoddam est resurrectionis: baptismus verò, resurgendi facultas quædam. Resurrectionis igitur gratiam, resurrectionis die accipiamus.*

β. *Alii in Paschate & Pentecoste baptizare solebant.* Hic erat mos Ecclesiæ Africanæ. Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 19. pag. 392. *Diem Baptismo solemniorem Pascha præstat, cùm & passio Domini, in qua tinguimur, adimpleta est. — Exinde Pentecoste ordinandis lavacris latissimum spatium est, quo & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, & gratia Spiritûs sancti dedicata, & spes adventus Domini subostensa.* Vide Pamelium ad hunc Tertulliani locum, & Cl. Vossium Disput. 16. de Baptismo, thesi 6.

γ. *Alii in Epiphaniorum die baptizabant*, quod tamen damnatur. Vide decretum Leonis Papæ 7. in Bibliotheca Juris Canonici, pag. 224. quo prohibetur, *in die Epiphaniorum baptisma celebrari.* Petrus Blesensis in Sermonis 13. *Ecclesia sub anathemate interdixit, ne aliquis die Epiphaniorum baptizet, si articulus necessitatis non intercidat.*

Quæcunque hactenus de tempore dicta sunt, ita intelligi debent, ut, juxta eosdem Auctores, casus necessitatis excipiatur. Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 19. pag. 392. *Cæterùm omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo. Si de solemnitate interest, de gratia nihil refert.* Basilius in exhortatione ad Baptismum, pag. 476. Πᾶς χρόνος εὐκαιρίαν ἔχει πρὸς τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος σωτηρίαν, κἂν νύκτα εἴπῃς, κἂν ἡμέραν, κἂν ὥραν, κἂν σιγμὴν χρόνου, κἄν τι βραχύτατον. *Ad salutem per baptismum omne tempus opportunum est, sive noctem dicas, sive diem, sive horam, sive quodcunque temporis momentum, etiam minutissimum.* Hodierni etiam

etiam Græci definitum tempus non habent. Patet hoc ex Confessione Metrophanis Critopuli, cap. 9. Διωρισμένην ἡμέραν, πότε βαπτιςέον τὰ βρέφη, ὐκ ἔχομεν· οἱ μὲν γὰρ ὀκταήμερα ταῦτα βαπτίζουσιν· οἱ δὲ δεκαήμερα· οἱ δὲ πλέον, οἱ δὲ ἔλαττον· ἀνάγκης δὲ κατεπειγούσης εὐθὺς μετὰ τὴν γέννησιν βαπτίζεται τὸ γεννηθέν. *Definitum diem, quando baptizandi sint infantes, non habemus: nam quidam eos octavo die baptizant, quidam decimo: alii citiùs, alii tardiùs. At necessitate urgente, statim post nativitatem baptizatur quod genitum est.* Consulatur etiam Chrysostomus, Homil. 1. in Acta, pag. 615.

VIII. *Opposita Baptismi.* Quædam jam in præcedentibus memoravimus: hîc eorum tantùm injicimus mentionem Hæreticorum, qui Baptismum prorsus rejecerunt. *Ascodrutæ;* ut scribit Theodoretus, hæret. fabul. lib. 1. cap. 10. pag. 201, 202. dixerunt, μὴ χρῆναι τὰ θεῖα μυςήρια, ἀοράτων ὄντα σύμβολα, δι' ὁρωμένων ἐπιτελεῖσθαι πραγμάτων, καὶ ἀσώματα δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν. — Διὰ τοῦτο οὔτε βαπτίζουσι τοὺς προσιόντας, οὐδὲ ἐπιτελεῖται παρ' αὐτοῖς τοῦ βαπτίσματος τὸ μυςήριον· λύτρωσιν γὰρ καλοῦσι, τὴν τῶν ὅλων ἐπίγνωσιν, *non debere divina mysteria, quæ invisibilium sunt signa, per res visibiles perfici, neque incorporea per sensiles & corporeas. — Propterea nec baptizant eos, qui accedunt, nec apud eos celebratur baptismi mysterium. Redemtionem quippe appellant universorum cognitionem. Archontici* ἀναθεματίζουσι τὸ λουτρὸν, καὶ τὴν τῶν μυςηρίων μετάληψιν, ὡς εἰς ὄνομα Σαβαὼθ γινομένην, *lavacrum exsecrantur, & mysteriorum participationem, ut quæ fiat in nomine Sabaoth;* ut refert Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 11. Idem de iis testatur Epiphanius hæresi 40. pag. 130. *Manichæi, Seleuciani, & Hermiani baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis afferre; nec quemquam eorum, quos decipiunt, baptizandum putant,* inquit Augustinus hæresi 46. Et hæresi 59. de Seleucianis & Hermianis scribit: *Baptismum in aqua non accipiunt.*

CAPUT XVII.

De Resurrectione mortuorum, & futuro seculo.

Προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἀμήν.

DUo hoc capite profitentur se exspectare Patres Constantinopolitani: quæ strictim examinabimus.

1. est *Resurrectio mortuorum.* Circa eam consideramus,

1. *Nomen.* Hoc loco vocatur ἀνάστασις νεκρῶν, *resurrectio mortuorum.* In Symbolo, quod vulgò Apostolorum dicitur, nominatur *resurrectio carnis:* ab Ecclesia Aquileiensi, *resurrectio hujus carnis.* De quo Ruffinus in Apolog. adv. Hieronymum: *Cùm omnes Ecclesiæ ita sacramentum Symboli tradant, ut postquam dixerant* peccatorum remissionem, *addant* carnis resurrectionem; *sancta Aquileiensis Ecclesia, ubi tradit* carnis resurrectionem, *addit unius pronominis syllabam; & pro eo, quod cæteri dicunt,* carnis resurrectionem, *nos dicimus* hujus carnis resurrectionem. Idem in Symbolum: *Satis cauta & provida adjectione Ecclesia nostra* (Aquileiensis) *docet, quæ in eo, quod à cæteris traditur,* carnis resurrectionem, *uno addito pronomine tradit,* hujus carnis resurrectionem. Hæc resurrectio Græcis vocatur ἀνάστασις. Quemadmodum ἀνίσταμαι, ut optimæ Glossæ docent, significat *resurgo, exsurgo,* nempe post lapsum, cubationem aut sessionem: ita ἀνάστασις vocatur *revocatio ad vitam,* seu hominis, aut corporis mortui in vitam restitutio; quia qui vivunt, *stare,* qui verò mortui sunt, *cecidisse* videntur. Ita vocem veteres explicant. Chrysostomus Homil. 69. t. 6. Ἀνάστασίς ἐστι τοῦ πεσόντος καὶ διαλυθέντος. *Resurrectio ejus est, quod cecidit & dissolutum fuit.* Theodoretus in Epitome div. Decret. cap. 19. t. 4. pag. 293. Ἀνάστασιν σωμάτων περιμένομεν· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ προσηγορία δηλοῖ· ἀνάστασις γὰρ ἡ ἄνωθεν στάσις. *Corporum resurrectionem exspectamus: hoc enim ipsum quoque vocabulum declarat: ἀνάστασις enim est nova statio,* seu *in pristinum restitutio.* Hinc etiam Etymolog. M. Ἀνάστασις, ἄνω στάσις, ἤτοι ἔγερσις. Iterum Chrysostomus, Homil. 39. in 1. ad Corinthios: Ἀνάστασις τοῦ πεπτωκότος λέγεται. *Resurrectio de eo dicitur, quod cecidit.* Eodem modo Theophylactus in cap. 12. Marci, pag. 260. Constitut. Apost. lib. 5. cap. 6. p. 920. κειμένων ἐστὶν ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ μὴ ὑπαρχόντων. *Jacentium est resurrectio, non*

Digitized by Google

non verò eorum, quæ non exſiſtunt. Vide infrà, ubi *de Subjecto reſurrectionis.* Univerſalem reſurrectionem, de qua hîc agimus, Chryſoſtomus in Pſal. 49. vocat ἀνάςασιν κοινὴν πάντων, *reſurrectionem omnium communem:* Nazianzenus, Orat. 40. pag. 662. τελευταίαν καὶ κοινὴν ἀνάςασιν, *ultimam & communem reſurrectionem:* Theophylactus in cap. 6. Johannis κοινὴν καὶ καθολικὴν ἀνάςασιν, *communem & univerſalem reſurrectionem:* Καθολικὴν ἀνάςασιν, Greg. Nyſſenus, Theophilus ad Autolycum, & alii paſſim: Greg. Nyſſenus Orat. Catech. cap. 35. t. 3. pag. 110. μεγάλην ἀνάςασιν, *magnam reſurrectionem:* Juſtinus M. reſp. ad quæſt. 45. Orthod. πάντων κοσμικὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάςασιν, *totius mundi à mortuis reſurrectionem;* & eodem ſenſu ibidem, παγκόσμιον ἀνάςασιν. Andreas Cæſar. in cap. 20. Apocal. δευτέραν ἀνάςασιν, *ſecundam reſurrectionem*, reſpectu primæ, quæ eſt reſurrectio à morte peccatorum.

2. *Subjectum reſurrectionis* eſt duplex:

a. *Abſolutum*, nempe homines mortui, tum pii, tum impii. Macarius Homil. 5. pag. 89. Μέλλει ὁ χριςὸς ἐκ τῶν ὐρανῶν κατέρχεσθαι, καὶ πάντα τὰ φῦλα τῶ Ἀδὰμ ἀναςήσει, τοὺς ἀπ' αἰῶνος κοιμηθέντας, κατὰ τὰς ἁγίας γραφάς. *Chriſtus è cœlis deſcenſurus eſt, omneſque ex Adamo ortas nationes reſuſcitabit, quicunque nimirum à mundi creatione obdormiverunt, juxta ſanctas Scripturas.* Chryſoſtomus in Pſal. 49. Ἡ ἀνάςασις κοινὴ πάντων ἔςαι. *Communis erit omnium reſurrectio.* Theophylactus in cap. 6. Joh. pag. 649. dicit eam eſſe κοινὴν καὶ καθολικὴν ἀνάςασιν, ἣν πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀνίςανται, *communem & univerſalem reſurrectionem, quâ omnes peccatores reſurgunt.* Cyrillus Jeroſ. Catech. 4. Illuminat. pag. 26. Τὸ ἀναςῆναι πάντων ἔςαι ἀνθρώπων. *Omnes homines reſurgent.*

b. *Limitatum*, nempe corpora, non animæ. Id nimirum reſurget, quod cecidit. Epiphanius hæreſi 64. pag. 241. Ἀνάςασις ὐκ ἐπὶ τῶ μὴ πεπτωκότος, ἀλλ' ἐπὶ τῶ πεπτωκότος λέγεται καὶ ἀνιςαμένου. *Reſurrectio non dicitur de eo, quod non cecidit; ſed de eo, quod cecidit & reſurgit.* Theodoretus in Epit. divin. Decret. cap. 19. pag. 293. Ἀνάςασιν σωμάτων περιμένομεν· τῶτο γὰρ καὶ ἡ προσηγορία δηλοῖ· ἀνάςασις γὰρ ἡ ἄνωθεν ςάσις· τὸ σῶμα δέ ἐςι τὸ φθειρόμενον καὶ διαλυόμενον, καὶ εἰς χοῦν μεταβαλλόμενον. — τῆς γὰρ ἀθανάτε ψυχῆς ὐκ ἀνάςασις, ἀλλ' ἐπάνοδος γίγνεται πρὸς τὸ σῶμα. *Corporum reſurrectionem exſpectamus: hoc enim ipſum quoque vocabulum declarat.* Ἀνάςασις *enim eſt in priſtinum reſtitutio. Corpus verò eſt quod corrumpitur, & diſſolvitur, & in pulverem convertitur. — Immortalis enim animæ non fit reſurrectio, ſed reditus ad corpus.* Greg. Nyſſenus de Anima & Reſurrectione, t. 3. pag.

pag. 214. Εἰ μὴ ἀκριβῶς τὸ ἴδιον ἐπανέλθοι, ἐκ δὲ τοῦ ὁμογενοῦς ἀντὶ τοῦ ἰδιαίζοντός τι παραλλαγθείη, ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου γενήσεται, καὶ οὐκ ἔτι ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἀνάστασις, ἀλλὰ καινοῦ ἀνθρώπου δημιουργία. *Niſi perfectè proprium redierit, ſed pro peculiari aliquid aliud ex eodem genere aſſumtum fuerit: alterum alterius loco erit, atque id non ampliùs fuerit reſurrectio, ſed novi hominis creatio.* Chryſoſtomus Homil. 41. in 1. ad Corinthios interrogat: Ποῦ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον κατὰ τοῦ θανάτου νικητήριον, εἰ ἄλλο πίπτει, καὶ ἄλλο ἀνίσταται; *Ubi admirabilis illa & nova adverſus mortem victoria, ſi aliud quidem cadit, aliud verò reſurgit?* Athenagoras de Reſurrectione, paulò ante finem: Δεῖ πάντως γενέσθαι τῶν νεκρωθέντων, ἢ καὶ πάντη διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασιν, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους συζῆναι πάλιν. *Omnino neceſſe eſt, mortuorum aut penitus diſſolutorum corporum reſurrectionem fieri, eoſdemque homines rurſus compingi.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. 4. cap. 28. pag. 392. Ἀνάστασιν λέγοντες, σωμάτων φαμὲν ἀνάστασιν· ἀνάστασις γάρ ἐστι δευτέρα τοῦ πεπτωκότος πτῶσις· καὶ γὰρ ψυχαὶ, ἀθάνατοι οὖσαι, πῶς ἀναστήσονται; *Reſurrectionem dicentes corporum intelligimus reſurrectionem: eſt enim reſurrectio, ſecunda ejus, quod cecidit, ſtatio: nam animæ, cùm immortales ſint, quomodo reſurgent?* Vide inſuper Macarium, Homil. 12. pag. 165, 166. Homil. 15. pag. 191, 192. Juſtinum M. reſp. 53. ad Orthod. pag. 256. & reſp. 60. pag. 258. Theophylactum in 1. Corinth. 15. pag. 305, 312, 313. Tertullianus de Reſurrect. carnis, cap. 51. pag. 588. *Oportet enim corruptivum iſtud induere incorruptionem, & mortale iſtud induere immortalitatem. Quid mortale, niſi caro? quid corruptivum, niſi ſanguis? Ac ne putes aliquid aliud ſentire Apoſtolum providentem tibi, & ut de carne dictum intelligas laborantem, cùm dicit* iſtud corruptivum, *& iſtud mortale, cutem ipſam tenens dicit. Certè iſtud niſi de ſubjecto, niſi de comparenti pronunciaſſe non potuit: demonſtrationis corporalis eſt verbum.* Ruffinus in Symbolum: *Sed & Apoſtolus cùm dicit,* Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: *numquid non corpus ſuum quodammodo contingentis & digito palpantis eſt vox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus eſt, reſurrectionis gratiâ incorruptibile eſt, & nunc quod mortale eſt, immortalitatis virtutibus induetur.* Hieronymus Epiſt. 61. ad Pammachium: *Quòd dicit Apoſtolus* Corruptibile hoc & mortale; *hoc ipſum corpus, id eſt, carnem, quæ tunc videbatur, oſtendit. Quòd autem copulat,* Induere incorruptionem & immortalitatem; *illud indumentum, id eſt, veſtimentum, non dicit corpus abolere quod ornat in gloria, ſed, quod antè inglorium fuit, efficere glorioſum.* Non igitur

Digitized by Google

igitur ſunt audiendi illi inter Arabes Chriſtiani, qui, referente Euſebio, Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 37. pag. 67. a. Ἔλεγον τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι; καὶ συνδιαφθείρεσθαι· αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι, *dicebant, animam humanam tunc quidem in præſenti tempore unà cum corporibus mori & cum iis corrumpi: in poſterum verò tempore reſurrectionis unà cum corporibus in vitam redituras.* Eadem eſt ſententia Tatiani Orat. ad Gentes, pag. 281. Samaritani etiam animarum immortalitatem negârunt, de quibus Leontius de Sectis, Act. 2, pag. 422. Οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν. *Neque Angelum eſſe exiſtimant, neque animam immortalem, neque reſurrectionem.* Idem de iis teſtatur Origenes in Matth 22. tom. 1. pag. 486. ſed his opponimus illa Epiphanii, hæreſi 67. Ἀνάστασις οὐ καλεῖται τῶ μὴ πεπτωκότος. Ποῖον δέ ἐστι τὸ πεσόν; ποῖον τὸ ταφέν; ποῖον τὸ λυθὲν, ἀλλ' ἢ τὸ σῶμα, καὶ ἐχ ἡ ψυχή; ψυχὴ τοίνυν οὐ πίπτει, ὅτε θάπτεται. *Reſurrectio non dicitur de eo, quod non cecidit: quodnam verò illud eſt, quod cecidit? quodnam illud, quod ſepultum eſt? quodnam illud, quod diſſolutum eſt, niſi corpus, & non anima? Anima igitur non cadit, neque ſepelitur.* Tertullianus lib. 5. adv. Marcionem, cap. 9. pag. 790. *Nam & ipſum quòd* mortuorum reſurrectio *dicitur, exigit defendi proprietates vocabulorum.* Mortuorum *itaque vocabulo non eſt niſi quod amiſit animam, de cujus facultate vivebat. Corpus eſt quod amittit animam, & amittendo ſit mortuum; ita* mortui *vocabulum corpori competit. Porrò ſi reſurrectio mortui eſt, mortuum autem non aliud eſt quàm corpus, corporis erit reſurrectio. Sic &* reſurrectionis *vocabulum non aliam rem vendicat, quàm quæ cecidit.* Surgere *enim poteſt dici & quod omnino non cecidit, quod ſemper retrò jacuit.* Reſurgere *autem non eſt niſi ejus quod cecidit. Iterum enim ſurgendo quia cecidit, reſurgere dicitur.* Re *enim ſyllaba iterationi ſemper adhibetur.* Hieronymus, Epiſt. 61. *ſed ipſum* reſurrectionis *vocabulum ſignificat non aliud ruere, aliud reſuſcitari; & quòd adjicitur* mortuorum, *carnem propriam demonſtrat; quod enim in homine moritur, hoc & vivificatur.* Iterum Epiphanius, hæreſi 42. Πῶς γὰρ ἀναστήσεται ἡ μὴ πεπτωκυῖα ψυχή; ἀνάστασις δὲ πῶς αὐτῆς κληθήσεται, μὴ πεσούσης ψυχῆς; πᾶν γὰρ τὸ πίπτον ἀναστάσεως δεῖται· πίπτει δὲ ἐχ ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ σῶμα. ὅθεν καὶ δικαίως πτῶμα αὐτὸ ἡ συνήθεια εἴωθε καλεῖν. *Quomodo enim reſurget anima, quæ non cecidit? quomodo verò reſurrectio de ea dicetur, cùm anima non cadat? Omne enim quod cadit, reſurrectione eget: cadit autem corpus, non anima: unde etiam meritò ex communi conſuetudine* πτῶμα, cadaver, *vocatur.*

3. *Cauſſam*

3. *Cauſſam efficientem.* Ea autem non alia ſtatui poteſt, quàm Deus, naturæ auctor. Reſuſcitare namque mortuos longiſſimè omnem naturæ virtutem exſuperat: unde Dionyſius, lib. de div. Nominibus, cap. 6. Sect. 2. pag. 594. dicit, *reſuſcitationem mortuorum* πρᾶγμα, τῇ παλαιότητι μὲν ἴσως παρὰ Φύσιν δοκοῦν, αὐτῷ δὲ καὶ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ θεῖον, καὶ ὑπὲρ Φύσιν, *rem quidem antiquitati contra naturam videri, ſibi verò & veritati, & divinam & ſupra naturam.* Etſi autem tota SS. Trinitas reſurrectionis cauſſa ſit, ut ex Joh. 5: 21. & ad Rom. 8: 11. ſatis liquet; quod in Catena ad Joh. cap. 5. pag. 153. Cyrillus Alexand. obſervat, dum ſcribit, Ἴδιον τῆς θείας οὐσίας, τὸ δύνασθαι ζωογονεῖν, ὅπερ ἐστὶν ὁμοίως ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ. *Proprium eſt divinæ naturæ, ut poſſit vivificare, quod æqualiter Patri ac Filio ineſt:* Chryſoſtomus ibidem: Τὸ, ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει, τῆς δυνάμεως δείκνυσι τὴν ἀπαραλλαξίαν· τὸ δὲ, ὃς θέλει, τῆς ἐξουσίας τὴν ἰσότητα. *Illud,* ſicut Pater ſuſcitat, *indiſcretam & per omnia æqualem poteſtatem, illud verò,* quos vult, *potentiæ paritatem demonſtrat.* Greg. Nazianzenus de Spiritu ſancto, Homil. 44. pag. 714. ſcribit: Τὸ Πνεῦμα συνδημιουργεῖ Υἱῷ καὶ τὴν κτίσιν, καὶ τὴν ἀνάστασιν. *Spiritus cum Filio & creationem & reſurrectionem efficit:* ſingulariter tamen Chriſtus, Joh. 6: 54. dicit, Ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Nam reſurrectio Chriſti eſt pignus & cauſſa noſtræ reſurrectionis, ut cap. 12. num. III. 3. ſub lit. *c.* fusè demonſtravimus. Excitabimur ad potentiſſimam Chriſti vocem, quæ reſurrectionis noſtræ cauſſa erit inſtrumentalis, ut colligitur ex Joh. 5: 25. & 28. ubi Chryſoſtomus in Catena, pag. 158. Τότε Φωνῆς ἐπιταττούσης ἀκούσαντες ἐγειρόμεθα. *Tunc, audita imperantis voce, reſurgemus.* Nempe, ut Thomas, quæſt. 75. art. 2. ad. 2. *Quemadmodum vox naturalis dormientem excitat, ſic Chriſti vox mortuos excitabit.* Et Greg. Nyſſenus Orat. de opificio hominis, cap. 25. pag. 113. ait, Καθάπερ γὰρ ἐν τῇ τοῦ παντὸς ἀναστοιχειώσει Φησὶν ὁ ἀπόστολος αὐτὸν καταβήσεσθαι τὸν Κύριον ἐν κελεύσματι, ἐν Φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ διὰ σάλπιγγος εἰς ἀΦθαρσίαν τὰς νεκροὺς ἀναστήσειν· οὕτω καὶ νῦν οἷόν τινα ὕπνον, τὸν θάνατον, τῇ Φωνῇ τοῦ προστάγματος ὁ ἐν τῷ τάΦῳ ἀποσεισάμενος, τοῦ τάΦου ἐξάλλεται. *Nam, ut Apoſtolus memoriæ prodidit,* 1. Theſſ. 4: 16. *Sicut eo tempore, quo inſtaurabitur rerum univerſitas, Dominus ipſe quadam quaſi cum militari conclamatione, per vocem Archangeli, ac tubæ clangorem mortuos ad conditionem interitus expertem ſuſcitaturus eſt: Sic nunc etiam Lazarus tumulo conditus, ad vocem imperiumque Domini mortem inſtar ſomni excutiens, de ſepulchro proſilit.*

4. *Finem reſurrectionis;* qui duplex,

1. *Alius*

a. *Alius reſpectu electorum*, nempe ſalus & gloria æterna. Macarius Homil. 5. pag. 90. *Chriſtus* εἰς δύο μέρη ςήσει πάντας, καὶ τοὺς ἔχοντας τὸ ἴδιον σημεῖον, τυτέςι, τὴν σφραγίδα τῦ Πνεύματος, τούτους ὡς ἰδίως προσφωνήσας ἐκ δεξιῶν ςήσει. — καὶ τότε δόξῃ θείᾳ τὰ σώματα τούτων περιβληθήσονται ἐκ τῶν ἀγαθῶν ἔργων, *in duas partes ſtatuet omnes, & proprium ſignum, hoc eſt, ſigillum Spiritûs habentes, tanquam ſuos, ad ſe vocatos, à dextris ſtatuet: & tunc gloriâ divinâ eorum corpora, ex bonis operibus, circumdabuntur.* Chryſoſtomus in Pſal. 49. Ἡ μετὰ δόξης ἀνάςασις, τῶν ὀρθῶς βεβιωκότων. *Reſurrectio cum gloria eorum eſt, qui piè vixerunt.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Illum. 4. pag. 26. Οἱ δίκαιοι ἀιώνια λαμβάνουσι σώματα, ἵνα διαιωνίζοντες ἀγγέλοις συγχορεύσωσι. *Juſti æterna accipiunt corpora, ut, in æternum viventes, ſimul cum Angelis tripudient.* Hinc reſurrectio piorum à veteribus ſatis frequenter vocatur reſtitutio in illum ſtatum, in quo Adamus in Paradiſo, ante legis divinæ tranſgreſſionem vixit. Andreas Cæſar. in cap. 20. Apocal. Δευτέρα ἀνάςασις, ἡ ἐκ φθορᾶς τῶν σωμάτων εἰς ἀφθαρσίαν μεταποίησις. *Secunda reſurrectio, ex corruptione corporum in incorruptum ſtatum eſt tranſmutatio.* Theophanes, Homil. 34 pag. 247. Ἀνάςασίς ἐςιν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάςασις. *Reſurrectio eſt in priſtinum ſtatum reſtitutio.* Deſumta hæc videntur ex Greg. Nyſſeno, qui de Anima & Reſurrectione, t. 3. pag. 252. ſcribit: Ἀνάςασίς ἐςιν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς Φύσεως ἡμῶν ἀποκατάςασις. His gemina legas apud eundem de Opificio hominis, cap. 17. t. 1. pag. 90. Et in funere Pulcheriæ, t. 3. pag. 523. Τοῦτο ἡ ἀνάςασις, ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς Φύσεως ἡμῶν ἀναςοιχείωσις. *Id eſt reſurrectio, nempe naturæ noſtræ in priſtinum ſtatum reparatio.*

b. *Alius reſpectu reproborum*, nempe abjectio in pœnas ſempiternas. Cyrillus Jeroſ. Catech. Illum. 4. pag. 26. Οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀιώνια λαμβάνουσι σώματα, ἵνα εἰς αἰῶνας τῶν ἁμαρτημάτων ὑπομείνωσι τὴν βάσανον. *Peccatores æterna accipiunt corpora, ut in æternum ob peccata torqueantur.* Vide Matth. 25: 41, 46. Hinc Chryſoſtomus, Homil. 5. ad populum Antiochenum, *pœnas infernales vocat* τιμωρίας ἀθανάτυς, τὸ πῦρ τὸ ἄσβεςον, τὰ δεσμὰ τὰ ἄλυτα, τὴν αἰώνιον δίκην, *pœnas æternas, ignem inextinguibilem, indiſſolubilia vincula, æternam mulctam.* Et Homil. 25. in Epiſt. ad Rom. t. 3. pag. 205. Ὅτι τὰ ἐκεῖ λῆξιν οὐκ ἔξει ποτὲ, ἄκουσον αὐτῦ λέγοντος· Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβεσθήσεται. Καὶ, Πορεύσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· εἰ τοίνυν ἡ ζωὴ αἰώνιος, καὶ ἡ κόλασις αἰώνιος. *Ea, quæ ibi erunt, nunquam habitura ſunt finem. Audi ipſum dicentem* Salvatorem: Vermis eorum non morietur, & ignis non exſtin-

exstinguetur. *Item*, Abibunt illi quidem ad vitam æternam, illi verò ad supplicium æternum. *Si igitur vita æterna, etiam supplicium æternum.* Idem, Homil. 23. in 1. ad Corinth. t. 3. pag. 391. Ὥσπερ αἱ ἐνταῦθα κολάσεις τῷ παρόντι συγκαταλύονται βίῳ, οὕτως αἱ ἐκεῖ διηνεκῶς μένουσι. *Sicut hujus seculi supplicia unâ cum præsenti cessant vita, ita futura perpetuò manent.* Et Homil. 25. t. 5. Edit. Paris. pag. 445. Τὸν ἁμαρτίᾳ συζῶντα, ἀμήχανον σωθῆναί ποτε, ἀλλ' ἀνάγκη πάντως καὶ ἐνταῦθα ἐπονείδιστον εἶναι, καὶ ἀπελθόντα ἐκεῖ, ἀθάνατα πάλιν κολάζεσθαι. *Eum, qui peccati vivit addictus, impossibile est unquam salvum fieri, sed planè necesse est & hîc ignominiosum esse, & post suum hinc discessum rursus illic æterno supplicio affici.* Sed de his plura sub num. 11. hujus Capitis.

5. *Certitudinem resurrectionis.* Resurrectionem certò futuram, maximâ argumentorum copiâ, tum ex Scriptura sacra, tum ex Scriptoribus Ecclesiasticis, demonstrari posset. Nos verò, ne nimia prolixitate Lectori simus molesti, ad præcipua digitum tantùm intendemus.

α. Argumentum desumitur *ab exemplis*. *Christi* exemplum, primo meritò loco ponendum, urget Greg. Nyssenus, Orat. de Opificio hominis, cap. 25. t. 1. pag. 114. Postquam enim pluribus resurrectionem Christi confirmasset, subjicit: Εἰ οὖν οὗτος ἐγήγερται, εὔκολον ἂν εἴη τὸ Ἀποστολικὸν ἐπιφθέγξασθαι· Πῶς λέγουσί τινες, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι; *Cùm igitur ille à morte sit excitatus, facilè illud Apostolicum proferre poterimus:* Quomodo dicunt quidam resurrectionem mortuorum non esse? Eodem argumento utitur idem Orat. 1. t. 2. quæ est in 1. Corinth. 15. 28. pag. 11. & 12. Vide sub num. 3. *de Caussa efficiente Resurrectionis. Abelis & Enochi* exemplum proponit Theodoretus quæst. 45. in Genesin, pag. 38. *Deus* Θεὸς τὸν μὲν παρεῖδεν ἀναιρούμενον, τὸν δὲ μετέθηκεν ἵνα τῇ ἀναῤῥήσει τῇ τούτου κηρύσῃ τὴν ἐσομένην ἀνάστασιν· ὁ γὰρ κατὰ τόνδε τὸν βίον τῶν τῆς ἀρετῆς μὴ τετυχηκὼς ἀντιδόσεων, δῆλον ὡς ἐν ἑτέρῳ τούτων ἀπολαύσεται βίῳ. *Hac de caussa illum quidem occidi permisit, hunc verò transtulit: ut hujus prædicatione futuram indicaret resurrectionem. Qui enim in hac vita virtutis remunerationem non fuerit adeptus, illam in altera vita certò consequetur.* Chrysostomus in Psal. 118. pag. 777. *Eliæ & Enochi* proponit exemplum, & docet, utrumque exhibere εἰκόνα τῆς ἀναστάσεως, *imaginem resurrectionis.* Greg. Nyssenus de Opificio hominis, cap. 25. t. 1. pag. 110, 111, 112. resurrectionem probat omnium eorum exemplis, qui à Christo in his terris degente fuerant resuscitati. Vide eundem Orat. 3. de resurrectione Christi, t. 3. pag. 425, 426.

β. Pro

β. Pro resurrectione mortuorum desumunt veteres argumentum *à justitia Dei.* Chrysostomus Homil. 6. in Epist. ad Philippenses, pag. 36. Δίκαιός ἐστιν ὁ θεός. Πάντες ὁμολογοῦμεν τοῦτο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ αἱρετικοὶ, καὶ χριστιανοί. Ἀλλ' ἐντεῦθεν μὲν πολλοὶ τῶν ἡμαρτηκότων ἀπῆλθον μὴ κολασθέντες· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν κατορθωσάντων ἀπῆλθον μυρία παθόντες δεινά. Εἰ τοίνυν δίκαιος ὁ θεὸς, ποῦ τούτοις τὰ ἀγαθὰ ἀποδώσει, ποῦ ἐκείνοις τὰς τιμωρίας, εἰ γέεννα μή ἐστιν; εἰ ἀνάστασις μή ἐστιν; *Justus est Deus: omnes hoc fatemur, & Græci, & Judæi, & Hæretici, & Christiani. At hinc multi, qui peccarunt, abierunt impunè: multi verò, qui virtuti studuerunt, abiverunt, postquam infinitas subiissent calamitates. Si igitur justus est Deus, ubinam his quidem præmia, illis verò supplicia tribuet, si non est gehenna, si non est resurrectio?* Eandem rationem idem diligenter inculcat Homil. 2. in Epist. ad Coloss. pag. 101. Justinus M. resp. ad quæst. de Resurrectione, num. 38. pag. 310. iterum Chrysostomus, Homil. 38. seu 4. in Divitem & Lazarum, t. 5. pag. 257. Athenagoras de Resurrectione, p. 56, 57, 58. Cyrillus Jerosol. Catech. Illuminat. 18. pag. 150, 151. Theodoretus in Epit. div. Decret. cap. 20. pag. 296, 297. Idem, Orat. 9. de Providentia, pag. 424, 425. Greg. Nyssenus Orat. 3. in Resurrect. Christi, t. 3. pag. 430, 431. &c.

γ. *A veritate Dei in Scriptura resurrectionem denunciantis.* Greg. Nyssenus de Opificio hominis, statim ab initio cap. 25. pag. 108, 109. eruditè demonstrat, cùm omnes aliæ prædictiones Dei suum consecutæ sint, vel adhuc consecuturæ complementum, nec de resurrectionis veritate dubitandum esse. Inter alia scribit: Εἰ τὰ ἄλλα πάντα μαρτυροῦταν ἔχει τῇ ἀληθείᾳ τὴν πεῖραν, ἀκόλουθον ἂν εἴη δι' ἐκενίνων καὶ τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως πρόρρησιν ἀληθῆ νομίσαι. *Si omnia vera esse, ipsa experientia testimonium perhibente, constat: consentaneam veritati etiam prædictionem de resurrectione esse, putandum est.*

δ. *Resurrectionem non esse impossibilem, veteres variis ex natura petitis probant exemplis.* Unum & alterum videamus.

a. *A semine in terram projecto, ab arboribus, quæ in hieme videntur mortuæ, tempore verò verno rursus florent,* &c. Æneæ Gazæi Theophrastus, pag. 41, 42. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ὁ σῖτος, ὅταν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι σπείροντες γῇ κρύψωσιν, αὐτὸς μὲν ἐφθάρη, καὶ ἐξεχύθη, καὶ τέθνηκεν· ὁ δὲ δημιουργὸς αὐτῷ λόγος, ἀδιάφθορος καὶ συγκεκροτημένος, καὶ οἷον ἀθάνατος. ὃς ἐρρωμένος διαμένων, καὶ τὴν ἐν κύκλῳ τῷ σπέρματος γῆν συλλέγων, καὶ τὸ περικεχυμένον ὑγρὸν ἐφέλκων, καὶ τῇ θέρμῃ περιβάλπων, ἀναζωπυρεῖ· καὶ σβεσθέντα τὸν σῖτον, καὶ ῥίζαν ἐγκατέ-

ψυξε

ψυξε καὶ Φύλλον ἐξέφυσε, καὶ τὴν καλάμην διήγειρε, καὶ τὸς στάχυς ἐξέθρεψε. καὶ
ἁπλῶς ἄνω τὸν κάτω σῖτον αὖθις ἀναβιῶναι πεποίηκε· καὶ ὁ τῶν ὑλυρῶν λόγος ὅλυρας
διέσωσε· καὶ ὁ τῶν κυάμων κυάμους· καὶ ἄπιςον τούτων ὐδέν. Εἰ δὲ δεῖ τὸν ἄν-
θρωπον ἀναστωθῆναι, Φθόνος δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων ἀπιςία. Εἰ τοίνυν ἐν τοῖς θνη-
τοῖς ὁ τῦ εἴδους λόγος ἀθάνατος, εἰπουγε τῆς ἀθανάτυ ψυχῆς ἀθάνατος ὁ λόγος, καὶ
οὔποτε χρόνῳ διόλλυται, ἀλλ' ἐν αὐτῷ μένων, ὅταν ἡ προθυμία παρῇ· πάντα γὰρ εὖ
μάλα προείρηται, καὶ τέτακται· διεγείρει τὴν ὕλην καὶ κοσμεῖ κατὰ τὴν ἑαυτῦ δύνα-
μιν τὸν ἀρχαῖον τρόπον· ὥςε τῇ ψυχῇ γνωριμώτατον εἶναι τὸ εἶδος· καὶ αὐτὸς ὁ συγ-
καλῶν θεὸς ἑκάςην ψυχὴν πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐκπέμπει καὶ διαχωρίζει, καὶ διανέμει, κα-
θάπερ παρ' ἡμῖν οἱ ἀγαθοὶ νομεῖς, οἱ μυρίων ὄντων βοσκημάτων, διακρίνουσι ῥᾳδίως ἢ
χρὴ ἕκαςα, καὶ οὐ δέος μήποτε συνταραχθείη. *Annon vides, ut triticum, quod,*
qui sementem faciunt homines, humi condunt: ipsum quidem totum periit,
diffusum est & mortuum: at efficiens ejus causa incorrupta, inconcussa,
quasique immortalis exsistit. Quæ etiam salva permanens, & omnem circum
se humum colligens, humoremque undiquaque circumfusum attrahens & calore
fovens, exstinctum jam triticum resuscitat, & radices altiùs figit, & flo-
rem emittit, & culmum erigit, & aristas nutrit, omninoque defunctum tri-
ticum ut reviviscat, facit. Eodemque modo siliginis causa siliginem, fabæ-
que fabas hucusque conservârunt: nec est eorum incredibile quicquam. Sin
res postulet hominem salvum conservari, dæmonum invidiâ accidit, ut ab eo
assensum cohibeamus. Si igitur in caducis mortalibusque rebus formæ conser-
vatrix causa sit immortalis, multò magis immortalis animæ causa fuerit
immortalis, nec ullo tempore dissolvitur, sed in seipsa manens, cùm libuerit,
& opportunum visum erit, (sunt enim omnia perbene constituta atque optimo
ordine collocata) materiam totam exsuscitat, vi sua in pristinum statum re-
stituit atque exornat. Quò fit, ut sua animæ cujusque forma sit cognitu fa-
cillima. Sed & Deus ipse, qui in unum animas omnes vocat, ad suam pro-
priam formam, etiam unamquamque animam mittit: & separat alias ab
aliis, & distribuit præmia ac pœnas. Idque haud secus facit, ac qui apud
nos sunt boni pastores, solent sua pecudibus, quas innumeras habent, loca
propria destinare: nempe ut & eas ipse facilè discernant, & illæ quàm mini-
mùm inter sese perturbentur. Chrysostomus, Homil. 69. t. 6. pag. 711.
Τὰ σπέρματα, ἂν μὴ πρότερον ἀποθάνῃ καὶ σαπῇ καὶ διαφθαρῇ, ὃ τίκτει τὸν ἄςα-
χυν. Ὥσπερ οὖν ὁρῶν ἐκεῖ τὸν κόκκον σηπόμενον καὶ διαλυόμενον, ὃκ ἀμφιβάλλεις
περὶ τῆς ἀναςάσεως· οὕτω καὶ ἐπὶ τῦ σώματος λογίζῦ τῦ σοῦ. ὅταν ἴδῃς τὴν φθορὰν,
τότε μάλιςα περὶ τῆς ἀναςάσεως φιλοσόφει· ὁ γὰρ θάνατος ὐδὲν ἕτερόν ἐςιν, ἢ τῆς
φθορᾶς λοιπὸν ἀναίρεσις· οὐ γὰρ δὴ τὸ σῶμα ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν φθορὰν αὐτοῦ δαπανᾷ
ὁ θά-

ὁ θάνατος. *Semina, nisi priùs fuerint mortua, & putredinem senserint, & fuerint corrupta, spicam non progignunt. Quemadmodum igitur si ibi vides granum putrescere & dissolvi, de resurrectione non dubitas: idem de tuo etiam reputa corpore: ubi videris corruptionem, tunc vel maximè de resurrectione philosophare. Mors quippe nihil aliud est, quàm corruptionis abrogatio: neque enim corpus simpliciter, sed ejus corruptionem absumit mors.* Gregorius Nyssenus Orat. 3. in Christi resurrectionem, t. 3. pag. 427. Θεωρήσαμεν καὶ τὸ τῦ σίτυ ὑπόδειγμα, ᾧ Παῦλος ὁ πάνσοφος παιδεύει τὺς ἄφρονας, λέγων, Ἄφρον, σὺ δ σπείρεις, ὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτυ, ἤ τινος τῶν λοιπῶν σπερμάτων; ὁ δὲ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν. Ἀκριβῶς προσέχωμεν τῇ γενέσει τῦ σίτυ, καὶ τάχα τὸν ἀναςάσεως λόγον διδαχθησόμεθα. Ὁ σῖτος ῥίπτεται εἰς τὴν γῆν· διασαπεὶς δὲ ἐν τῇ νοτίδι, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις τελευτήσας, ἀπολήγει εἴς τινα γαλακτώδη ὐσίαν· ἥτις παγεῖσα μικρὸν, ὀξὺ καὶ λευκὸν γίνεται κέντρον, αὐξηθεῖσα δὲ ὅσον προκύψαι τῆς γῆς, ἐκ τῦ λευκῦ πρὸς ἡρέμα χλοαινόμενον μεταβάλλεται. Εἶτα, γίνεται πόα καὶ κόμη τῶν βώλων· ἐφαπλωθεῖσα δὲ αὐτοῖς καὶ σκεδασθεῖσα μετρίως, πολυσχιδῆ κάτωθεν ὑποτρέφει τὴν ῥίζαν τῷ μέλλοντι βάρει τὴν ὑποβάθραν προευτρεπίζυσα. Καὶ ὥσπερ οἱ ἰσοὶ τῶν πλοίων πλείοσι πανταχόθεν διατείνονται κάλοις, ἵνα πάγιοι μένωσιν ἰσορρόποις ταῖς ὁλκαῖς ἀντισπώμενοι· οὕτως αἱ σχοινοειδοῖς ἀποφύσεις τῆς ῥίζης, ἀντιλαβαὶ τῶν ἀσαχύων γίνονται καὶ ἐρείσματα. Ἐπειδὰν εἰς κάλαμον ὁ σῖτος διαναςῇ, καὶ πρὸς τὸ ὕψος ἐπείγηται, γόνασιν αὐτὸν καὶ κόμβοις ὁ θεὸς ὑπερείδει, οἷον οἰκίαν τινὰ συνδέσμοις ἀσφαλιζόμενος διὰ τὴν προσδοκωμένην τῆς κόμης βαρύτητα. εἶτα, τῆς ἰσχύος ἑτοιμασθείσης, τὴν κάλυκα σχίσας, προσάγει τὸν ἄσαχυν· καὶ πάλιν ἐκεῖ θαύματα κρείττονα σοιχηδὸν γὰρ ὁ σῖτος αὐτῷ περιφύεται, καὶ τῶν κόκκων ἕκαστος ἐξαίρετον ἔχει τὴν ἀποθήκην· καὶ τελευταῖοι προβέβληνται οἱ ἀνθέρικες ὀξεῖς καὶ λεπτοὶ, ὅπλα, οἶμαι, κατὰ τῶν σπερμολόγων ὀρνίθων, ἵνα ταῖς ἐκείνων ἀκμαῖς νυττόμενοι, τῷ καρτῷ μὴ λυμαίνωνται. Ὁρᾷς ὅσην εἷς κόκκος διασαπεὶς θαυματουργίαν ἔχει· καὶ μόνος πεσὼν μεθ' ὅσων ἐγείρεται; ἄνθρωπος δὲ οὐδὲν προσλαμβάνει πλέον, ὃ δὲ εἶχεν ἀπολαμβάνει, καὶ διὰ τοῦτο τῆς γεωργίας τῦ σίτου, ὁ ἡμέτερος ἀναπαινισμὸς εὐκολώτερος ἀναφαίνεται. *Consideremus exemplum tritici, quo sapientissimus Paulus insipientes corripit & instituit, dicens:* Stulte, tu quod seminas, non id quod nascetur corpus seminas, sed nudum granum, exempli gratiâ, tritici aut alicujus reliquorum seminum? Deus autem dat ei corpus, quemadmodum voluit. *Diligenter attendamus generationi tritici, & celeriter resurrectionis rationem discemus. Triticum in terram projicitur, computrefactum autem humore, &, ut ita dicam, mortuum, desinit in lacteam quandam materiam, quæ paulatim concreta atque coalita, quasi stimulus quidam fit albus*

bus & acutus: aucta deinde in eam magnitudinem, ut supra terram prominere & existare possit, ex albo sensim in herbescentem viriditatem mutatur: postea fit herba & coma glebarum: quibus infusa & modicè sparsa compluribus nixam fibris radicem subtus alit, futuro ponderi sustentaculum & administ culum præparans: ac quemadmodum navium mali plurimis undique funibus distenduntur, ut firmi stabilesque permaneant, æquilibribus tractibus obnixi: ita funium in modum ex radice enatæ fibræ sustentamenta spicarum & retinacula fiunt. Postquam autem in culmum erectum triticum in altum tendere cœperit, geniculis & nodis Deus id firmat, veluti domum aliquam conjuncturis muniens, propter eam quæ speratur comæ gravitatem: posthæc maturis jam viribus, diductis vaginis, quibus includebatur, producit spicam. Atque illic rursus miracula majora. Ordine enim porrecto structam undique videre licet ei frugem adnascendo quasi circumfundi: & singula grana peculiarem & proprium folliculum & quasi cellam habent. Postremò prætenduntur aristæ graciles quædam & acutæ, arma, opinor, adversus aviculas seminibus insidiari solitas, ut, dum illarum quasi spiculis punguntur, frugem carpere atque vastare desinant. Vides quantum unum granum putrefactum miraculorum effectum in se contineat, ac cùm solum ceciderit, quàm multiplex resurgat? At homo nihil insuper accipit amplius, sed recipit id quod habebat, ac propterea nostri renovatio videtur esse facilior, quàm id quod in agricultura accidit frumento. Idem exemplum etiam urget Cyrillus Jerosol. Catech. 18. pag. 152. Desumtum verò argumentum hoc pro resurrectione mortuorum ex Joh. 12:24. & ex 1. Corinth. 15:36. &c. Vide ad locum Johannis Theodorum Mopsvestenum, in Catena in Joh. pag. 309. & Ammonium, ibid. pag. 301. ad locum Apostoli, Chrysostomum, Homil. 41. in 1. ad Corinthios, Theophylactum in eandem Epistolam, pag. 305. & Theodoretum Orat. 9. de Providentia, t. 4. pag. 436. Exemplum *de arboribus* proponit Greg. Nyssenus, statim post ea, quæ modò ex eo adduximus; Cyrillus etiam Jerosol. Catech. 18. pag. 153. & Macarius, Homil. 5. Placet tandem audire Tertullianum, de Resurrectione carnis, cap. 12. pag. 570. *Revolvuntur hyemes & æstates, & vernæ, & autumna, cum suis viribus, moribus, fructibus. Quippe etiam terræ de cœlo disciplina est, arbores vestire post spolia, flores denuò colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ absumta sint semina: nec priùs exhibere, quàm absumta. Mira ratio! de fraudatrice servatrix: ut reddat, intercipit: ut costodiat, perdit: ut integret, vitiat: ut etiam ampliet, priùs decoquit. Siquidem uberiora & cultiora restituit quàm exterminavit: revera*

Digitized by Google

revera fœnore interitu, & injuriâ usurâ, & lucro damno: semel dixerim, universa conditio recidiva est. Quodcunque conveneris, fuit: quodcunque amiseris, nihil non iterum est. Omnia in statum redeunt, quum abscesserint: omnia incipiunt, quum desierint. Ideò finiuntur, ut fiant. Nihil deperit, nisi in salutem. Totus igitur hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum. Operibus eam præscripsit Deus antè, quàm literis: viribus prædicavit antè, quàm vocibus. Præmisit tibi naturam magistram, submissurus & Prophetiam, quò facilius credas Prophetiæ, discipulus naturæ: quò statim admittas, quum audieris, quod ubique jam videris, nec dubites Deum carnis etiam resuscitatorem: quem omnium nôris restitutorem. Et utique si omnia homini resurgunt, cui procurata sunt: porrò non homini, nisi & carni: quale est ut ipsa depereat in totum, propter quam & cui nihil deperit?

b. *Ab hominis in utero formatione.* Athenagoras de Resurrectione, pag. 41. Τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ, ὡς ἔχει ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυσιν ἡ τούτων αὐτῶν γένεσις· εἰ γὰρ μὴ ὄντα κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, καὶ τὰς τούτων ἀρχάς· καὶ διαλυθέντα, καθ' ὃν ἂν τύχῃ τρόπον, ἀναστήσει μετὰ τῆς αὐτῆς εὐμαρείας· ἐπίσης γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δυνατόν. *Potentiam Dei sufficere ad corporum restitutionem, vel ipsorum indicat procreatio: si enim corpora, cùm non essent, condidit, eorumque principia, unde originem trahunt, creavit, etiam quomodocunque dissoluta, eadem facilitate resuscitabit: id enim illi æquè possibile est.* Vide ibidem plura. Eleganter Cyrillus Jerosol. Catech. 18. pag. 152. Ἐν συγκρίσει καμάτων, ποῖον μεῖζον, ἀνδριάντα τὸν μὴ ὄντα πλάσαι ἐξ ἀρχῆς, ἢ τὸν πεσόντα ἀναχωνεῦσαι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα; Ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἡμᾶς ποιήσας θεός, ἆρα τοὺς ὄντας καὶ πεσόντας ἐγεῖραι πάλιν ἀδυνατεῖ; *Si labores inter se conferantur, quodnam majus est, statuam, quæ nondum erat, ab initio formare, an collapsam in eandem rursus formam conflare?* Idem argumentum paulò latiùs ab eodem deducitur statim in sequentibus, pag. 156, 157. Vide imprimis Greg. Nysseni Orat. 3. de Resurrectione Christi, t. 3. pag. 426, 427. Tertullianus in Apolog. cap. 48. pag. 78. *Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum, ô homo, & fidem rei invenies. Recogita quid fueris, antequam esses. Utique nihil: meminisses enim si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquàm esses, idem nihil factus quum esse desieris: cur non possis esse rursus de nihilo ejusdem auctoris voluntate, qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es: quum iterum non eris, fies. Redde, si potes, rationem, quâ factus es, & tunc require quâ fies.*

fies. Et *tamen facilius utique fies, quod fuisti aliquando, quia æquè non difficilè factus es, quod nunquam fuisti aliquando.*

c. *Multi ex veteribus Resurrectionem probare satagunt exemplo Phœnicis.* Id facit Epiphanius in Ancorato: Cyrillus Jerosol. Catech. Illuminat. 18. pag. 155. Constitut. Apostol. lib. 5. cap. 6. pag. 919. dubitanter Origenes lib. 4. contra Celsum, pag. 229. Quàm infirmum autem hoc sit argumentum, docet Cl. Gatakerus, in Cinno, cap. 2. & Bochartus de Animalibus, parte 2. lib. 6. cap. 5. Id ipsum pluribus demonstramus in Thesauro nostro, sub voce Φοίνιξ.

d. *A dierum noctiumque, ut & somni atque vigiliarum vicissitudine.* Hoc argumento usus Greg. Nyssenus Orat. 3. de Resurrectione Christi, t. 3. pag. 429, 430. Tertullianus lib. de Resurrectione carnis, cap. 12. p. 570. *Dies moritur in noctem, & tenebris usquequaque sepelitur. Funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta: ubique justitium est, quies rerum. Ita lux amissa lugetur. Et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra & tota universo orbi revivisit, interficiens mortem suam noctem, rescindens sepulturam suam tenebras, hæres sibimet exsistens, donec & nox revivisat cum suo & illa suggestu. Redaccenduntur enim & stellarum radii, quos matutina succensio exstinxerat. Reducuntur & siderum absentiæ, quas temporalis distinctio exemerat. Redornantur & specula lunæ, quæ menstruus numerus attriverat.* Idem, in Apolog. cap. 48. pag. 79. *Lux quotidie interfecta resplendet, & tenebræ pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta vivescunt, tempora ubi finiuntur, incipiunt, fructus consummantur & redeunt.* Theophilus Antiochenus ad Autolycum, lib. 1. Κατανόησον τὴν τῶν καιρῶν καὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν τελευτήν, πῶς καὶ αὐτὰ τελευτᾷ καὶ ἀνίσταται. *Considera temporum, dierum & noctium mortem, quomodo ipsa quoque moriantur & resurgant.* Paulinus in Panegyrico de Celsi filii obitu, pag. 823.

Noctes atque dies ortûs obitusque vicissim
Alternant, morior nocte, resurgo die.
Dormio corporeæ sopitus imagine mortis,
Excitor à somno sicut ab interitu.

6. *Opposita.*

a. *Quidam nullam agnoscebant resurrectionem, præter spiritualem, quæ est regeneratio:* ac propterea dicebant, eam jam tempore Apostolorum esse

Digitized by Google

esse factam, cùm scilicet Gentes per prædicationem Evangelii ad Deum & fidem in Christum fuissent conversæ. Ita sentiebant *Hymenæus & Phi-letus*, 2. Timoth. 2: 18. Aliter tamen, sed absque fundamento, eorum opinionem proponit Theodoretus ad dictum locum scribens, Τὰς ἐκ παιδοποιΐας διαδοχὰς ἀνάςασιν οἱ δυσώνυμοι προσηγόρευον. *Successiones, quæ per liberorum fiunt procreationem, resurrectionem infelices appellarunt.* Chrysostomus verò, Homil. 5. in illam Epistolam, *de resurrectione corporum* perversam istam interpretatur opinionem: itidem sine sufficienti ratione. Ad Hymenæi & Phileti nugas proximè accedunt *Archontici*, qui, teste Epiphanio, hæresi 40. pag. 130. *docuerunt*, μὴ εἶναι σαρκὸς ἀνάςασιν, ἀλλὰ μόνου ψυχῆς, non esse *carnis resurrectionem, sed tantùm animæ.* Eadem fuit sententia *Marcionis, qui*, eodem referente Epiphanio, hæresi 42. pag. 135. ψυχῆς ἀνάςασιν εἶναι καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν μόνης λέγει· τὴν τῆς σαρκὸς δὲ ἀθετεῖ ἀνάςασιν, *animæ resurrectionem & vitam & salutem esse dicit solius: carnis verò resurrectionem rejicit.* Hujus verò opinionis refutationem vide hoc ipso capite, num. 2. sub lit. *b.*

b. *Alii aliud corpus resuscitatum iri delirabant.* Hoc somnium *Valentinianis*, qui etiam *Gnostici*, tribuit Epiphanius, hæresi 31. pag. 79. Τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάςασιν ἀρνοῦνται, Φάσκοντές τι μυθώδες καὶ ληρώδες, μὴ τὸ σῶμα τοῦτο ἀνίςασθαι, ἀλλ' ἕτερον μὲν ἐξ αὐτοῦ, ὃ δὴ πνευματικὸν καλοῦσι. *Mortuorum resurrectionem negant, fabulam quandam & nugas proferentes, non hoc surgere corpus, sed aliud quoddam ex illo, quod spirituale vocant.*

c. *Alii omnem prorsus resurrectionem negabant. Basilides* ἠρνήθη τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάςασιν, *negavit carnis resurrectionem*, ut de eo scribit Theodoretus, hæret. fab. lib. 1. cap. 4. Idem fecit *Marcion*, ἀδύνατον γενέσθαι ταύτην ὑπολαμβάνων, *existimans, eam impossibilem esse;* ut iterum Theodoretus, lib. cod. cap. 24. etiam *Manes;* οὐδὲν γὰρ τῆς ὕλης μόριον ἄξιον ὑπείληφε σωτηρίας. *Nullam enim materiæ particulam salute dignam existimavit;* lib. cod. cap. 26. *Gnostici* judicium negant, ὔτε ἀνάςασιν ὁμολογοῦσι, *neque resurrectionem confitentur;* teste Epiphanio, hæresi 26. pag. 47. Eadem fuit impietas *Cerdonis*, apud eundem, hæresi 41. pag. 134. In genere, ἀνάςασιν ἀναιροῦσι καὶ κρίσιν, ὅσοι μὴ βούλονται δοῦναι λόγον τῶν πεπραγμένων, *resurrectionem & judicium tollunt, quicunque factorum rationem reddere recusant;* inquit Chrysostomus, Homil. 66. in Johannem, pag. 836. *De Samaritanis* vide suprà hoc capite, num. 2. sub lit. *b.*

II. est *vita futuri seculi*, ζωὴ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Hæc omnino debent accipi *de æterna & beata vita electorum* in cœlo; hinc vocatur ζωὴ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος,

αἰῶνος, ut distinguatur à vita, quæ est τοῦ παρόντος αἰῶνος. Damascenus lib. 2. Orthod. fidei, cap. 1. pag. 65. Αἰὼν λέγεται, ὅλος ὁ παρὼν βίος· καὶ ἀιὼν, ὁ μέλλων, ὁ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀτελεύτητος. Seculum *dicitur universa præsens vita*: & seculum, *futura post resurrectionem sine carens*. De utroque hoc seculo frequenter loquitur S. Scriptura. Vide Marci 10: 30. Lucæ 18: 30. Matth. 12: 32. Hebr. 6: 5. Ephes. 1: 21. Duplex hoc seculum Rabbini vocant עולם הזה & עולם הבא. De duplici hoc seculo verè aurea sunt illa Chrysostomi, Orat. περὶ τῆς τῶν μελλόντων ἀπολαύσεως, t. 8. pag. 73. Δύο αἰῶνας ἐποίησεν ὁ θεὸς, τὸν μὲν παρόντα, τὸν δὲ μέλλοντα· τὸν μὲν ὁρατὸν, τὸν δὲ ἀόρατον· τὸν μὲν αἰσθητὸν, τὸν δὲ νοητόν· τὸν μὲν σωματικὴν ἔχοντα ἀνάπαυσιν, τὸν δὲ ἀσώματον· τὸν μὲν ἐν πείρᾳ, τὸν δὲ ἐν πίστει· τὸν μὲν ἐν χερσὶ, τὸν δὲ ἐν ἐλπίσι. Καὶ τὸν μὲν ῥᾴδιον εἶναι ἐπέλευσε, τὸν δὲ βραβεῖον· καὶ τούτῳ μὲν σκάμματα καὶ πόνους καὶ ἱδρῶτας συνεπλήρωσεν, ἐκείνῳ δὲ στεφάνους καὶ ἔπαθλα καὶ ἀμοιβάς· τὸν μὲν πέλαγος, τὸν δὲ λιμένα κατεσκεύασε· καὶ τὸν μὲν βραχὺν, τὸν δὲ ἀγήρω καὶ ἀθάνατον. *Duo* secula *condidit Deus, præsens & futurum: unum visibile, alterum invisibile: unum sub sensus cadit, alterum spiritale est: alterum corporalem habet quietem, alterum incorpoream: unum in experientia, alterum in fide: unum in manibus, alterum in spe: unum stadium esse jussit, alterum brabeum: atque huic quidem certamina, labores ac sudores attribuit, illi verò coronas, præmia & retributiones: hoc pelagus, illud portum effecit: & hoc breve quidem, illud verò senii expers & perpetuum.* Circa *futurum* autem *seculum*, seu *vitam æternam* sequentia maximè veniunt notanda.

α. *Varia epitheta, quibus ejus denotatur æternitas.* Vocatur ἀίδιος καὶ ἀθάνατος ζωὴ, *æterna & immortalis vita*, à Chrysostomo, Homil. in Epist. ad Philippenses. Ἀνεκλιτὴς ζωὴ, *nunquam deficiens vita*, ab Ignatio in Epist. ad Ephesios. Vocatur αἰώνιος ζωὴ, *vita æterna*, passim in sacris. De qua appellatione Damascenus, lib. 2. Orthod. fidei, cap. 1. pag. 65, 66. Αἰώνιος ζωὴ τὸ ἀτελεύτητον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δηλοῖ· οὐδὲ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἡμέραις καὶ νυξὶν ὁ χρόνος ἀριθμηθήσεται· ἔστι δὲ μᾶλλον μία ἡμέρα ἀνέσπερος, τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης τοῖς δικαίοις Φαιδρῶς ἐπιλάμποντος. *Æterna vita, declarat futurum seculum sine fine fore: neque enim post resurrectionem tempus diebus & noctibus numerabitur: sed potius dies est una sine vespera, sole justitiæ justis clarè splendente.* Eodem sensu vocatur passim à Græcis αἰώνιος μακαριότης, *æterna beatitas*: αἰώνια ἀγαθὰ, *æterna bona*: αἰώνιος τρυφὴ, *æternæ deliciæ*: αἰώνιος βασιλεία, *æternum regnum*: αἰώνιος ἀντίδοσις, *æterna retributio*: αἰώνιοι σκηναὶ, *æterna tabernacula*: αἰώνιος τιμὴ, *æternus honor*: αἰώνιος κατάπαυσις, *æterna requies*: αἰωνίζουσα δόξα, *æterna gloria*: διαιωνίζουν φῶς,

φῶς, *æterna lux*: ἀΐδιος εὐφροσύνη, *æternum gaudium*: ἀτελεύτητος ζωὴ, *æterna vita*, &c. Hinc Symbolum Apostolicum dicit *nos credere* ζωὴν αἰώνιον, *vitam æternam*. Petrus Chrysologus, serm. 60. *Credimus vitam æternam, quia post resurrectionem nec bonorum finis est, nec malorum.*

β. *Ejus summum gaudium, & ineffabilis præstantia.* Basilius M. Homil. 6. in Hexaëm. pag. 69. de vitæ æternæ præstantia argumentatur à minori: Εἰ τὰ πρόσκαιρα τοιαῦτα, ποταπὰ τὰ αἰώνια; καὶ εἰ τὰ ὁρώμενα οὕτω καλὰ, ποταπὰ τὰ ἀόρατα; εἰ οὐρανοῦ μέγεθος μέτρον ἀνθρωτίνης διανοίας ἐκβαίνει, τῶν ἀϊδίων τὴν φύσιν τίς ἄρα νοῦς ἐξιχνιᾶσαι δυνήσεται; εἰ ὁ τῇ φθορᾷ ὑποκείμενος ἥλιος οὕτω καλὸς, οὕτω μέγας, ὀξὺς μὲν κινηθῆναι, εὐτάκτως δὲ τὰς περιόδους ἀποδιδοὺς, σύμμετρον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος τῷ παντὶ, ὥςε μὴ ἐκβαίνειν τὴν πρὸς τὸ ὅλον ἀναλογίαν· τῷ δὲ κάλλει τῆς φύσεως οἷόν τις ὀφθαλμὸς διαυγὴς ἐμπρέπων τῇ κτίσει· εἰ ἀκόρεστος τούτου ἡ θέα, ποταπὸς τῷ κάλλει ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος; *Si hæc temporaria talia sunt, qualia erunt æterna? Et si ea, quæ conspiciuntur, adeò bella sunt, adeò pulchra, qualia putanda sunt ea, quæ oculis non cernuntur? Si magnitudo cœli captum mentis humanæ excedit, quis intellectus, quæ mens rerum sempiternarum naturam investigare posset? Si sol iste corruptioni obnoxius, adeò pulcher; adeò magnus, velocissimus quidem motu, suas autem peragens ordine decentissimo periodos, moderata quidem ad universum præditus magnitudine, ut haud quaquam proportionem toti reliquæ machinæ admensuratam transgrediatur: pulchritudine verò naturæ quasi quidam oculus splendidus creaturam ipsam condecorans: cujus si aspectus insatiabilis est, qualem nam ipsum esse justitiæ solem arbitrari nos debemus?* Idem, sub finem Homil. in Psal. 114. pag. 312. Ζώντων ἐκείνη χώρα, ἐν ᾗ οὐκ ἔνι νὺξ, οὐκ ἔνι ὕπνος, τὸ τοῦ θανάτου μίμημα· ἐν ᾗ οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις, τὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐκ ἔνι νόσος, οὐκ ἔνι ἀλγήματα, οὐκ ἰατρεῖα, οὐ δικαστήρια, οὐκ ἐμπορεῖαι, οὐ τέχναι, οὐ χρήματα, τῶν κακῶν ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν πολέμων ὑπόθεσις, ἡ ῥίζα τῆς ἔχθρας, ἀλλὰ χώρα ζώντων, οὐκ ἀποθνησκόντων διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. Viventium *illa* regio *est*, *in qua non somnus mortis imitatio quædam, non cibus aut potus humanæ infirmitatis præsidia, non morbus, non dolores, non medicina, non judicia, non mercatus, non artes, non pecunia malorum origo, bellorum materia, inimicitiæ radix: sed* regio viventium, *non morientium ob peccatum, sed viventium veram vitam in Christo Jesu.* Infinita alia omittimus. Consulat interim Lector Chrysostomum, Homil. 14. in Epist. ad Romanos, pag. 123. & Homil. 6. in Epist. ad Hebræos, pag. 466, 467. Homil. 2. ad Theodorum, t. 6. pag. 70, 71. Greg. Nyssenum, in Orat. funebri de Placilla,

cilla, t. 3. pag. 531. & Orat. de Mortuis, tom. eod. pag. 622.

γ. *Vita æterna datur ex gratia.* Chryſoſtomus Homil. 79. in Matth. ad cap. 25: 46. Οὗτοι, nempe qui Chriſti membris omnia denegârunt, δικαίως κολάζονται, *juſtè puniuntur:* κἀκεῖνοι, qui liberales fuerunt erga Pauperes, ςεφανοῦνται κατὰ χάριν· κἂν γὰρ μυρία ὧσι πεποιηκότες, χάριτός ἐςιν ἡ Φιλοτιμία, τὸ ἀντὶ μικρῶν οὕτω καὶ εὐτελῶν ἐρανὸν τοσοῦτον καὶ βασιλείαν, καὶ τηλικαύτην αὐτοῖς δοθῆναι τιμὴν, *iſti etiam ſecundum gratiam coronantur: etiamſi enim infinita talia fecerint, gratiæ tamen adſcribenda illa gloria, quòd pro rebus minimis & viliſſimis tantum cœlum, & regnum, & tantus honor ipſis datur.* Theodoretus in cap. 6. ad Romanos, ad v. 23. pag. 50. Τὸ δὲ χάρισμα τῦ θεῦ ζωὴ αἰώνιος ἐν χριςῷ Ἰησοῦ, &c. Ἐνταῦθα οὐκ ἔφη μισθὸν, ἀλλὰ χάρισμα· θεῦ γὰρ δῶρον ἡ ζωὴ ἡ ἀιώνιος· κἂν γὰρ τὴν ἄπραν τις κατορθώσῃ δικαιοσύνην, οὐκ ἀντιταλαντεύεται τοῖς προσκαίροις πόνοις τὰ αἰώνια ἀγαθά. Gratiam autem Dei vita æterna in Chriſto Jeſu. *Hoc in loco non dixit* mercedem, *ſed* gratiam. *Eſt enim Dei donum vita æterna. Etiamſi enim ſummam quiſpiam & abſolutam juſtitiam præſtiterit, temporalibus laboribus æterna bona in æquilibrio non reſpondent.* Macarius Homil. 27. pag. 463. Οὐ τὸ ἴδιον ἔργον σάζει τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὁ χαρισάμενος δύναμιν. *Non proprium opus ſalvat hominem, ſed qui vires largitur, ſcil.* bona opera faciendi. Vide plura ſuprà, cap. 9. num. 1. 5. ſub lit. δ. *c.* pag. 188.

δ. *In vita æterna erunt gradus gloriæ*, tamen ſine invidia, & cum maximæ gloriæ, etiam Capitis, redundatione in omnes, 1. Corinth. 15: 41, 42. 2 Corinth. 5: 10. Daniel. 12: 3. Confer 1 Corinth. 12: 24, 25, 26. Differentia autem non eſt ex meriti proportione diverſa, neque arguit juſtificationis diſcrepantiam, ſed erit ſecundum gratiam Dei, quâ Chriſto datum eſt corpus, in quo ſe Dei πολυποίκιλος σοφία oſtenderet. Theodoretus in cap. 1. Cantici, pag. 1003. Οὐ πάντες οἱ πεπιςευκότες τῆς ἴσης ἀξίας ὑπάρχουσι· πολλαὶ γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου, φησὶν ὁ χριςὸς, τετέχνται, *du. Multæ enim manſiones apud Patrem meum, inquit Chriſtus: hoc eſt,* ἀξιωμάτων διαφοραί *multæ dignitatum differentiæ.* Idem, in Epit. div. Decret. cap. 11. p. 282. Κατὰ τὴν τῆς δικαιοσύνης καὶ ποιότητα καὶ ποσότητα αἱ τῶν δωρεῶν ἀντιδόσεις παρασχεθήσονται. *Pro qualitate & quantitate juſtitiæ donorum ſient remunerationes.* Vide etiam eundem in 1. Corinth. cap. 15. ad v. 40. pag. 205. Baſilium M. in cap. 11. Jeſaiæ, pag. 1059. Macarium, Homil. 40. p. 476. Greg. Nazianzenum Orat. 16. pag. 241. Iſidorum Peluſiotam Epiſt. 38. lib. 5. pag. 651. Chryſoſtomum Homil. 13. in Epiſt. ad Hebræos, p. 505. Ho-

Homil. 2. ad Theodorum, t. 6. pag. 83. Homil. 31. in Epiſt. ad Romanos, pag. 236. Homil. 41. in 1. ad Corinth. pag. 521. Greg. Nyſſenum, Homil. 15. in Canticum, t. 3. pag. 705. Macarium, Homil. 5. pag. 86.

Quanquam autem Patres Conſtantinopolitani per ζωὴν τῦ μέλλοντος αἰῶνος intelligant *vitam æternam*: non tamen eſt exiſtimandum, eos non credidiſſe *pœnas æternas*. Qui enim credunt, piis & electis æterna à Deo deſtinata eſſe, propter meritum Chriſti, præmia: iidem agnoſcunt, improbos & infideles manere æterna ſupplicia. Vide, quæ hoc ipſo capite adduximus, num. I. 4. ſub lit. *b*. Contrarium ſtatuit Origenes, qui voluit, impios tandem omnes ex infernalibus liberatum iri pœnis. Id colligitur ex lib. ejus 4. contra Celſum, pag. 167, 168, 169, 209. lib. 5. pag. 240, 241, 251. lib. 6. pag. 234. lib. 8. pag. 409, 425, 426. Id de eo teſtatur Photius, qui Epiſt. 1. pag. 11. de Origene & aſſeclis ejus ita ſcribit: Τέλος τῆς ἀτελευτήτου κολάσεως ἐψηφίζοντο. *Finem ſempiterni ſupplicii conſtituebant.* Theophylactus ad v. 12. cap. 3. Matthæi: Ἄσβεςόν ἐςι τὸ πῦρ ἐκεῖνο· ὥςε φλυαρεῖ ὁ Ὠριγένης, λέγων, ὅτι ἔςαι τέλος τῆς κολάσεως. *Ignis ille inexſtinguibilis eſt: nugatur igitur Origenes, dicens, ſupplicii finem futurum.* Vide eundem ad cap. 25. Matth. pag 155, 156. Leontium de Sectis, Act. 10. pag. 550. Theophanem Homil. 2. pag. 12, 13. Eundem errorem etiam recentiores quoſdam Græcos fovere, ex Triodio patet, quod pag. 10. cap. 2. orat: Τῆς αἰωνίᾳ λύτρωσαι κολάσεως, *ab æterna pœna liberes:* & pag. 9. hortatur fideles, ut Chriſtum exorent, *ut animas mortuorum ab igne ſempiterno liberet*, ἵνα τῦ ἀιωνίᾳ πυρὸς αὐτὰς ῥύσηται.. Hunc verò errorem quintum Concilium œcumenicum damnavit, teſte Photio de Synodis, Biblioth. Juris Canonici, pag. 1148, 1149. De Patribus illius Concilii ita ſcribit: Ἔτι δὲ κατεδίκασαν καὶ ἀνεθεμάτισαν, præterea damnârunt & anathemate percuſſerunt Origenem, & Didymum, & Evagrium, qui τέλος τῆς ἀτελευτήτᾳ κολάσεως ἐψηφίζοντο, *æterni ſupplicii finem fore dixerunt.* Addit: Ἄλλη τοῦτο παράκλησις πρὸς ἁμαρτίαν πᾶσαν καὶ ἀπώλειαν. *Hoc autem nihil aliud eſt, niſi homines ad omnia peccata atque interitum adhortari.* Imò, idem Origenes docuit, etiam dæmones tandem aliquando ad priſtinam felicitatem redituras eſſe. Leontius de Sectis, Act. 10. pag. 550. de Origene: Τοὺς δαίμονας καὶ ἀγγέλους λέγει ἀποκαθίςασθαι. *Dicit dæmones & angelos reſtitutum iri.* Et Photius, Epiſt. 1. pag. 11. de Origene, Didymo & Evagrio: Καὶ τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα ἐχαρίζοντο, ἐπαναδραμεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἄνωθεν δόξαν, ἐξ ἧς ἐξέπεσον, ἀναπλάττοντες.

τουτες. *Præterea dæmonibus pristinam dignitatem reddiderunt : reverentur enim ad pristinam gloriam fingunt, quâ exciderunt.* Quemadmodum gloriæ gradus fore diximus, ita etiam in pœna erunt gradus, Lucæ 12: 47, 48. Matth. 11: 22, 24. cap. 5: 22. Rom. 2: 5, 6. Chrysostomus, Homil. 23. in 1. Epist. ad Corinthios : Εἰ ἐν ταῖς δωρεαῖς ὑπεροχὴ, εὔδηλον ὅτι καὶ ἐν τῇ τιμωρίᾳ. *Si in remunerationibus differentia est, omnino etiam in pœna erit.* Et Homil. 39. in eandem Epistolam : Ἐπὶ τῆς τιμωρίας δὲ πάντες τὰ αὐτὰ πείσονται, ἀλλὰ πολλὴ ἡ διαφορά. *Non eadem omnium pœna erit, sed magna differentia.* Eandem apud eundem sententiam reperias Homil. 41. in 1. ad Corinth. Homil. 4. in Epist. ad Ephesios, pag. 537. Macarius Homil. 40. pag. 476. Τινὲς λέγουσι μίαν βασιλείαν, καὶ μίαν γέενναν· ἡμεῖς δὲ λέγομεν βαθμοὺς πολλοὺς, καὶ διαφορὰς καὶ μέτρα, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ γεέννῃ. *Nonnulli unicum regnum, & unicam gehennam esse ajunt. Nos autem multos gradus, & differentias atque mensuras esse dicimus, tum in ipso regno, tum in ipsa gehenna.* Theophylactus in cap. 8. Matthæi: Βαθμοί εἰσιν ἐν τῇ κολάσει. *Sunt in suppliciis gradus.* De voce AMEN pluribus egimus Observat. nostrarum cap. 11. ubi vide.

CAPUT XVIII.

De Anathemate.

Τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία.

HOc postremo hujus Expositionis capite duo restant consideranda :

I. est *de Anathemate.* Voces ἀνάθεμα & ἀνάθημα à Græcis sæpiùs partim confunduntur, partim accuratè distinguuntur : de quibus, antequam ad utriusque vocis significationem accedamus, paucis agemus.

Confundunt voces ἀνάθεμα & ἀνάθημα, qui iis eandem prorsus significationem tribuunt. Id facit Theodoretus in cap. 13. Jesaiæ, pag. 59. Τὸ ἀνά-

ἀνάθημα καὶ ἐπὶ τῶ ἄγαν ἁγίᾳ καὶ ἀΦιερωμένου τῷ θεῷ τίθησι τὰ θεῖα λόγια· καὶ μέντοι καὶ ἐπὶ τῶ ἄγαν ἀναγοῦς καὶ βεβήλου. Ἀνάθημα γὰρ καλοῦμεν καὶ τὰ τῷ θεῷ προσΦερόμενα, καὶ τὲς διά τινα παρανομίαν τῆς ἐκκλησίας ἐκβαλλομένους. Ἀνάθημα, anathéma *tum de eo, quod valde ſanctum eſt, Deóque conſecratum, uſurpant divina eloquia: & rurſum de eo, quod valde impurum & profanum.* Ἀνάθημα *enim vocamus tum ea, quæ Deo offeruntur, tum eos, qui ob aliquod delictum ab Eccleſia expelluntur.* Niſi hîc conſtanter ἀνάθημα eſſet ſcriptum, ego mallem ἀνάθεμα legere; illud enim utramque ſignificationem admittit, ut mox videbimus. Eodem prorſus modo idem ad v. 7. cap. 1. Sophoniæ, pag. 865. Τὸ ἀνάθημα διπλῆν ἔχει τὴν ἔννοιαν· οὐ γὰρ μόνον τὸ ἀνακείμενον τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀλλοτριώμενον ἀνάθημα κέκληκε. Ἀνάθημα *duplicem ſenſum habet: nam non ſolùm id, quod Deo dedicatum eſt, ſed etiam, quod abalienatum,* ἀνάθημα *vocavit.* Et iterum ad v. 3. cap. 9. Epiſt. ad Romanos, pag. 73 Τὸ ἀνάθεμα διπλῆν ἔχει τὴν διάνοιαν· καὶ γὰρ τὸ ἀΦιερωμένον τῷ θεῷ, ἀνάθημα ὀνομάζεται, καὶ τὸ τούτου ἀλλότριον τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν. Καὶ τὸ μὲν δεύτερον ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· Εἴτις γὰρ οὐ Φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα. Τὸ δέγε πρότερον καὶ ἡ κοινὴ διδάσκει συνήθεια· ἀναθήματα γὰρ καλοῦμεν τὰ τῷ θεῷ προσΦερόμενα· καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, τὴν Ιεριχὼ πόλιν ἀνάθεμα γενέσθαι κελεύσας. Ἀνάθεμα *duplici modo ſumitur. Nam & quod Deo conſecratum eſt,* ἀνάθημα *vocatur: & quod ab eo eſt alienum, eandem habet appellationem. Et ſecundum quidem nos docuit divinus Apoſtolus:* Si quis enim non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit ἀνάθεμα. *Prius autem etiam communis docet conſuetudo;* ἀναθήματα *enim appellamus, quæ Deo offeruntur; & ipſe universorum Deus, qui urbem Jericho* anáthema *eſſe juſſit.* Ἀνάθημα quidem ergo locis patet, Theodoretum, dum ἀνάθημα dicit notare τὸν ἄγαν ἁγῆ καὶ βέβηλον, item τὸν ἀλλοτριώμενον τῷ θεῷ, eandem huic voci ſignificationem tribuere, quam obtinet ἀνάθεμα.

Diſtinguunt alii eaſdem. Id facit Grammaticorum coryphæus, Heſychius. Sic enim ille: Ἀνάθεμα, ἐπάρατος, ἀκοινώνητος. Ἀνάθεμα notat *maledictum, excommunicatum.* Ἀνάθημα, κόσμημα. Ἀνάθημα eſt *ornamentum, donarium.* Hoc diſcrimen etiam inculcat Chryſoſtomus, Homil. 16. in Epiſt. ad Romanos. Verba ejus adſcribo. Τί ἐςι τὸ ἀνάθεμα; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· Εἴ τις οὐ Φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν χριστὸν, ἔςω ἀνάθεμα. Τουτέςι, κεχωρίσθω πάντων, ἀλλότριος ἔςω πάντων. Καθάπερ γὰρ τῶ ἀναθήματος τῶ ἀνατεθεμένου τῷ θεῷ οὐδεὶς ἂν τολμήσειεν ἁπλῶς ταῖς χερσὶν ἅψασθαι, οὐδὲ ἐγγὺς γενέ-

γενέσθαι· οὕτω καὶ τὸν χωριζόμενον τῆς ἐκκλησίας, πάντων ἀποτέμνων, καὶ ὡς βαπτάτω ἀπάγων, τούτῳ τῷ ὀνόματι ἀπὸ τοῦ ἐναντίου καλεῖ, μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου πᾶσιν ἀπαγορεύων αὐτὸν ἀποχωρίζεσθαι καὶ ἀποπηδᾶν· τῷ μὲν γὰρ ἀναθήματι, ἕνεκα, οὐδεὶς ἐτόλμα ἐγγίσαι· τοῦ δὲ ἀποτμηθέντος ἐξ ἐναντίας ἐχωρίζοντο ἅπαντες. Ὥσε ὁ μὲν χωρισμὸς εἷς, καὶ ὁμοίως καὶ τοῦτο ἀφεῖλο τῶν πολλῶν τρίωται· ὁ δὲ τρόπος τοῦ χωρισμοῦ οὐχ εἷς, ἀλλὰ καὶ ἐναντίος οὗτος ἐκείνου γὰρ ἀπείχοντο ὡς ἀνακειμένου θεῷ, τοῦ δὲ ὡς ἠλλοτριωμένου Θεοῦ, καὶ ἀποῤῥαγέντος τῆς ἐκκλησίας. *Quid eſt ἀνάθεμα? Audi ipſum ita loquentem:* Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit ἀνάθεμα, *hoc eſt, ab omnium commercio ſegregetur, alienus ab omnibus ſit. Nam quemadmodum ἀνάθημα, quod Deo oblatum conſecratur, nemo eſt qui temere manibus contingere audeat, vel ad illud propiùs accedere: ſic etiam eum, qui ab Eccleſia ſeparatur, omnibus eum abſcindens, & quaſi longiſſimè abducens, hoc nomine, ἀ, ab contrario ſcilicet, appellat, magno cum terrore omnibus interminatus, ab eo ut ſeparentur ac pedem referant.* Ἀναθήματι *enim honoris gratiâ appropinquare nemo audebat: ab eo autem, qui ab Eccleſia abſciſſus erat, è contrario omnes ſeparabantur. Quapropter ſeparatio tum hæc, tum illa ex æquo à vulgo abalienatio erat: ſeparationis verò modus non idem, ſed illi contrarius. Ab illo enim abſtinebant, tanquam Deo dicato: ab hoc autem recedebant, tanquam à Deo alienato, & ab Eccleſia abſciſſo.* Eodem prorſus modo has voces diſtinguit Zonaras, ad Can. 3. Concilii in Templo Sapientiæ, pag. 263. Ὡς τὰ ἀναθήματα, προσαγόμενα τῷ θεῷ, χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος, ἐκκόπτεται καὶ ἀποδιαρρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωσιωμένων τῷ θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκληροῦται τῷ διαβόλῳ, καὶ ἀνατίθησιν αὐτὸς ἑαυτόν. *Quemadmodum ἀναθήματα, donaria Deo oblata ſeparantur à communibus & humanis rebus: ita etiam ἀνάθεμα factus exſcinditur & ſegregatur à cœtu fidelium conſecratorum & dicatorum Deo, & ab ipſo Deo, atque deſtinatur diabolo, ſeque ipſum ei conſecrat.* Hæc ipſa verba ad eundem Can. exſcripſit etiam Balſamon, pag. 586. His ergo auctoribus ἀνάθημα eſt id, quod Deo conſecratur, & à quo quis propter reverentiam abſtinet: ἀνάθεμα verò, quod à Deo & ab Eccleſia abalienatur, & à quo quis propter communionis periculum recedit: quod diſcrimen ex ſequentibus fiet manifeſtius. Ad diſtinctum igitur nunc harum vocum examen accedimus.

Ἀνάθεμα *ſumitur*

1 *uſitatiſſimè in malam partem, & denotat*

α. *Exſecrationem,* χωρισμὸν, ἀλλοτρίωσιν, *ſeparationem, abalienationem.*

Balsamon ad Can. 3. Synodi Constantinopol. sub Photio, pag. 586. Τὸ ἀνάθεμα, χωρισμός ἐςι τῦ θεῦ. Anáthema *est separatio à Deo.* Theophylactus ad Rom. 9: 3. Ἀνάθεμά ἐςι χωρισμὸς, ἀλλοτρίωσις. Anáthema *est separatio, abalienatio.* Huc referri debet locus 1. Cor. 16: 22. ubi Apostolus *eum, qui Dominum Jesum Christum non amat, jubet esse* ἀνάθεμα. Ad quem locum Theodoretus: Ἔςω ἀνάθεμα· ἀλλότριος ἔςω τῦ κοινοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ὁ μὴ θερμὸν ἔχων τὸ Φίλτρον περὶ τὸν δεσπότην χριςόν· Sit anáthema: *Sit alienus à communi corpore Ecclesiæ, qui Christum Dominum ardenti amore non prosequitur.* Chrysostomus Homil. adv. Anomæos, t. 6. p. 440. Τί ἐςιν ὃ λέγει ἀνάθεμα, ἀλλ' ὅτι ἀναθέσθω οὗτος διαβόλῳ, καὶ μηκέτι χώραν σωτηρίας ἐχέτω, γενέσθω ἀλλότριος ἀπὸ τῦ χριςοῦ; *Quid est, quod dicit* anáthema, *aliud, quàm talis Diabolo tradatur, nec ampliùs salutis locum obtineat, alienus fiat à Christo?* Hæc ipsa ex Chrysostomo adducit Balsamon in Præfat. ad Synodum Gangrensem, pag. 799. Et apud Athanasium, quæst. 105. de Parabolis Scripturæ, t. 2. pag. 427. eadem Apostoli verba ita explicantur: χωρίσατε αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν πιςῶν, καὶ ἔςω κεχωρισμένος ἀπὸ τῦ λαοῦ, ὁ μὴ πιςεύων. *Segregate eum ab Ecclesia, & à fidelibus, & sit separatus à populo, quicunque non credit.* Huc referri potest illud Apostoli ad Galatas 1: 8, 9. Huc etiam referri debent illa ἀναθέματα, quæ olim in pravorum dogmatum auctores & doctores in Synodis pronunciari solebant. Can. 29. Concilii Laodiceni de judaïzantibus pronunciat: Ἔςωσαν ἀνάθεμα παρὰ χριςῷ. *Anáthema sint a Christo:* potiùs legendum, ἀπὸ χριςοῦ. Hinc Zonaras, pag. 349. interpretatur κεχωρισμένοι καὶ ἀποδιῃρημένοι τῦ χριςῦ, *separati & segregati à Christo.* Act. 5. Concilii sub Menna, pag. 706. Ἔςωσαν ἀνάθεμα ἀπὸ τῦ Πατρὸς, καὶ τῦ Υἱοῦ, καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος. *Sint anáthema à Patre, à Filio, & à Spiritu sancto.* Zonaras ad Can. 3. Concilii in Templo Sapientiæ, pag. 263. Ἀνάθεμα ἔςω, ἤγουν κεχωρισμένος ἔςω τῦ θεῦ. Anáthema sit, *id est, separatus sit à Deo.* Balsamon ad eundem Canonem, pag. 586. Ὁ τοιῦτος ἀνάθεμα ἔςω· κεχωρισμένος ἀπὸ τῦ θεοῦ ἔςω, καὶ παραδιδόσθω τῷ δαίμονι, ὡς ἀνάθεμα. *Talis anáthema sit. Separatus sit à Deo, & tradatur dæmoni, tanquam anáthema.* Hinc jam verbum ἀναθεματίζειν, satis frequens in N. Testamento, & longè frequentius in Canonibus Conciliorum, *exsecrari, detestari, anathemate ferire.* Hinc etiam ortæ locutiones, τῷ ἀναθέματι συνδέειν τινὰ, τοῖς βρόχοις τοῦ ἀναθέματος συσφίγγειν, *anathematis compedibus aliquem constringere*, apud Photium: ἀναθέματι καθυποβάλλειν, *anathemati subjicere*, apud Balsamonem in Nomoc. Photii. Ad hanc hujus vocis significationem

nem etiam referri debent illa apud Justinum M. resp. 21. ad Orthodoxos, pag. 286. ubi ἀνάθεμα dicitur esse τὸ ἀπηλλοτριωμένον θεοῦ διὰ πονηρίαν, *abalienatum à Deo propter malitiam.*

β. Vox ἀνάθεμα notat *æternum exitium.* Ita Apostolus ad Rom. 9:3. pro Judæorum salute optat ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ χριστοῦ. Ad quem locum Beza: *Tanta fuit Apostoli erga fratres suos charitas, ut si fieri potuisset, paratus fuisset abdicationem Israëliticæ gentis redimere sui sempiterno exitio: anathematis enim nomen illud hoc loco significat.* De æterno exitio etiam interpretatur Chrysostomus Homil. 16. in Epist. ad Romanos, pag. 135. Διὰ τοῦτο κόπτομαί, φησι, καὶ εἴγε ἦν χωρισθῆναι τοῦ περὶ τὸν χριστὸν χοροῦ, καὶ ἀλλοτριωθῆναι οὐχὶ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, (μὴ γένοιτο, ἐπεὶ καὶ ταῦτα δι' ἀγάπην ἐποίει) ἀλλὰ καὶ τῆς ἀπολαύσεως ἐκείνης, καὶ τῆς δόξης, κατεδεξάμην ἂν, &c. *Propterea discrucior, inquit, &, siquidem fieri posset, vellem ab eo choro separari, atque alienari, qui Christum circumdat, non ab ipsius amore, (absit, quandoquidem etiam hæc propter amorem faciebat) sed & illa fruitione atque gloria privari sustinerem, &c.* καὶ βασιλείας ἡδέως ἂν ἐξέπιπτον, καὶ τῆς δόξης ἐκείνης τῆς ἀπορρήτου, καὶ πάντα ὑπέμεινα ἂν τὰ δεινά. *Et à cælorum regno libens exciderem, & ab illa ineffabili gloria, atque adversa omnia tolerarem.* Postquam hanc sententiam suam pluribus proposuisset, duas contrarias opiniones refutat. *Altera* eorum est, qui volunt, Apostolum per ἀνάθεμα intelligere πρόσκαιρον θάνατον, *mortem temporalem.* Respondet Chrysostomus: Εἰ τοῦτο ἔλεγε, πῶς ἀνάθεμα ἑαυτὸν ἤυχετο εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ; ὁ γὰρ τοιοῦτος θάνατος μᾶλλον τῷ τοῦ χριστοῦ συνῆπτε χορῷ, καὶ τῆς δόξης ἀπολαύειν ἐκείνης ἐποίει. *Si id diceret, quomodo anathema se ipsum à Christo esse precaretur? ejusmodi enim mors illum magis isti choro Christi conjunxisset, & effecisset, ut gloria illa perfrueretur.* Altera eorum est, qui per ἀνάθεμα intelligunt κεκμήλιον. Resp. Chrysostomus: Καὶ τίς τοῦτο καὶ τῶν σφόδρα ἐυτελῶν καὶ ἀνατεταμένων οὐκ ἂν ἔυξαιτο; *Et quis hoc vel abjectissimorum ac supinorum hominum non optaret?* Idem Chrysostomus Homil. 3. ad Stagirium, t. 6. pag. 133. Apostoli votum ita explicat: Πολλῷ ἐνόμισεν ἂν μοι εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν, ἢ τοὺς Ἰσραηλίτας ἀπιστοῦντας ὁρᾶν. *Maluissem in gehennam incidere, quàm Israëlitas videre incredulos.* Et lib. 4. de sacerdotio, de eodem voto: *Post tam egregia facinora, post innumeras coronas* optavit pro Judæis εἰς γέενναν ἀπελθεῖν, καὶ αἰωνίῳ παραδοθῆναι κολάσει, *in gehennam abire, & æterno tradi supplicio.* Eulogius, in Biblioth. Photii, Cod. 280. pag. 1604. Ἤθελον ἐγὼ ἐν κατακρίσει γενέσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἵνα ἐπέστρεψαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον. *Vellem ego condemnari, solùm ut converterentur filii*

filii Israël ad Dominum Cum Apostoli loco conferenda sunt verba Mosis Exodi 32: 32. Consuli etiam potest Theodoretus ad Roman. 9: 3. pag. 73. Photius, Epist. 216. Oecumenius in cap. 9. ad Rom. pag. 320. Basilius Cæsar. Interrogat. 3. regularum fusiùs disputatarum, p. 420.

2. *In bonam partem*, & notat *rem à communi usu segregatam*, & *Deo consecratam*: ab ἀναθέσθαι, *removere*, *separare*: quomodo dicimus ψῆφον ἀναθέσθαι, *dimovere ac reducere calculum*. Ubi ἀνὰ sumitur ut in ἀναπαλεῖν, *revocare*. Glossæ Latino-Gr. *Donum*, δῶρον, χάρισμα, ἀνάθεμα, χαριστήριον. Theodoretus hist. Religiosæ cap. 13. pag 841. Τὰ τοῦ θεοῦ ἀναθέματα σεβάσμια πᾶσίν ἐστι, καὶ ἄψαυστα τοῖς πολλοῖς, *Quæ Deo consecrata sunt, veneranda sunt omnibus, nec à vulgo contrectanda*. Apud Justinum M. resp. 21. ad Orthod. pag. 286. ἀνάθεμα non tantùm dicitur esse τὸ ἀπηλλοτριωμένον θεοῦ διὰ κακίαν, sed etiam τὸ ἀνακείμενον καὶ ἀφωρισμένον θεῷ, καὶ εἰς κοινὴν χρῆσιν μηκέτι λαμβανόμενον, *quod Deo est dedicatum ac destinatum, & in communem usum non amplius convertitur*. Oecumenius in cap. 23. Actor. pag. 99. Ἀνάθεμα λέγεται, τὸ πᾶσιν, ἢ πολλοῖς ἀνέφικτον, θεῷ δὲ μόνῳ ἀνατιθέμενον. Anáthema *dicitur*, *quod omnibus*, *vel multis est inaccessum*, *soli autem Deo consecratum*. Hoc sensu hæc vox apud LXX. Interp. non semel occurrit. Ita sumitur Josuæ 6: 18. collato cum v. 19. Quod enim v. 18. bis dicitur ἀνάθεμα εἶναι, id v. 19. vocatur ἅγιον τῷ Κυρίῳ, *sanctum*, seu *consecratum Domino*. Ad quem locum Cyrillus Alexandr. lib. 5. de Adoratione, pag. 144. Ἀνάθεμα, τουτέστι, τὸ ἀπονεμηθὲν ἑκάστῳ, καὶ ἀφορισθὲν τῷ θεῷ. Anáthema, *id est*, *unicuique assignatum*, & *Deo segregatum*. Illustris imprimis locus Levitici 27: 28. Πᾶν δὲ ἀνάθεμα, ὃ ἂν ἀναθῇ ἄνθρωπος τῷ Κυρίῳ ἀπὸ πάντων, ὅσα αὐτῷ ἐστι. — Πᾶν ἀνάθεμα ἅγιον ἁγίων ἔσαι τῷ Κυρίῳ. *Omnis consecratio, quam consecrabit vir Domino ex omnibus, quæ ei sunt: — Omnis consecratio, sanctum sanctorum erit Domino*. Eodem modo 2 Maccab. 2: 13. Ἐπιστολὰς βασιλέων περὶ ἀναθεμάτων. *Epistolas regum de donariis*. Commodiùs tamen fortè legeretur ἀναθημάτων. Sic Numer. 18: 14. Πᾶν ἀνατεθεματισμένον ἐν ὑμῖν Ισραὴλ, σοὶ ἔσαι. *Omne devotum in Israële, tuum esto*.

Ἀνάθημα verò; ut hujus etiam vocis significationem hac occasione expendamus; denotat *donarium Numini in templo suspensum*: ab ἀναθεῖναι, *dedicare*, *consecrare*. Ammonius in Catena in cap. 4. Joh. ad v. 24. pag. 131. Μὴ πρόβατα θύε καὶ μόσχους, ἀλλ' ὅλον σαυτὸν ἀνάθες τῷ θεῷ, καὶ ὁλοκαύτωσον· τοῦτο γάρ ἐστι παρασῆσαι θυσίαν. *Ne oves, ne vitulos macta, sed te ipsum totum Deo consecres & sacrificium offeras: hoc enim est hostiam Deo offerre.*

offerre. Clemens Alex. strom. 4. pag. 482. Ὅλον ἑαυτὸν δι' ἀγάπης ἀνατιθεὶς τῷ θεῷ. *Qui se totum Deo per charitatem consecravit.* Pollux: Ἀναθήματα ποιήσασθαι, ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεών. Hoc verbum significationem habet *imponendi & suspendendi.* Hesychius: Ἀναθεῖναι, ἐπιθεῖναι, *imponere.* Veteres Glossæ: *Donaria*, χαριστήρια, ναοὶ, τεμένη, Ἱερὰ ἀναθήματα. Hesychius hoc sensu interpretatur, ἀνάθημα, κόσμημα, *ornamentum.* Ad ornamentum quippe templorum hæc ἀναθήματα offerri & appendi solebant, ut erant phialæ aureæ & argenteæ, tripodes, acerræ, corollæ, & similia. Pollux lib. 1. cap. 25. pag. 7. Τὰ δὲ ἀναθήματα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ στέφανοι, Φιάλαι, ἐγκώμια, θυμιατήρια, χρύσιδες, ἀργύριδες, οἰνοχόαι, ἀμφορίσκαι. Anathemata verò *seu donaria plerumque sunt coronæ, phialæ, pocula, acerræ, aureæ argenteæque phialæ, cyathi, amphoræ.* Et ἀναθήματα esse *donaria*, quibus templa ornabantur, patet ex Lucæ 21: 5. ubi de templo Jerosolymitano, λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, *pulchris lapidibus ac donariis ornatum est.* Theophylactus dicit, ἀναθήματα hoc loco esse τὰ τορευτὰ καὶ γλυπτὰ, οἷον Φοίνικας καὶ χερουβὶμ, *tornata & sculpta, ut erant palmæ & Cherubim.* Versio Græca in linguam vulgarem, ἀφιερώματα, *res consecratæ, dedicatæ.* Optimè Glossæ: Ἀφιερῶ, *consecro, devoveo, dedico.* Hesychius: Ἀφιερωμένας, τῷ θεῷ ἀνακειμένας. *Deo consecratæ.* Ἀφιέρωσε, τῷ θεῷ ἀνέθηκε. *Dedicavit, Deo consecravit.* 2 Maccab. 9. Item: mittit impius Antiochus, ὃν πρότερον ἐσκύλευσεν ἅγιον νεὼν, καλλίστοις ἀναθήμασι κοσμήσειν, *quod priùs spoliaverat sanctum templum, se pulcherrimis donis ornaturum.* Constantinus M. in honorem resurrectionis Christi Jesu Templum Jerosolymis curavit exstruendum, narrante Eusebio in vita ejus, lib. 3. cap. 25. pag. 142. In eo fuerunt duodecim columnæ, τοῖς τῶν Σωτῆρος ἀποστόλοις ἰσάριθμοι, κρατῆρσι μεγίστοις ἐξ ἀργύρου πεποιημένοις τὰς κορυφὰς κοσμούμενοι· οὓς δὴ βασιλεὺς αὐτὸς ἀνάθημα κάλλιστον ἐποιεῖτο τῷ αὐτοῦ θεῷ, *totidem numero, quot erant Salvatoris Apostoli, maximis poculis ex argento factis in summitatibus ornatæ: quæ ipse Imperator præstantissimum donarium Deo suo obtulit:* Ipsum Templum ἐκόσμει ἀδιηγήτοις κάλλεσι, πλείστων ὅσων ἀναθημάτων χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων πολυτελῶν ἐν διαλλαττούσαις ὕλαις, *ornabat ineffabili pulchritudine plurimorum donariorum aureorum argenteorumque, atque lapidum preciosarum in variis materiis.* Sagacissimus Bellarminus de Imaginibus cap. 9. sect. *Sozomenus*, inde imaginum cultum stabilire conatur, dum scribit: *Eusebius lib. 3. & 4. de vita Constantini dicit, in Templis à Constantino exstructis in Palæstina, fuisse maximam copiam*

piam imaginum aurearum & argentearum. Nimio certè Ecclesiæ Romanæ studio cum abripi necesse est, qui ita sentit. Ne vestigium quidem hic ullius apparet imaginis. Erant ἀναθήματα, qualia etiam in Templo Jerosolymitano fuisse testatur Lucas: at ex Mosis disciplina nullæ in eo erant imagines. Sed Bellarminum, qui ipsos fontes non adiit, fortè seduxit Johannes Portesius, qui illa Eusebii sic reddidit: *Sed huc accessit aurearum imaginum, argentearúmque vis infinita.* De eodem Constantino M. Acta Synodi Nicænæ 1. lib. 1. cap. 7. pag. 23. Ὡς χριστιανὸς πάντα ἔπραττεν, ἀνεγείρων τὰς ἐκκλησίας τῦ θεῦ, καὶ πολυτελέσι τιμῶν ἀναθήμασιν. *Omnia ut Christianus faciebat, erigens Ecclesias Dei, eásque preciosis ornans donariis.* Vide in lib. Judith. cap. 16. v. 23. Ex his omnibus jam facilè intelligitur, quid sit ἀνάθεμα, & quid ἀνάθημα. De utraque voce pluribus agit Cl. Salmasius in Solinum, pag. 1089 1090. ubi *de homine Deo consecrato ac dedicato* ἀνάθημα usurpari apud ullum Scriptorem Græcum pernegat. Eidem & ego lubens adstipularer, nisi in contrarium exempla observâssem. Zonaras de Virgine, quæ virginitatem profitetur, ad Can. 18. Basilii M. pag. 75. ita scribit: Ἥτις νύμφη λογίζεται τῦ χριστῦ, καὶ ἀνάθημα τῷ θεῷ, ὡς ἱερὸν σκεῦος. *Quæ sponsa Christi habetur, ut consecrata Deo, ut sacrum vas.* Pari ratione etiam κειμήλιον de hominibus usurpatur. Apud Ignatium, in epist. ad Heronem, pag. 109. Παρθένους φυλάττετε, ὡς χριστῦ κειμήλια. *Virgines custodite, ut Christi cimelia.* Hesychius in voce κειμήλιον. Μεταφορικῶς δὲ καὶ ἐπὶ σώματος τίθεται. *Metaphoricè verò etiam de corpore usurpatur.* Itidem de homine, non quidem Deo, sed Diabolo dicato & addicto, usurpat iterum Zonaras vocem ἀνάθημα, ad Can. 3. Concilii in Templo Sapientiæ, pag. 263. ὁ ὑπὸ ἀνάθεμα γεγονὼς, ἀποδιαιρεῖται μὲν τῦ θεῦ, προσενοῦται δὲ καὶ προσκληροῦται τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀνάθημα αὐτοῦ αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ. *Anathemati subjectus, à Deo quidem segregatur, unitur verò & addicitur Satanæ, seque ipsum ei consecrat.* Imò existimârim, ἀνάθημα *de quibusvis rebus*, non quidem priè, sed latè sumta voce, *Deo consecratis* usurpari. Cyrillus enim Alexandr. lib. 16. de Adoratione, pag. 589. his verbis claudit: Προαιρέσεως, καὶ ἐκ ἀνάγκης καρποὶ τὰ εἰς θεὸν ἀναθήματα. *Quæ Deo consecrantur, spontanea, non coacta esse debent.* Huc pertinet etiam illud Suidæ: Ἀνάθημα, πᾶν τὸ ἀφιέρωμα θεῷ. Lege, cum Porto, τὸ ἀφιερωμένον. *Quicquid Deo consecratum est, vocatur* ἀνάθημα. Nec impedit, quòd à *suspendendi* significatione ἀνάθημα dictum, ac proinde id demum ita vocandum esse volunt, quod ad Templi ornamentum affertur, & appenditur. Ipsum ἀνάθε-

ναθεμα ab eadem origine & significatione descendit. Fidem faciat Etymolog. M. Ἀνάθεμα, παρὰ τὸ ἐν ςήλῃ ἀνατίθεσθαι. Anáthema *dicitur ab* ἀνατίθημι, *quòd in columna suspendatur, appendatur.* Idem clariùs patet ex Socratis hist. eccles. lib. 7. cap. 34. pag. 275. ubi de Nestorio: Κοινῇ μέν τοι ψήφῳ πάντες οἱ κληρικοὶ αὐτὸν ἀνεθεμάτισαν, οὕτω γὰρ οἱ χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθαμεν τὴν κατὰ τῆ βλασφήμε ψῆφον, ὅταν αὐτὴν ὥσπερ ἐν ςήλῃ ἀναςήσαντες φανερὰν τοῖς ἅπασι κατας ήσωμεν. *Communi suffragio omnes Clerici anathematis eum vinculo innodârunt. Sic enim nos Christiani sententiam, quando contra alicujus blasphemiæ autorem, pronunciatam solemus appellare, eam perinde notam omnibus facimus, ac si in columna incisa, in loco publico collocaretur.* Vide præterea Thesaurum Stephani & Etymologicum Vossii.

II. Est *de iis, qui anathemate percutiuntur.* Illi autem sunt Ariani, qui de Filio Dei impiè asseruerunt,

1. Ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ, πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν. Vide suprà cap. 8. pag. 98.

2. Ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. Ariani statuebant, *Filium* ἐξ οὐκ ὄντων *creatum*, vel *factum esse.* Id de eo testatur Sozomenus lib. 1. cap. 15. pag. 18. a. quando scribit, *in Ecclesia ausus est pronunciare*, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι, *Filium Dei ex non entibus factum esse.* Ita etiam Socrates lib. 2. cap. 45. pag. 215. a. & alii passim. Aëtius primus fuit, qui post Arium apertè dixit, *Filium* κατὰ πάντα, οὐσίαν τε καὶ βούλησιν ἀνόμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι, *secundum omnia, nimirum juxta essentiam & voluntatem dissimilem esse Patri, & ex non entibus factum fuisse;* inquit Sozomenus, lib. 4. cap. 29. pag. 60. b. Hinc Aëtii asseclæ vocati fuerunt ἐξουκόντιοι & ἀνόμοιοι, teste Sozomeno, loco laudato. Socrates etiam, lib. 2. cap. 45. pag. 215. a. scribit, eos, qui in Syrodo Antiochena Aëtii erant asseclæ, consensisse cum Acacianis, dixisse tamen, Filium ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, ac propterea non fuisse appellatos, sed etiam ἀνομοίους & ἐξουκοντίους, ὑπὸ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ Φρονούντων τὸ ὁμοούσιον, *Anomœos & Exucontios, ab illis, qui Antiochiæ sentiebant, Filium ejusdem esse cum Patre essentiæ.*

3. Eum esse ἐξ ἑτέρας ὑποςάσεως, ἢ οὐσίας. Vide suprà cap. 8. & cap. 10. num. III. & IV.

4. Τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τρεπτὸν εἶναι, ἢ ἀλλοιωτόν. Arius, teste Alexandro, Episcopo Alexandrino, in epistola sua apud Socratem lib. 1. cap. 6. pag. 171. b. *Filium Dei* τρεπτὸν εἶναι καὶ ἀλλοιωτὸν τὴν Φύσιν, *natu-*

râ mutabilem esse, impiè asseruit. Orthodoxi, sese ei opponentes, anathemate in hoc Symbolo percutiunt dicentem, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τρεπτὸν εἶναι καὶ ἀλλοιωτόν. Sozomenus, lib. 1. cap. 21. pag. 19. a. de Synodo Nicænâ sic scribit: Τοὺς λέγοντας Υἱὸν εἶναι τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν, ἀπεκήρυξε, καὶ τῆς καθόλου ἐκκλησίας ἀλλοτρίους ἐψηφίσατο. *Dicentes, Filium esse mutabilem, excommunicavit, & ab Ecclesia Catholica alienos declaravit.* Cyrillus Alex. in epist. ad Succensum, apud Theorianum, Legat. Armen. pag. 36. de Filio Dei: Ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτός ἐστι. *Neque verti, neque mutari potest.* Greg. Nazianzenus Orat. 39. pag. 631: *Filius Dei homo factus est*, οὐχ ὃ ἦν μεταβαλὼν, ἄτρεπτον γὰρ· ἀλλ' ὃ οὐκ ἦν προσλαβών, *non, quod erat, immutans, neque enim mutatio in eum cadit; sed, quod non erat, assumens.* Hoc ipsum Theodoretus Dialogo primo, quem propterea Ἄτρεπτον, *immutabilem* inscripsit, fusè probat. Plura vide suprà cap. 11. num. IV. sub lit. β. Atque hic finis esto. Faxit Omnipotens Deus, ut noster hic, qualiscunque labor, Ecclesiæ sit utilis, per Jesum Christum, Amen!

FINIS.

IN-

INDEX
Locorum S. Scripturæ quæ Illuſtrantur.

Geneſ.

Cap. 1: 26. pag. 45 & ſeq.
— VI: 2. 100.
— XVIII: 21. 280.
— XIX: 24. 118.
— XXV: 24. 278.
— XXXV: 13. 280. & ſeq.
— XLVI: 4. 258.
— XLVII: 30. 265.
— XLVIII: 16. 98. & ſeq.

Exod.

— XXX: 32. pag. 392.

Lev.

— XXVII: 28. pag. 392.

Num.

— XVIII: 14. pag. 392.
— XXI: 5, 6. 161.

Joſ.

— VI: 18, 19. pag. 392.

1 Reg.

— XIX: 16, 19. pag. 128.

II. Reg.

Cap. II: 9. pag. 283.

I. Chron.

— XVII: 11. pag. 265.

Job.

— XIX: 25. pag. 25.
— XXXVIII: 7. 92.

Pſ.

— XVI: 2. pag. 76.
— XIX: 2. 81.
5.
— XL: 8. 285.
— LXI: 6. 127.
— LXXII: 18. 189.
— LXXVIII: 25. 184.
— XCVII: 7. 96 & ſeq.
— CII: 26. 163 & 181.
— CIII: 19. ibid.
— CIV: 4. 299.
— CV: 15. 88.
— CX: 1. 125.
— CXIX: 18. 119, 289.
135. 186.
— CXXXV: 4. 281.
— CXXXIX: 7. 184.
322. Prov.

Digitized by Google

Prov.

Cap. VIII: 22. pag. 152-154.
23. 128.

Jes.

— VII: 14. pag. 229.
— VIII: 14. 15. 162.
— XI: 2. 129.
— XL: 1. 125.
— XLIII: 11. 185.
— XLV: 21. ibid.
— LIII: 11. 25.
— LXI: 1. 130.

MATTH.

Cap. I: 23. pag. 229.
— III: 25. 231.
2. 300.
11. 187, 349.
12. 335.
— V: 18. 247.
22. 387.
35. 299.
48. 67.
— VI: 33. 300.
— IX: 12, 13. 245.
— X: 7. 300.
— XI: 10. 162.
11. 300. & seq.
— XII: 22, 24. 387.
32. 383.
40. 273. & seq.
46, 47. 233.

Dan.

Cap. II: 37. pag. 299.
— VII: 13. 220.
— XII. 2. 265.
3. 385.

Hos.

— XIII: 4. pag. 185.

Mal.

— III: 1. pag. 162.

Cap. XIII: 38-47. p. 335.
— XVIII: 17. 330.
— XXI: 25. 227. & 341
— XXII: 44. 290.
— XXIII: 9. 65.
— XXIV: 36. 168.
— XXV: 41-46. 374.
46. 385.
— XXVI: 12. 258.
— XXVII: 59. 254.
60. 261.
— XXVIII: 19. 51.

MARC.

— I: 2. pag. 162.
4. 353.
8. 349.
— III: 31. 233.
— V. 39. 265.

Cap. x. 30. pag. 383.
— xi: 30. pag. 341.
— xii: 36. 290.
— xiii: 32. 168.
— xv: 46. 254, 261.
— xvi: 16. 360.
19. 277-283.

LUC.

— ii: 34. pag. 162.
52. 129, 174.
— iii: 3 353.
16. 349.
— v: 24. 188.
— vii: 27. 162.
— viii: 19. 233.
52. 265.
— ix: 51. 277.
— xii: 47, 48. 387.
— xviii: 30. 383.
— xx: 4. 341.
42. 290.
— xx: 5. 393.
— xxiii: 46. 223, 261.
53. 254.
— xxiv. 45. 187.

JOH.

— i: 1. pag. 145, 146.
3. 180.
26-33. 349.
32. 306.
— ii: 19-21. 269.
— iii. 5. 360.
6-8. 136.
8. 317.
13. 226.
16. 166, 245.
24. 306.
— iv. 17. 183.
— v. 19. 181.
21. 270, 271.
21. 373.
25-28. 373.
27. 293.
— vi. 2, 3. 278.
40. 189.
45. 186.
54. 373.
— viii: 47. 138.
— ix: 1. 184, 185.
— x: 17, 18. 269.
28. 189.
38. 25.
— xi: 44. 255.
34. 174.
— xii. 24. 379.
32. 277.
— xiii: 20. 325, 326.
— xvi: 7-13. 187.
13. 311.
14, 15, 16. 312. & seq.
28. 278.
— xvii: 2. 121.
3. 159.
— xix: 40. 255, 258.
— xx: 17. 278.
22. 315.
31. 24.

ACTOR.

Cap. I: 2, 11, 22. pag. 278, 283.
5. 349.
--- II: 34. 290.
36. 131.
38. 349.
--- IV: 12. 185.
--- VIII: 16. 349.
--- X: 16. 283.
38. 129.
42. 295.
48. 349.
--- XII: 16. 349.
--- XVI: 14. 186.
--- XVII: 28. 182.
--- XIX: 5. 349.
--- XX: 28. 160, 187, 331.

EP. AD ROM.

--- I: 4. pag. 136, 269.
7. 334.
--- II: 5, 6. 387.
--- III: 2. 20.
--- IV: 18. 32.
--- VI: 2. 265.
3. 349.
23. 189, 385.
--- VIII: 2. 307.
11. 373.
19. 300.
--- IX: 3. 391.
33. 162.
--- X: 14, 15. 24.
--- XVI: 5. 330.

1. EP. AD CORINTH.

Cap. III: 16. pag. 362.
--- VI: 14. 270, 272.
19. 322.
--- VIII: 6. 119.
--- X: 9. 161.
--- XII: 11. 317.
13. 354.
24-26. 385.
--- XIII: 1. 95.
--- XV: 12. 272.
19. 330.
20-23. 272.
25. 289.
29. 356.
36. 379.
41, 42. 385.
47, 48. 227.
--- XVI: 22. 390.

2. EP. AD CORINTH.

--- IV: 4. pag. 179.
--- V: 10. 385.
16. 268.
17. 189.
--- XII: 2. 83.
--- XIII: 4. 270.

EP.

EP. AD GAL.

--- I: 8,9. pag. 390.
17,18. 278.
--- II: 20. 29.
--- III: 27. 349 & 354.
--- VI: 14. 248.
15. 189.

EP. AD EPH.

Cap. I: 4. pag. 334.
7. 188.
21. 383.
22. 121. & seq.
--- III: 12. 28.
--- IV: 5. 361.
8,10. 278.
--- V: 23. 332.
26. 189.
26.27. 334.

PHILIP.

--- III: 20. pag. 84.
21. 189.

COLOSS.

--- I: 15. pag. 179.
15.16. 148,149.
18. 332.
22. 334
--- II: 5. 30.
--- III: 3. 265.

1. THESSAL.

--- I: 3. pag. 31. & seq.
--- IV: 15. 296.
16. 294,373.

1. TIMOTH.

Cap. I: 15. pag. 245.
--- III: 5. 331.
16. 160, 277, 283.
--- VI: 11. 300.
16. 104.

2. TIMOTH.

--- I: 18. pag. 118.
--- II: 20. 335.
--- III: 16. 315.
--- IV: 1. 294. & seq.
8. 300.

TIT.

--- II: 13. pag. 39.
--- III: 5. 353, 360.

HEBR.

Cap. 1: 2. pag. 122.
2-10. 181.
3. 177, 183.
3, 8. 288.
9. 127.
6-10. 163.
12. 165.
13. 290.
14. 107.
— III: 14. 30.
— IV: 16. 288.
— V: 12. 90.
— VI: 2. 361.
5. 383.
19. 30.
19-20. 286.
— VIII: 4. 287 & seq.
— IX. 10. 362.
14. 187.
— XI. 1. 32, 33.
— XII. 2. 248.

1. PETRI.

— II: 6. pag. 162.
— III: 21. 370.

2. PETRI.

— I: 21. pag. 315.
— III: 12. 293-300.

1. JOH.

— I: 1. pag. 145, 146.
— III. 12, 16. 25.
— V. 7. 45, 46.

APOCAL.

— XVI: 14. pag. 293.

TOBIÆ.

— XII. 14. pag. 254.

JUDIT.

— XVI. 23. pag. 394.

SIRACH.

— XXXVIII: 16. pag. 254.
— XLIX: 16. 283.

1. MACHAB.

— II: 58. pag. 283.

2. MACHAB.

— II: 13. pag. 392.
— IX: 16. 393.

Digitized by Google

INDEX VOCUM GRÆCARUM QUÆ EXPLICANTUR.

A.

Ἄγγελος
Ἀγγελολατρεία damnatur. 87
Ἀδελφοὶ. quinam dicuntur. 107 & seq.
Ἀδελφόθεος cur Jacobus vocatur. 233
Αἰτιάαι quinam. 234
Αἰώνιαι & Αἴτιος Deus vocatur. 204
Αἰώνιοι ἀγαθαὶ σκηναὶ 70
Αἰώνιος μακαριότης. 383
——— τρυφὴ. ibid.
——— βασιλεία. ibid.
——— ἀντίδοσις. ibid.
——— τιμή. ibid.
——— κατάπαυσις. ibid.
Αἰωνίζουσα δόξα. ibid.
Ἄλειμμα etiam ὀρμητήριον denotat. ibid.
Ἄλογοι quinam hæretici. 128
Ἀναβαίνειν ascendere. 156
Ἀνάβασις ascensio Christi in cœlos. 280
Ἀνάθεμα & ἀνάθημα quid significant & quomodo inter se differunt. 278
Ἀνάληψις, ascensio Christi in cœlos. 387
Ἀναρχος quid significet. 276
Ἀναστάσεως ἡμέρα. 144
Ἀναστάσιμος ἑορτή. 274
Ἀνάστασις νεκρῶν. 275
Ἀνέλευσις, ascensio Christi in cœlos. 369
Ἀνθρωπόθεος, Christus est. 278
Ἀνίσταμαι, resurgo. 242
Ἄνοδος, ascensio Christi in cœlos. 369
Ἀνόμοιοι, Anomoei, quinam & cur sic vocati. 278
Ἀξιόπιστος, Solus Deus. 203
Ἄορατον. 110
Ἀποθεῶσθαι dicuntur fideles. 86
Ἀπ' ὄνυ καταπεσών, proverbium unde. 137
Ἀρχὴ Deus vocatur. 331
Ἀρωματοφόροι dictæ mulieres veniebant ad unguendum corpus Christi. 70

Δ.

Διατυπώσεις, quomodo differt ab 259
Ὅροι. 7
Δοξολογία, Hymnus Glorificationis. 55 & seq.
Δύναμιν ἐν τῷ Πατρὶ Πνεῦμα ἅγιον ὑπάρχειν ἐνόμιζον nis. 403
cabant olim Sp. Sanctum.

E.

Ἐκκομιδὴ νεκρῦ, τῦ σώματος. Ἐκκομίζω. Ἐκφορὰ. Ἐκφέρω. } de elatione funeris usurpantur. 263

Ἐκκλησία ἀπὸ τῦ ἐκκαλεῖν. 327

Ἐκπόρευσις τῦ Πνεύματος Ἔκτεμψις. Ἐκπορεύεσθαι. } Nomina, quibus veteres processionem Spiritus Sancti exprimebant. 308

Ἐκπορευτὸν S. Spiritûs proprietas. 308

Ἐνανθρώπησις incarnatio. 213

Ἐνταφιάζειν corpus ad sepulturam parare. 259

Ἐπιφάνεια. 392

Ἐπισημονικῶν Conditiones. 10

Ἔσχατον τῶν ἡμερῶν. 292

Εὐφροσύνη. 384

Z.

Ζωὴ ἀΐδιος καὶ ἀθάνατος. 383

—— ἀνεκλιτὴς. ibid.

—— αἰώνιος. ibid.

—— ἀτελεύτητος. 384

H.

Ἡμέρα ἐκείνη. 292

—— τῦ Θεῦ. ibid.

—— τῦ Χριςῦ. ibid.

—— τῆς κρίσεως. ibid.

—— διαγνώσεως. ibid.

—— τῆς ἀνταποδόσεως. ibid.

—— τελευταία ibid.

—— ἀναςάσεως καὶ ἀνταποδόσεως. 293

—— μεγάλη καὶ ἀπαραλόγιςον κριτήριον.

—— διαβόητος τῦ Κυρίῦ. 293

—— τῦ τέλους. ibid.

—— ἐσχάτη καὶ Φρικώδης. ibid.

Θ.

Θάπτειν, sepelire.

Θεάνθρωπος Christus vocatus. 259

Θεοδίδακτοι dicuntur fideles. 242

Θεομήτωρ B. V. Maria appellata. 180

Θεοποίησις æterna Piorùm Salus a veteribus vocata. 242

Θεῶσθαι dicuntur fideles. 135

Θεοποιεῖσθαι iidem. 137

Θεοτόκος, quando primum B. V. Maria sic appellata. ibid.

Θέωσις, æterna Piorum Salus a veteribus appellata. 239. & seq.

Θρόνος τῆς χάριτος. 135

I.

Ἰησοῦς, quale Salvatoris nostri nomen. 289

K.

Καθεύδω. 122

Καθολικὸς quis. 265

Καιροὶ 336

Καιροὶ ἀναψύξεως 292
Καιρὸς τῆς τῶν [illegible] τῶν εἰς τὸ μρεῖττον μεταστάσεως. 292
Κυρίαν, quid? 255
Κοιμητήρια, [illegible] pulchra, cur sic dicta? 264
Κοιμάομαι ἡ S. Script. de morte usurpatur. 265
Κύριος, nomen hoc Deo triuni tribuitur. 117

Λ.

Λαξεύω, lapides polio. 262
Λαξευτὸς, ex lapide excisus. ibid.
Λατομέω, lapides incido. ibid.
Λελαξευμένος λίθος, lapis incisus. ibid.
Λελατομημένος, ex lapide excisus. ibid.

M.

Μνημεῖον λελατομημένον, sepulchrum ex lapide excisum. 262
Μυροφόροι dictæ mulieres, quæ veniebant ad unguendum corpus Christi. 259

N.

Νεκροφορεῖα, Capuli. 260

O.

Ὀθόνια quid? 255
Ὅμοιος an Filius Patri dici possit. 206, 207. & seq.
——— tres hujus vocis significationes. ibid.
Ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ est Christus. 197
——— explicatio vocis. ibid. & seq.
Ὅρος, ejus significatio. 7
Οὐρανὸς, unde? 29. & seq.
Οὐρανοπολῖται, genuini sunt Christiani. 84

Π.

Παντοκράτωρ ὁ Θεός.
Παρουσία τοῦ Χριστοῦ. 71
——— ἐν ᾗ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἀπάντων ἐλεύσεται 292 ibid.
Πατὴρ cur Deus, & quidem Prima S. S. Trinitatis Persona sic nominetur? 65. & seq.
Πεποίθησις, Fiducia. 28
Περιςολὴ, quid? 253. & seq.
Πιςεύειν, quid significat? 19. & seq.
Πίςις Fides. 28
Πιςὸς, quinam? 22
Πνεῦμα ἅγιον. 306
——— Κύριον. 307
——— Ζωοποιὸν. ibid.
——— Ζωῆς. ibid.
——— Ζωαρχικὸν. ibid.
Πνευματομάχος & Πνευματομάχοι quinam & cur sic dicti? 320
Προέρχεσθαι. 309
Προϊέναι. 309

Πρόοδος. 308
Πρωτότοκος quis dicatur? 231

Σ.

Σαρκοφάγοι, arcæ emortuales. 260
Σάρκωσις, ejus significatio. 211. & seq.
Σαρκὸς συνεσταμένης quid significet? 225
Σταυρὸς, quotupliciter sumitur. 245. & seq.
Σορεπλόκοι, pollinctores. 259
Σινδὼν, tunica linea qualis in Sepultura Christi adhibita. 254. & seq.
Σουδάριον quid? 255
Συγκατάθεσις. 27
Συμφώνησις. ibid.
Συντέλεια τοῦ αἰῶνος. 292
Σωτὴρ, Christi nom. 122

T.

Ταριχευτὰς appellant Græci pollinctores. 258

T.

Τῆτος, Supremus.
Τέργεια monumenta. 279
Τύγεια monumenta. 261
ibid.

Φ.

Φῶς, in genere appellantur omnes S. S. Trinitatis personæ. 194
in specie Christus. ibid.

X.

Χριστοὶ, quinam vocantur? 125
Χριστὸς, quid denotet? 131

Digitized by Google

INDEX GENERALIS RERUM.

A.

ABlutio interna a peccatis, per baptismum adumbratur. 348

Abrahamo apparuit inter duos Angelos Dei Filius. 98. & seq.

Accidentia mundi. 115

Actus ad homines Salvandos, quot? 186

Agnoëtæ hæretici. 168

Angeli intelliguntur per τὰ ὁράματα, in Symbolo Nicæno. 86

Angeli a Deo sunt creati, non vero fuerunt ab æterno. 88

Angeli, quo tempore creati? 91. & seq.

Angeli sunt boni & mali. 105

Angeli cur non invocandi? 110

Angelorum nomen quid significat. 87

Angelorum mentionem cur in Historia Creationis nullam faciat Moses. 89

Angelorum proprietates quot & quænam? 94. & seq.

Angeli sunt incorporei. 94

—— immortales & corruptionis expertes. 104

—— quomodo hominibus olim apparebant. 95, 96

Angelor. bonor. Nomina. 105. & seq.

Angelor. Divisio. 105.

Angelici hæretici unde sic vocati? 108. & seq.

Anima rationalis fuit in carne Christi. 221

Anima, quia immortalis, non resurget. 372

Apellis hæretici sententia de siderea & aërea Christi carne. 228

Apellitiani Ἀπελλιᾶνοι, & Apellitæ, ab illo nominati. 228

Apollinaris animam rationalem esse in carne Christi negabat. 221

Apollinaristæ ab hoc dicti. ibid.

Apostolici, quinam & unde dicti? 109. & seq.

Archontici hæretici. 382

Arius Sp. S. Creaturam esse blasphemabat. 319

Arii hæresεως descriptio. 147 & 148

Ariani Nicænæ formulæ subscripserunt. 206

Ascensio Christi in cœlos. 276. & seq.

—— cur necessaria? 286. & seq.

Ascodrutæ hæretici Baptismum rejecerunt. 368

Assensus, Fidei pars est. 27

Auctor

Auctor Symboli Nicæni. p. 1
Auctoritas Symboli Nicæni. 8

B.

Baptismi causæ efficientes. 341
— partes tres. 346
—— formulæ variæ. 349. & seq.
—— finis 1. 353. & seq.
—— finis 2. 355. & seq.
—— effecta. 360. & seq.
—— varia epitheta. ibid.
—— proprietates. 361. & seq.
—— adjuncta. 363. & seq.
—— opposita. 368
Baptismus Symbolum est regenerationis. 151
—— in quo loco & quando administrandus? 363. & 364
Baptizandi jus quibus concessum? 341. & seq.
—— quinam? 357. & seq.
—— quinam non? 355. & seq.
Bardesanis Sententia de Christi carne. 218. & seq.
Basiliani hæretici. 209
Basilides hæreticus Christum passum esse negabat. 253
Basilidis sententia de cœlo ab Angelis creato. 81
—— de Christi carne. 218

C.

Carpocratis impia sententia de Christo ex Josepho & Maria genito. 228
Catholici quinam? 336, 337
Causa principalis efficiens fidei est Deus. 23
—— Instrumentalis verbi divini prædicatio. 24
Cerdo hæreticus, ejus de Duobus Deis opinio. 41. & seq.
Cerinthus hæreticus docebat Christum communi hominum lege natum. 229
Cerinthus Christi regnum terrenum fore asseruit. 304.
Cerinthianorum sententia de Mundo ab Angelis creato. 112
Certitudo resurrectionis. 375. & seq.
Chrestus, Episcopus Syracusanus. 5
Christi Dominium in creaturas duplex. 120. & seq.
Christi nomen explicatur. 125
Christi corporis formatio fuit successiva non momentanea. 217. & seq.
Christi regnum duplex. 303
—— finem non habet. 298, 304
—— non est terrenum. 304
Christi sepulchrum quale fuit? 261. & seq.
—— cur e vivo Saxo excisum? 262
Christiani genuini sunt Οὐρανοπολῖται. 84
Christiani quinam appellandi? 126
—— fuerunt etiam pii & fideles, qui ante Legem vixerunt. ibid.
Christiani in Eccl. primitiva extra urbem sepeliebant mortuos. 262

Christo

Digitized by Google

Christo idem cultus & honor, qui D. Patri exhibendus. 189, 190
Christus, quo sensu unctus vocetur. 127. & seq.
Christus ad Regem, Sacerdotem & Prophetam unctus est. 131
—— etiam sub V. T. fuit notus. 133
—— Quomodo unigena Dei sit Filius. 134-139
Christus cur verbum dictus. 145
—— non est Creatura. 147. & 148
—— Qua ratione primogenitus omnis rei Creatæ dicitur. 148, 149. & seq.
—— Verus est Deus. 158. & seq.
—— Quo sensu λίθος προσκόμματος dicatur. 162
—— An noviſſet diem ultimi Judicii. 168. & seq.
—— Splendor gloriæ Dei. 177
—— imago Dei est. 179
Christus magna & mirabilia patravit. 184
Christus Patri est ὁμοούσιος. 196. & seq.
Christus veram adsumsit carnem. 217. & seq.
Christus sine semine viri natus. 228
Christus Θεάνθρωπος, Ἀνθρωπόθεος. 242
—— cur Crucis, non vero aliam sustinuerit mortem. 242, 248
Christus pro quibus mortem sustinuit. 249. & seq.
—— Quo ritu sepultus? 253. & seq.
Christus cur sepultus. 264. & seq. 409
—— non aliena sed propria virtute resurrexit. 269
—— Quomodo in cœlis esse intelligatur. 279 & seq.
Christus vero & reali motu ascendit in cœlum. 280. & seq.
—— cur in cœlum ascenderit. 285. & seq.
Christus singulariter resurrectionis causa efficiens est. 373
Clinici quinam? 365
Cœlum est triplex. 82. & seq.
—— cur thronus Dei dicitur? 84
—— est vera Christianor. Patria. ibid. & seq.
Cœlum cur Domus Dei dicitur. 279. & seq.
Conditiones principior. Ἐπιστημονικῶν. 10
Conservatio omnium rerum Christo tribuitur. 182. & seq.
Consilium & Finis Concilii Nicæni. 6
Constantinus Imperator, quando Synodum Nicænam coëgit. p. 1
Consubstantialitas Christi cum Patre. 196. & seq.
Creatio cœli. 79. & seq.
—— Cœli & terræ Christo tribuitur. 180. & seq.
Crucis figura & descriptio. 245. & seq.
—— varia elogia. 248, 249
Cura corporum mortuorum. 253. & seq.

Digitized by Google

D.

DEcretorum genera in Concilio Nicæno condita. 7
Dei unitas quomodo intelligenda. 39
Dei omnipotentia explicatur. 71. & seq.
Deus, qua ratione magnus dicitur. 39. & seq.
Deus, quibus rationibus Pater dicitur omnipotens. 165. & seq.
Deus omnium rerum visibilium & invisibilium creator. 78. & seq.
Deus Solus est noster Salvator. 185. & seq.
—— Solus peccata remittit. 188
—— quomodo ascendere & descendere dicatur. 280. & 281
Deuterius Episcopus Arianus. 352
Differentia quænam inter Nicænum & Constantinopolitanum Symbola. 15. & seq.
Dionysii Areopagitæ interpres corrigitur. 164
Discrimen inter miracula Christi & Prophetarum. 185
Doctorum Ecclesiasticorum assertiones, cur Theologiæ Principia non sunt. 12, 13. & seq.
Dominium Christi in Creaturas duplex. 120. & seq.
Dositheus Samaritanus se Christum appellabat. 134

E.

EBionis impia sententia de Christo ex Josepho & Maria genito. 229
Ecclesia sanctæ resurrectionis. 274
Ecclesiam credere, an in Ecclesiam credere dicendum? 324. & seq.
Ecclesia, cur confessio de ea statim S.S. Trinitatis doctrinæ subjiciatur. 327
—— unde dicatur? ibid.
Ecclesia quid notet. 328
—— ejus Materiale. 332
—— Proprietates. ibid.
—— Debet esse una & unita. 332, 333. & seq.
—— Quomodo Sancta vocatur. 334. & seq.
—— habet, semperque habebit malos bonis permixtos. 335
—— triplici sensu Catholica dicitur. 337. & seq.
—— cur Apostolica vocata. 341
Effecta fidei quænam? 36. & seq.
Elcesæi hæretici. 352
Elias, quomodo in cœlum assumtus. 283
Encratitæ, quinam? 109
Eudoxiani, quinam? 204
Eunomiani, quinam? ibid.
Eusebiani hæretici. ibid.
Eutyches unam censebat esse in Christo naturam. 242

Eu-

Eutychianorum ſententia de incarnatione Chriſti. 219. & ſeq.

F.

FEſtum aſſumtionis B. Virginis. 265
Fidei Nicænæ Confeſſio. 2
Fidei partes, quot? 25
Fidei proprietates quot. 28. & ſeq.
Fideles, quomodo Patri cœleſti ſimiles. 66, 67. & ſeq.
Fideles, quomodo filii Dei dicuntur. 135, 136. & ſeq.
—— Quomodo Dii? 137
—— Divinæ naturæ participes. ibid.
Fideles θεοδίδακτοι. 186
Fideles omnes vocantur Sancti. 334
Fidelium varia epitheta. 137
Fides ſine prævia cognitione eſſe nequit. 26
Fides ſola juſtificat. 36. & ſeq.
Fiducia, fidei pars eſt. 28
—— a fide diſtincta. ibid.
Fidus Epiſcopus. 364
Filii Dei Geneſ. VI: 2. ſunt Sethi poſteri. 102
Filius Dei inter duos Angelos Abrahamo apparuit. 98. & ſeq.
Filius Dei cur Angelus dicitur. 99
Filius Dei unigenitus eſt Chriſtus. 134, 135
Finis reſurrectionis Chriſti. 271
Finis reſurrectionis mortuorum duplex. 373. & ſeq.
Formatio Chriſti corporis fuit ſucceſſiva non momentanea. 217. & ſeq.
Formula fidei Nicænæ. 2
—— Conſtantinopolitanæ. 17
Formulæ baptiſmi variæ. 349. & ſeq.
Fratres Chriſti quinam? 232. & ſeq.
Funera cur efferri dicuntur. 263

G.

GEnerationis æternæ myſterium curioſe minime inveſtigandum. 143
Gnoſticorum ſententia de Incarnatione Chriſti. 219

H.

HEreditas fidelium eſt vita æterna. 189
Hermiani. 285
Hermogeniani & Praxeani, iidem 62
Hymenæus hæreticus. 382

I.

JAcobi Liturgia ſubdola. 199
Jeſaiæ epitheton. 316
Imago Dei in juſtitia & ſanctitate ſita eſt. 137
Imago Dei, Chriſtus. 179
Immerſio & emerſio in baptiſmo quid ſignificat. 346
—— ſemel an ter fieri debet 347. & ſeq.

Digitized by Google

Impositio manuum in Baptismo adhibita. 345, 346
Johannes Baptista Angelus Christi & præcursor. 162
Johannes Philoponus Tritheitarum hæresin defendit. 64
Judicandi vivi & mortui, quinam sint? 294. & seq.
Judicii ultimi tempus solus Deus novit. 296. & seq.
—— cur nos latet? ibid.
—— finis. 297. & seq.
Judicium universale vel ultimum: 292
—— vocatur ἐκείνη ἡμέρα. ibid.
—— τέλος. ibid.
—— Συντέλεια τοῦ αἰῶνος. ibid.
—— Τὸ ἔσχατον τῶν ἡμερῶν. ibid.
—— Ἡ τοῦ θεοῦ ἡμέρα. ibid.
—— Καιροὶ ἀναψύξεως. ibid.
—— Ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ. ibid.
—— Παρουσία τοῦ Χριστοῦ ibid.
—— — θείας βασιλείας Φέρεται τὸ διάδημα. ibid.
—— Ἐπιφάνεια. ibid.
—— ἡμέρα τῆς κρίσεως. ibid.
—— — διαγνώσεως. ibid.
—— — λογοθεσίου. ibid.
—— καιρὸς τῆς τῶν ὄντων εἰς τὸ κρεῖττον μεταποιήσεως. ibid.
—— ἡμέρα ἀναστάσεως καὶ ἀνταποδόσεως. 293
—— μεγάλη ἡμέρα καὶ ἀπαραλόγιστον. ibid.
—— Τὸ φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον. ibid.
—— cur Dei dies vocatur. ibid.
Jus baptizandi quibus concessum. 341. & seq.
Justi proprie sunt homines Dei. 300
Justificatio nostra est finis resurrectionis Christi. 271

L.

Liturgia S. Jacobi est subdola. 199.

M.

Macedonius Spiritus Sancti Deitatem oppugnabat. 318. & seq.
—— cur πνευματομάχος vocatus. 320
Manes se Christum appellabat. 124
Manichæorum error de mundo ex præexsistente Materia creato. 113
Manna, quomodo panis Angelorum dicitur. 96, 97. & seq.
Marcion Hæreticus. 42
Marcitæ hæretici. 352
Maria Christi mater an semper manserit Virgo. 230. & seq.
—— quomodo primum Θεοτόκος appellata. 239. & seq.
—— quomodo Χριστοτόκος appellanda. 242
—— Θεομήτωρ. ibid.
Menander hæreticus, ejus sententia de Christi carne. 318
Messalianorum sententia de Baptismo. 362

Mira-

Miracula ſolus facit Deus. 183. & ſeq.
— Chriſti, quomodo ab illis Prophetarum diſtinguenda? 185
Miraculi definitio. 182
Monaſterium ſanctæ reſurrectionis. 274
Monophyſitæ quinam? 243
Mortui non baptizandi. 355
Mortuorum corporum cura. 253. & ſeq.
Moſes cur in hiſtoria creationis nullam Angelorum faciat mentionem. 89
Mundi creator ſolus Deus Triunus. 111. & ſeq.
— non ſunt plures. 112
Mundi finis Gloria & cognitio Dei. 113. & ſeq.
— accidentia. 115
Mundus ex nihilo productus a Deo. O.M. 112. & ſeq.
Myſterium æternæ generationis curioſe minime inveſtigandum. 143

N.

NEceſſitas S. S. Trinitatis. 59
— incarnationis Dei Filii. 244. & ſeq.
Neſtorius unitatem perſonæ Chriſti nefarie laceravit. 239
Noëtus Praxeæ Hæreſin ſecutus eſt. 62

O.

OBjectum Fidei eſt Deus. 23
Obſtetrices, urgente neceſſitate baptizant apud Græcos. 343
Oculos mortuorum olim claudebant parentes. 256. & ſeq.
Omnipotentia divina explicatur. 71. & ſeq.
Ophitæ Jeſum alium quam Chriſtum putabant. 134
Oſtorodius Socini ſtipitis infelix propago. 276

P.

PAnis Angelorum quomodo Manna dicitur. 96, 97. & ſeq.
Partes fidei quot? 25. & ſeq.
Paſſioniſtæ. 285
Pater quinam vocandus? ibid. 65
— omnium rerum creatarum eſt Deus. ibid.
Patria Chriſtianorum vera, eſt cœlum. 84. & ſeq.
Paulus Samoſatenus, ejus hæreſis. 63
Paulus Epiſcop. Conſt. Sp. S. a divinitate alienum blaſphemabat. 318.
Peccata bonos a nobis abigunt Angelos. 107
Pepuziani baptizandi jus etiam mulieribus conceſſerunt. 343. & ſeq.

Philetus hæreticus. 382
Philoponus (Johannes) vide Johannes.
Pignus noſtræ eſt Chriſti reſurrectio. 272
Poteſtas & potentia judicandi quomodo inter ſeſe diſtinguenda. 293 & ſeq.
Praxeas Trinitatem negavit. 61
Praxeani & Hermogeniani, iidem. 62
Principia Theologiæ ſunt Scripturarum effata. 10
Proceſſio Spiritus Sancti. 308
—— quibus verbis a veteribus Eccleſiaſticis expreſſa. ibid.
Proceſſio Spiritus Sancti ex Filio a Synodo Conſtantinop. huic Symbolo non eſt adjecta. 309. & ſeq.
—— ſed a Sergio. 111. P. M. 310. & ſeq.
Prophetæ unde dicti? 315. & ſeq.
—— divino inſtinctu locuti ſunt. ibid.
—— eorum varia epitheta. ibid.
Proprietates Angelorum quot, quænamque? 94. & ſeq.
Proprietates Eccleſiæ. 332. & ſeq.

R.

RAtionalis quis? 336
Regeneratio hominum. 189
Regnum Chriſti finem non habet. 298. & ſeq.
—— duplex. 303.
—— non eſt terrenum. 304
—— Dei eſt triplex. ibid. & ſeq.
—— Potentiæ. ibid.
—— Gratiæ. 300
—— Gloriæ. ibid. & ſeq.
Reſurrectio Chriſti explicatur. 266, 267. & ſeq.
Reſurrexit Chriſtus, propria, non aliena virtute. 269
—— quomodo tertio die? 273
Reſurrectio Chriſti noſtræ eſt pignus. 272
Reſurrectio mortuorum. 369. & ſeq.
—— ejus ſubjecta. 370
—— cauſa efficiens. 373
—— finis. ibid. & ſeq.
—— certitudo. 375. & ſeq.
—— poſſibilitas. 376. & ſeq.
—— oppoſita. 381. & ſeq.

S.

SAbellius & ejus hæreſis. 62
Sacrificium quale Chriſtus Deo pro peccatis humanis obtulit. 187
Salvator noſter Solus eſt Deus. 185
Samaritani Animarum immortalitatem negant. 372
Sancti vocantur omnes fideles. 334. & ſeq.
Sandapilarii & ſandapilones iidem ac veſpillones. 261
Sciſſio veli in morte Chriſti facta quid notabat? 286. & ſeq.
Scopus Synodi Nicænæ. 6.
Scriptura S. Conciliis olim medio in Con-

Conſeſſu Throno cur imponebatur. 14, 15
Scripturarum effata ſunt Theologiæ principia. 10
Sedere eſt regnare. 289
Seleuciani. 285
Semi-Ariani quinam hæretici? 205
Sepeliendi ritus. 253. & ſeq. 260. & ſeq.
Sepulchrum Chriſti quale fuit? 261. & ſeq.
—— cur e Saxo vivo exciſum? 262
—— quare extra urbem? ibid.
Sepultura veteris hominis a Chriſti proficiſcitur. 265. & ſeq.
Sergius III. P. M. proceſſionem Sp. S. ex Filio Symbolo Conſtant. adjecit. 310. & ſeq.
Servator quis? 124
Servi unde dicti. 124
Seſſio Chriſti ad dextram Dei Patris quomodo a veteribus vocata. 288
Seſſio Chriſti ad dextram Dei Patris quo ſenſu intelligenda. 288. & ſeq.
Sethiani Chriſtum alium dicebant quam Jeſum. 134
Simonis Magi deliria de Mundo genito & de Mundo ab Angelis creato. 112
Simon Magus & Simoniani Spiritus S. Deitatem oppugnabant. 317. & ſeq.
Similitudines, quibus S. Trinitatem Patres olim probabant. 57, 58. & ſeq.
Spiritum S. etiam ex Filio procedere probatur. 315
—— non Ἐνέργειαν vel Χάρισμα ſed verum ὑφιςάμενον eſſe. 318
—— non eſſe Creaturam variis probatur argumentis. 321. & ſeq.
Spiritus S. donorum Spiritualium in nobis auctor eſt. 137
Spiritus Sanctus verus Deus. 305
Spiritus Sanctus non eſt Miniſter vel ſervus Dei ſed ipſe Deus. 318
Spiritus Sanctus varia epitheta. 306. & ſeq.
Spiritus Sanctus & ab eſſentia & ab officio & effectu. 307. & ſeq.
Spiritus Sancti proceſſio. 308. & ſeq.
—— quibus verbis a veteribus Eccleſiaſticis expreſſa. ibid.
Splendor Gloriæ Dei, eſt Dei filius. 177
Subjecta reſurrectionis. 370. & ſeq.
Suidæ locus recte interpretatur. 245
Supplicii æterni non erit finis. 386
—— erunt gradus 387
Symbolum Conſtantinopolitanum etiam vocatur Nicænum. 15
—— Conſtantinopolitanum in Miſſa cantabatur. 15
Symbolum Conſtantinopolitanum, ejus formula. 17
Synodi Generales cujus auctoritate convocatæ? 3
Synodi Topicæ cujus? 4, 5, 6.
Synodus Nicæna univerſalium antiquiſſima. 16

Syno-

Synodus Nicæna quo tempore celebrata? 7

T.

Theophroniani, quinam? 204
Trinitas Divinar. Personarum explicatur. 44. & seq.
Trinitatis appellatio quando recepta? 44
—— an ea uti liceat? ibid.
Trinitatis Mysterium cur initio obscurius fuerit revelatum? 49, 50
Thitheïtæ, quales hæretici? 64
Troglodytæ quinam? 204
Thronus Christi est cœlum. 288

U.

Unctio in baptismo adhibita. 345
Unctio est actus honoris. 128
Unio duarum naturarum in Christo qualis? 235. & seq.
Unitas Essentiæ divinæ, quo modo intelligenda. 39

V.

Valenti & Valentinianor. sententia de carne Christi. 224. & seq.
Valentiniani 30. statuunt ἀιῶνας. 43
Verbum, Christus cur sic dictus? 145
Vita æterna vera fidelium hereditas. 189
Vita futuri seculi. 382. & seq.
—— ejus varia epitheta. 383. & seq.
—— ex gratia datum. 385
—— gradus Gloriæ habet. ibid.
Vivi & Mortui, Judicii ultimi die Judicandi, quinam? 294. & seq.

EMENDANDA.

Pag. 23. *lin.* 28. *pro* Pædog: *lege* Pædag: *pag.* 26. *lin.* 23. *pro* πλησφρεισθω *lege* πλησφορεισθω. *pag.* 30. *lin.* 11. *pro* pepereit, *lege* pepercit. *pag.* 61. *lin.* 24. *pro* Spiritus, *lege* Spiritum. *pag.* 71. *lin.* 4. *pro* falsa, *lege* vera. *pag.* 75. *lin.* 3. *pro* 4. *lege* 5. *pag.* 79. *lin.* 7. *pro* Plato, *lege*, Platoni. *pag.* 92. *lin.* 27. *pro* ἐγένετο *lege* ἐγενήθησαν. *pag.* 104. *lin.* 22. *in initio dele* enim. *pag.* 115. *lin.* 19. *pro* 17. *lege* 32. *pag.* 126. *lin.* 2. *post.* *pag.* 131. *lin.* 1. *pro* Origenes, *lege* Originis. *pag.* 132. *lin. penult pro* vinclum, *lege* vinctum. *pag.* 157. *lin.* 2. *pro* Cariarius *lege* Coriarius. *pag.* 172. *lin.* 25. *pro* Ephrem *lege* Ephræmius. *pag.* 173. *lin. ult. pro* sciret *lege* scire. *pag.* 175. *lin.* 11. *pro* manifestando, *lege* manifestandum. *pag.* 186. *lin.* 21. *pro* communicetur, tertius *lege* communicetur. Tertius. *pag.* 199. *lin.* 16. *pro* præparatum *lege* præparatam. *pag.* 207. *lin. antepenult. pro* Setbo *lege* Setho. *pag.* 210. *lin.* 5. *pro* adspernaturam *lege* adspernaturum. *pag.* 254. *lin.* 32. *pro* συνδάριον *lege* συνδάριον. *pag.* 264. *lin.* 14. *pro* 51. *lege* 9. *pag.* 276. *lin.* 5. *pro* Sociani *lege* Socini. *pag.* 294. *lin.* 31. *pro* 2 Thessal. *lege* 1 Thessal. *pag.* 325. *lin.* 23. *pro* professa *lege* professa. *pag.* 328. *lin.* 24. *pro* Cœlum *lege* Cœtum. *pag.* 334. *lin.* 12. *pro* fideles *lege* fideles. *pag.* 337. *lin.* 26. & 27. *pro* universam *lege* universum. *pag.* 341. *lin.* 26. *pro* Matth. 2. *lege* Matth. 21. *pag.* 395. *lin.* 16. *pro* 98. *lege* 146. & *seq.*

Digitized by Google

Cr. 12289. 4. 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google